

5416



45  
45  
-----  
90

*[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*

J. Alexo de Besoq Religio  
so Trinitario Calzado en  
la santissima Trinidad de

Burgos. Alexo de Besoq  
Religioso

del convento de la  
santissima Trinidad

Besoq. Naím. Dia 13 de  
Marzo de el año  
de 93 tomo el  
santo abito cuyas  
son la constitucio  
nes



# CENSURÆ,

## ET FACULTATES.

**O**lim ex mandato Eminentissimi D. D. Martij S. R. E. Cardinalis Ginneti, Episcopi Albanensis; felic. record. Alexandri VII. in alma vrbe Vicarij, & totius Ord. Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captivorum Protectoris, volumen hoc Regulæ, & Constitutionum, quas SS. in forma specifica pro toto Ordine confirmavit, typis datum fuit Neapoli, facultate accepta ab Eminentif. Card. Philamarino, Archiepiscopo Neapolitano, sub die 12. Decembris, anno 1658. vt videre licet in tali Neapolitana impræssione; simul ibi approbato, præloquè dari iussu Formulario Ordinis, ad calcem huius voluminis inveniendò. Postea iterum lucem vidit Matrìti ann. 1660. accedente beneplacito Eminentif. D. Cardin. D. Baltharis Sandoval & Moscoso, Archiepiscopi Toletani: Demumque nunc, quia voluminum copia pro tot Religiosorum numero insufficiens iam erat: simulquè præinseri desiderabantur Additiones

Apo

Apostolicæ, quæ ad Constitutiones præ-  
fatas concessæ sunt, quæque in suo pro-  
prio loco, respectivè ad quem data est:  
reimprimi cum talibus additionibus Ca-  
pitulum Provinciale mandavit, ad calcem  
etiam appositis novioribus aliquibus de-  
cretis. Quod & fit; accedente Authori-  
tate, licentia, & beneplacito Eminentis-  
simi D. D. Didaci S. R. E. Cardinalis de  
Astorga, Archiepiscopi Toletani, His-  
paniarum Primatis &c. Sub data Matriti  
die 6. Septembris, ann. 1737.





VOCALES CAPITULI  
GENERALIS ORDINIS

SANCTISSIMÆ TRINITATIS,  
REDEMPTIONIS CAPTIVORUM  
ROMÆ CONGREGATI.

*Vniuersis eiusdem Ordinis Religiosis Spiritus Sancti  
consolationem, & pacem exoptans.*

**T**andem aliquando Deus, charitatis, & pacis vitali sui cordis aura Ordinem nostrum afflavit, & quem ipse iterata revelatione fundaverat, concordia linguarum, & cordium stabilivit. Induit ille olim Apostolos virtute ex alto, vestivit, atque munivit Cœli flammis, & luce, ut cum aureo pretio Christi sanguinis per Orbem terrarum ad animarum redemptionem excurrerent, quas æterna consererat diabolus in vincula. An idem nudos nos, desertosque relinqueret, quibus per Angelum albam, rubra, atque carulea cruce ornata in cœlo vestem emiserat, eo planè tempore quo inter Sacra Sacerdos Summus Innocentius Tertius Pontifex Maximus habebat in Ara Christi Sanguinem tamquam innumeratam pecuniam, qua mancipiorum animas, & corpora redimeremus, nubium instar in omnem terram volantes



aurum exoluturi pro pluvia? Favet igitur nobis Deus, ne nos, & tua in nobis dona proijceret.

En Religiosissimi Patres, post tot annorum circulum nostrorum meta votorum, quod speravimus, quod omnibus planè votis optavimus, sub sanctæ memoriæ Innocent. X. exorsum, sub SS. D. N. Alexandro VII. absolvimus. Illud semper fuerat in optatis, vt soluturi captivos ab hostium fidei tyrannide, nos Christi amore ijsdem legibus ligaremur, hoc dulci iugo, his catenis plusquam aureis cupiebamus astringi, vt expeditiores essemus humanæ salutis ad cursum. Commune cœnaculum non in Sionis Monte, sed Romanis in collibus quærebamus, in quo congregati corporibus, paribus studijs, & mentibus vniremur: Innocentio X. ad Ecclesiæ clavum sedente, illud tandem invenimus. Anno sui Pontificatus Decimo Diploma conscripsit Dei digito, nec tam atramento, quam pijs flammis ardoris crederemus exaratum.

Hoc ex Orbe toto Religiosos vocabat ad Romana comitia, protinus Hispaniæ, & Italiæ Provinciæ audierunt, paruerunt. Sed licet numerus virtute Vocalium compensaretur, ad rem nihilominus tanti momenti peragendam, exiguus erat, ipso enim Summorum Pontificum testimonio, à mari vsque ad mare palmites suos iam Ordo noster extenderat. Supererat maior pars Provinciarum, desiderabatur R. admodum Pater noster Generalis; deerat equidem militiæ caput, deerat capiti mens, deerat movendis orbibus intelligentia. Gallica-

rum

rum Provinciarum Vocales, licet vellent ad  
esse, ob impedimenta non poterant, illhinc sua  
vota per epistolas sub mittebant: fracti fuere  
aggeres difficultatum Innocentij X. Pontificis  
Maximi consilio, & sapientia, & eius decimo  
numero, id est, decimo Pontificatus anno Vo-  
cales decem responderi. Convenit ergo hoc Or-  
dine Vocalium numerus: ex Provincia Castel-  
læ R. P. M. Fr. Hieronymus Velez, eiusdem  
Provinciae Visitator Apostolicus: R. P. M. Fr.  
Ioannes de la Torre Socius R. P. Prov. Ex Pro-  
vincia Aragoniæ R. P. M. Fr. Hyacinthus Vign-  
nes, & R. P. M. Fr. Antonius Seira eius socius;  
ex Provincia Lusitaniæ R. P. M. Fr. Antonius  
Texeira Provincialis, & R. P. M. Fr. Ioseph ab  
Assumptione eius socius; ex Provincia Beethi-  
ca R. P. M. Fr. Ioannes Tirado Provincialis,  
& R. P. M. Fr. Ioannes de Ortega eius socius;  
ex Provincia Italiæ R. P. M. Fr. Benedictus  
Bargagli Provincialis, & R. P. M. Fr. Hiero-  
nymus Paccro eius socius. R. P. M. Fr. Fran-  
ciscus de Arcos Catholicæ Maiestatis Concio-  
nator Provincialis Castellæ ubi Genuam appu-  
lit Roma interdicitur, contagione eo tempo-  
ris nonnulla Italiæ loca infestante, & com-  
mercia præpediente.

Sed erepto nobis sanctæ mem. Innocentio  
X. Dei beneficio successit Sanctissimus Domi-  
nus noster Alexander Papa VII. qui finem ope-  
ris coronavit. Ad huius umbram e longo itine-  
re respiravimus: eiusdem gemella syderat præ-  
luxere nobis secunda, hæc nos duxere quietis

in portum; hæc quæcumque sese oblectere difficultatum umbras effugarunt. In Septimo Alexandro, Innocentius Tertius nostri Ordinis ingenti bono revixit. Familiam ille nostram nascentem benignis vlnis excepit, hic iam adultam, ne caderet placidissimis fovit, ac sublinuit amplexibus: ille nostri Ordinis Parens fuit, hic restaurator, & reparator: Religiosa nos ille veste decoravit: hic virtutum gemmis, aureoque filo charitatis, & vnitatis intexuit.

Die igitur tertia Augusti anni millesimi sexcentissimi quinquagesimi sexti Eminentiss. D. D. Martius Cardinalis Ginettus, familiæ nostræ Protector amantissimo vultu nos excepit congregatos, ut primam manum tanto operi admoveremus, huius opè à die hac usque ad dimidium Octobris, quid indefesso labore actum non est? Et licet Romæ grassante lue, salutaris animo, calamo, consilij, industria, rem planè perfecit, & perfecta, gloriosam Alexandri Maximi amplitudo coronidem imposuit. Rem ita sceleriter absolutam ad trutinam vocare Eminentiss. Principes, & Ecclesiæ lumina, supradictus Protector Martius Episcopus Albanensis, Cardinalis Ginettus, Marcus Antonius Episcopus Lucensis Card. Franciottus, Petrus Episcopus Brixienis Card. Ottobonus, Iacobus Card. Corradus S. D. N. Prodatarius, Hieronymus Archiep. Patracensis Card. Farnesius, & Illustris. & Reverendis. Domini Æmilij Bonaventura, D. Alterij Episcopus Cameringsis, & Prosperus Fag-

nanus Sacrae Congregationis super Statum  
Regularem Secretarius. Hi omnes ubi leges  
nostras, & decreta diligenti examine venti-  
larunt, probavere denique, & sua ad Sanctis-  
simum suffragia retulere, qui Pontificia po-  
testate, & gerente Dei vices autoritate, quæ-  
cumque fuerant decreta tanto, tamque sacro  
verborum pondere confirmavit, ut institutum  
nostrum, nostramque vivendi rationem nulla  
posset posteritas labefactare. Ita res omnis,  
annuente Deo, atque regente, bene, ac sæ-  
liciter vertit.

Reliquum est, Religiosissimi Patres, ut  
hanc nostri Ordinis unitatem tot concupitam  
votis, tot partam laboribus, tot magorum  
virorum studijs, & curis stabilitam, suscipiamus,  
amplectamur, & conservemus. Maneat apud  
nos integra Christi tunica inconsutilis, scelus-  
que sit illam disrumpere, ac lacerare. Mi-  
les, qui Christi pectus lancea terebravit, lu-  
cemque inde hausit, ac vitam (si Drogoni  
credimus) prohibuerat Christi tunicam divi-  
di. Hinc ille officij huius, & pretium, &  
premium reportavit. Aperiet etiam nobis  
Deus sui pectoris arcana, vitamque commu-  
nicabit, & gloriam, si quam accepimus, è  
cælo candidam vestem, quæ Christi est, in  
partes dissui non patiemur. Simus denique  
memores, Sanctissimæ Tryados nomine nos  
gloriarî; huius vexilla sequi, huius tutela  
muniti, & qui sub Deo Trino, & Vno,



vnus in Ordinem coaluimus, fore mus con-  
cordiam, tueamur vnitatem. Vinat nos igitur  
ille nexus, qui Patrem, & Filium splen-  
didè colligit, semper ligat, atque ligabit,  
nexus scilicet amoris, & charitatis. Valete  
in Domino.



# INDEX

LIBRORUM, ET CAPITUM  
huius voluminis.

|   |         |
|---|---------|
| <b>R</b> egula Primitiva ab Innocentio Ter-<br>tio.   | pag. 1. |
| Regula Modificata à Clemente IV.  | 21.     |
| De expositione Regule Fratrum Ordinis<br>Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Ca-<br>ptivorum, | 57.     |

## LIBER PRIMUS.

|   |      |
|---|------|
| Cap. I. De obedientia Prælati servanda, si-<br>mulque de Prælatorum nomine, | 60.  |
| Cap. II. De castitate servanda,   | 65.  |
| Cap. III. De paupertate servanda,   | 68.  |
| Cap. IV. De vita communi servanda,  | 73.  |
| Cap. V. De Fratrum mutationibus,  | 76.  |
| Cap. VI. De divisione bonorum, ac Redemp-<br>tione Captivorum               | 80.  |
| Cap. VII. De titulo Monasteriorum, & ædi-<br>ficijs eorum,                  | 90.  |
| Cap. VIII. De clausuris,  | 92.  |
| Cap. IX. De numero Fratrum cuiuslibet do-<br>mus,                           | 96.  |
| Cap. X. De Conventus Procuratore.   | 98.  |
| ¶¶ 4  | Cap. |

|   |      |
|---|------|
| Cap. XI. De Sacrista , & eius officio,                                    | 104. |
| Cap. XII. De Fratrum necessitatibus subveni-<br>niendo,                   | 107. |
| Cap. XIII. De Discretis, seu Patribus à<br>consilio.                      | 113. |
| Cap. XIV. De vestitu , & honestate habi-<br>tus,                          | 114. |
| Cap. XV De lectis, & dormitorio,  | 119. |
| Cap. XVI. De signis in habitu ponendis , &<br>de calceamentis,            | 122. |
| Cap. XVII De equitaturis Fratrum,   | 123. |
| Cap. XVIII De sobrietate Fratrum , &<br>de ieiunijs,                      | 124. |
| Cap. XIX De abstinentia Fratrum,  | 127. |
| Cap. XX De itinerantibus, & modo se ha-<br>bendi in itinere,              | 130. |
| Cap. XXI De fugitivis,  | 134. |
| Cap. XXII. De apostatis,  | 138. |
| Cap. XXIII De refectiione Fratrum,  | 140. |
| Cap. XXIV. De infirmis , & infirma-<br>ria,                               | 145. |
| Cap. XXV De hospitio Fratrum,   | 151. |
| Cap. XXVI De officijs Fratrum,  | 154. |
| Cap. XXVII De silentio observando,  | 161. |
| Cap. XXVIII. De modestia , & honestate<br>Fratrum,                        | 165. |
| Cap. XXIX. De singulorum domorum capitu-<br>lis, & de pœnarum executione, | 170. |
| Cap.  |      |

|   |      |
|---|------|
| Cap XXX. De Capitulo Generali.  | 180. |
| Cap XXXI. De electione Ministri Maioris,<br>seu Generalis totius nostri Ordinis,  | 188. |
| Cap. XXXII. De Capitulis Provincialibus<br>celebrandis, & de electionibus Patris Pro-<br>vincialis, & aliorum in eis faciendis, | 222. |
| Cap. XXXIII. De electione Ministrorū,   | 244. |
| Cap. XXXIV. De electione Ministrorum in<br>Capitulo Provinciali eligendorum,  | 246. |
| Cap. XXXV. De electione Ministrorum Con-<br>ventualium ab ipsis conventibus facien-<br>da,                                      | 249. |
| Cap. XXXVI. De qualitatibus, seu condi-<br>tionibus eligendorum ad officia, & ministe-<br>ria supradicta,                       | 256. |
| Cap. XXXVII. De potestate, & officio Mi-<br>nistri Generalis,   | 264. |
| Cap. XXXVIII. De officio, & potestate Mi-<br>nistri Provincialis,   | 270. |
| Cap. XXXIX. De officio, & authoritate Re-<br>verendi Procuratoris Generalis nostri Or-<br>dinis apud Romanam Curiam,            | 276. |
| Cap. XL. De officio, & authoritate Diffini-<br>torum Generalium,  | 282. |
| Cap. XLI. De officio, & potestate Diffinito-<br>rum Provincialium,  | 284. |
| Cap. XLII. De officio, & potestate Mini-<br>stri Conventualis,  | 285. |
| Cap.  |      |

|  |      |
|--|------|
| Cap. XLIII. De officio, & potestate Vicarij<br>Conventualis,                                       | 297. |
| Cap. XLIV. De officio, & potestate Visita-<br>torum Provinciæ.                                     | 303. |
| Cap. XLV. De visitationibus, & forma pro-<br>cedendi in eis omnium Superiorum,                     | 310. |
| Cap. XLVI. De depositione Ministrorū,  | 328. |
| Cap. LXVII. De locis, & sessionibus Fra-<br>trum in omnibus, & singulis actibus com-<br>munitatis, | 334. |
| Cap. XLVIII. De Novitijs, & eorum re-<br>ceptione,   | 340. |
| Cap. XLIX. De Magistro Novitiorum, &<br>eorum educatione,  | 357. |
| Cap. L. De profitendis, & eorum profes-<br>sione,  | 371. |
| Cap. LI. De pignoribus, & decimis,   | 374. |
| Cap. LII. De iuramentis non faciendis,   | 375. |
| Cap. LIII. De hospitali, & pauperibus cap-<br>tivis infirmis,                                      | 376. |
| Cap. LIV. De suffragijs Fratrum defuncto-<br>rum, & receptione missarum,                           | 378. |
| Cap. LV. De oratione Fratrum, & benedi-<br>ctis,   | 387. |
| Cap. LVI. De regularibus, & Canonicis ho-<br>ris,  | 391. |
| Cap. LVII. De rasura Fratrum,  | 399. |



## LIBER SECUNDUS.

|   |      |
|---|------|
| <b>D</b> E Constitutionibus Extravaganti-   | 401. |
| bus,  |      |
| Tractatus I. De regimine Collegiorum, ibi.  |      |
| Cap. I. De Rectoribus Collegiorum,          | 403. |
| Cap. II. De officio, & auctoritate Regenti- |      |
| tis Studiorum,                              | 410. |
| Cap. III. De officio Patrum Lecto-          |      |
| rum,  | 416. |
| Cap. IV. De obligationibus studen-          |      |
| tium,                                       | 428. |
| Cap. V. De Cursoribus,                      | 432. |
| Tractatus II. De Graduatis, & eorum suf-    |      |
| ficientia,                                  | 434. |
| Cap. I. De Prædicatoribus Generalibus,      | 435. |
| Cap. II. De Præsentatis,                    | 441. |
| Cap. III. De Magistris in Sacra Theolo-     |      |
| gia,  | 445. |
| Cap. IV. De forma conferendi gradum         |      |
| Baccalaurei. seu Præsentati,                | 455. |
| Cap. V. De forma creandi Magistrum in       |      |
| Sacra Theologia,                            | 459. |
| Tractatus III. De Prædicatoribus, & Con-    |      |
| fessarijs, & ordinandis,                    | 469. |
| Cap. I. De Prædicatoribus,                  | 470. |
| Cap. II. De examine, & officio Confesso-    |      |
| rum,  | 479. |
|   | Cap. |



|   |       |
|---|-------|
| Cap. III. De promovendis ad Sacros Ordines,   | 487.  |
| Tractatus IV. De diversis alijs Constitutionibus,                                     | 490.  |
| Cap. I. De Libraria, & librorum custodia,   | ibid. |
| Cap. II. De Magistro Cæremoniarum,  | 494.  |
| Cap. III. De Conspiratoribus, & Diffamatoribus, & cæteris Detraкторibus vitandis,     | 496.  |
| Cap. IV. De literis non recipiendis, & furibus,                                       | 498.  |
| Cap. V. In quo explicatur qualiter Regula, & Constitutiones nostræ obligent ad pœnam, | 500.  |
| Tractatus V. De culpis, & de pœnis pro eis debitis,                                   | 504.  |
| Cap. I. De culpa levi,  | ibid. |
| Cap. II. De culpa gravi,  | 507.  |
| Cap. III. De culpa graviori,  | 509.  |
| Cap. IV. De culpa gravissima,   | 519.  |
| Tractatus VI. De regimine Monialium Ordinis Sanctissimæ Trinitatis.                   | 521.  |
| Cap. I. De recipiendis ad habitum, & ad professionem,                                 | ibid. |
| Cap. II. De electione Priorissæ, & aliarum officialium                                | 524.  |
| Cap. III. De clausura Monialium   | 527.  |
| Cap.  |       |

|   |      |
|---|------|
| Cap. IV. De audiendis Monialium confessionibus,         | 531. |
| Cap. V. Quomodo Moniales se debent habere in Locutorio, | 533. |
| Cap. VI. De labore, & alijs,                            | 536. |

## FORMULARIUM ORDINIS.

|  |      |
|--|------|
| Forma recipiendi Novitios,   | 555. |
| Forma recipiendi Novitios ad professionem,   | 560. |
| Forma recipiendi ad professionem Fratres laicos,   | 569. |
| Forma recipiendi ad habitum, & professionem Coadiutores sive Tertiarios,   | 570. |
| Forma benedictionis Scapularij dandi secularibus, ut indulgentias Ordinis consequantur,  | 571. |
| Forma absolutionis, & orationum servanda à Religiosis Ordinis SS. Trinitat. in festis eiusdem SS. Trinitatis, Cinarum, Cœnæ Domini, S. Agnetis 2. & S. Catharinæ Virginis, & Martyris, auctoritate Apostolica concessa, & approbata, | 574. |
| Forma generalis absolutionis faciendæ Religiosis in fine Capituli Generalis, & Provincialis, & in fine visitationis quando domus aliqua visitatur,   | 580. |
| Forma absolutionis generalis dandæ Religiosis in extremis vitæ constitutis: ex privilegio feli-  |      |

- felic record. Eugenij IV & Sixti IV.* 581.  
*Forma convocandi ad Capitulum generale,* 583.  
*Forma literarum, quibus declaratur aliquem fuisse electum à Capitulo Generali in Procuratorem Generalem totius Ordinis pro Romana Curia,* 586.  
*Forma literarum pro Socio Patris Provincialis ad Capitulum Generale destinando,* 588.  
*Forma instituendi Vicarium ad Capitulum Generale propter impedimentum R. P. Provincialis,* 590.  
*Forma instituendi Vicarium Provinciale, quando P. Provincialis à Provincia discesserit,* 592.  
*Forma literarum scrutiniij, seu decreti electionis R. Patris Provincialis mittendi ad Reverendissimum totius ordinis maiorem Ministrum pro confirmatione,* 594.  
*Forma provisionis, & confirmationis electi in Ministrum Conventualem,* 597.  
*Forma eligendi, & confirmandi Ministrum Conventualem, quando potestas devoluta est ad P. Provinciale, ob defectum electionis factæ à Capitulo Conventuali.* 599.  
*Forma instituendi Visitatorem à R. P. Provinciali, qui vice ipsius visitet aliquas domos,* 601.  
*For-*

- Forma absolvendi Ministrum, qui petit absol-*  
*vi à P. Provinciali,* 602.  
*Forma confirmandi Priorisam,* 603.  
*Forma instituendi Vicarium in Monasterio*  
*Monialium,* 605.  
*Forma instituendi Vicarium, quando Mini-*  
*ster fuit negligens nominandi,* 607.  
*Forma instituendi Patrem Novitiorum,* 608.  
*Forma assignandi Prædicatorem Maiorem*  
*Conventus,* 609.  
*Forma instituendi Lectorem Theologiæ, &*  
*Philosophiæ,* 610.  
*Forma assignandi studentes ad aliquam uni-*  
*versitatem, vel studium,* 611.  
*Forma literarum testimonialium pro recepto*  
*ad gradum Magisterij,* 612.  
*Forma literarum testimonialium pro recepto*  
*ad gradum Præsentaturæ* 613.  
*Forma literarum testimonialium pro recepto*  
*ad gradum Prædicatoris Generalis Provin-*  
*ciæ,* 615.  
*Forma licentiandi Religiosos ad prædicatio-*  
*nem,* 616.  
*Forma licentiandi ad confessiones audien-*  
*das,* 617.  
*Forma licentiandi ad ordines recipiendos,* 618.  
*Forma licentiandi Fratres, ad visitandos pa-*  
*rentes,* 619.  
 For-



- Forma licentiandi Fratres, vt ad arctiorem  
 ordinem possint transmigrare,* 620.  
*Forma assignationis conventualis,* 621.  
*Forma dispensandi Fratres professos illegiti-  
 mè natos ex concessione Sixti IV.* 622.  
*Forma excommunicandi contumacem, & re-  
 bellem Fratrem nolentem venire ad clau-  
 strum suæ Religionis,* 623.  
*Forma dandi dimissorias Fratribus incorre-  
 gibilibus,* 625.  
*Forma recipiendi seculares devotos ad bene-  
 ficia Ordinis,* 626.  
*Forma committendi alicui, vt informationes  
 sumat de ijs, qui ad habitum Ordinis sunt  
 recipiendi,* 627.  
*Forma instituendi Redemptorem Christiano-  
 rum captivorum ad partes infidelium mit-  
 tendum,* 629.  
*Forma instituendi Procuratorem pro Capti-  
 vis,* 631.  
*Confirmatio Quorundam Capitulorum cum  
 deputatione Vicarij Generalis, &c.* 632.





# DIPLOMA

FOELICIS RECORDATIONIS  
INNOCENTIJ PP. TERTIJ

CONTINENS

# REGULAM

PRIMITIVAM

ORDINIS SANCTISSIMÆ

# TRINITATIS, ET

REDEMPTIONIS CAPTIVORUM,

TRADITAM SANCTIS IOANNI,

*& Fœlici, eiusdem Ordinis Pa-  
triarchis.*

**I**nnoentius Episcopus servus servo-  
rum Dei. Dilectis filijs Ioanni Mi-  
nistro, & Fratibus Sanctæ Trinitatis,

A

fa.

salutem, & Apostolicam benedictionem: Operante divinæ dispositionis clementia in Sedis Apostolicæ specula constituti pijs debemus affectibus suffragari, & eos, cum à charitatis radice procedunt, perducere ad effectum, præsertim, vbi quod quæritur, Iesu Christi est, & privatæ communis vtilitas antefertur. Sanè cum tu dilecte in Christo fili Frater Ioannes Minister ad nostram olim præsentiam accessisses, & propositum tuum, quod ex inspiratione divina creditur processisse, nobis humiliter significare curasses, intentionem tuam postulans Apostolico munimine confirmari. Nos vt desiderium tuum fundatum in Christo, præter quem poni non potest stabile fundamentum, plenius nosceremus; ad Venerabilem Fratrem nostrum N. Episcopum, & dilectum filium N. Abbatem Sancti Victoris Parisiensis, cum nostris te duximus literis remittendam, vt per eos, vt-pote qui desiderium tuum perfectius noverant, de intentione tua, & intentionis fructu, ac institutione Ordinis, & vivendi modo instructi assensum nostrum tibi possemus securius, & efficacius impertiri.

Quia

Quia igitur, sicut ex eorum literis cognovimus evidenter, Christi lucrum appetere videmini, plusquam vestrum, volentes ut Apostolicum vobis adsit præsidium, Regulam iuxta quam vivere debeatis, cuius tenorem dicti Episcopus, & Abbas suis nobis inclusum literis tranlmiserunt, cum his, quæ de dispositione nostra, & petitione tua, fili Minister, duximus adiungenda, præsentium vobis, & successoribus vestris auctoritate concedimus, & illibata perpetuo manere sancimus. Quorum tenorem, ut evidentiùs exprimat, inferiùs iussimus annotari.

**I**N nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Fratres domus Sanctæ Trinitatis, sub obedientia Prælati domus suæ qui Minister vocabitur, in castitate, & sine proprio *vivant.*

Omnes res vndecumque licite veniant, in tres partes dividant æquales. Et in quantum duæ partes sufficiant, exequantur ex illis opera misericordiæ, cum sui ipsorum, & eis necessario famulantium moderata sustentatione: tertia vero pars referretur ad redemptionem captivorum, qui sunt incarcerati pro fide Christi à Paganis,

¶  
Incipit Regula.

De tribus  
votis, & Præ-  
lati nomine.

2  
De divisione  
bonorum, ad  
Redemptionem  
captivorum.

vel dato precio rationabili pro redēptione ipsorum, vel pro redemptione paganorum captivorum, vt postea rationabili commutatione, & bona fide redimatur Christianus pro pagano secundum merita, & statum personarum. Cum verò pecunia data fuerit, vel aliquid aliud, licet specialitèr, & propriè detur ad aliquid, semper de consensu illius, qui dederit, tertia pars separetur, & aliter non recipiatur: Exceptis terris, pratis, vineis, nemoribus, ædificijs, nutrituris, & huiusmodi: fructus enim indè exeuntes, deductis expensis, scilicet, medietate remota pro expensis, in tres partes dividantur æquales. Sed quæ paucas, vel nullas recipiant expensas, omnes dividantur. Cum verò panni, vel calceamenta, vel minuta huiusmodi, quibus necessè sit uti, quæ vendi, vel conservari non expedit, data fuerint, vel à seipsis habuerint, non dividantur nisi Ministro Domus, & Fratibus visum fuerit expedire, de quibus singulis Dominicis diebus, si fieri potest, in capitulo deliberetur. Si tamen prædicta, vt panni, terræ, nutrituræ, sive minuta, venderentur, premium indè proveniens, in tres partes vt supra dividatur.



*SS. Trin. Redempt. Capt.*

Omnes Ecclesiæ istius Ordinis intitulentur nomine Sanctæ Trinitatis, & sint plani operis.

3  
*De ritu'o, & adf. cijs.*

Fratres possunt esse in vna cohabitatione tres Clerici, & tres Laici, & præterea vnus, qui Procurator sit, qui non Procurator, sed Minister, vt dictum est, nominetur, vt Frater A. Minister Domus Sanctæ Trinitatis, cui Fratres repromittere, ac impendere obedientiam teneantur.

4  
*De numero Fratrum, & Procur.*

Omnibus Fratribus suis, sicut sibi met, Minister fideliter administret.

5  
*De officio Ministeri*

Vestimenta sint lanea, & alba, & liceat eis habere pelliceas singulis singulas, & brachias, quas iacentes non deponant.

6  
*De vestitu & honestate habitus.*

Iaceant in lancis, ita quod p'umea fulcra, vel culcitra, nisi in ægritudine laborantes, in domibus proprijs minimè habeant. Ceruical verò ad sustentationem capitis, permittantur habere.

7  
*De lectis, & dormitorio.*

In cappis Fratrum imponantur signa.

8  
*De signis*

Equos non ascendant, nec etiam habeant, sed asinos tantum liceat ascendere, datos, vel accommodatos, vel de proprijs nutrituris susceptos.

9  
*De equitate turis*

Vinum sumendum à Fratribus taliter temperetur, vt sobriè sumi valeat.

10  
*De sobrietate*

Ieiunent ab idibus Septembris, secunda,

11  
*De ieiunijs.*

da, quarta, & sexta feria, & Sabbato, nisi solemnitas festiuitas intervenerit, vsque ad Pascha. Sic tamen vt ab Adventu vsque ad Nativitatem Dominicam, & à Quinquagesima, vsque ad Pascha, exceptis Dominicis diebus, in cibo Quadragesimali ieiunent: & alia similiter ieiunia, quæ consuevit Ecclesia celebrare. Potest tamen quandoque ieiunium Minister cum discretionem relaxare, propter ætatem, vel viam, & aliam iustam causam, vel facultate inspecta etiam augmentare.

72  
De abstinentiis

Carnibus datis ab his, qui foris sunt, vel sumptis de proprijs nutrituris vesci liceat, tantum in Dominicis diebus à Pascha vsq; ad Adventum Domini, & à Natali, vsque ad Septuagesimam, & in Nativitate, & Epiphania Domini, & in Ascensione Dñi, & Assumptione, & Purificatione Beatæ Mariæ, & in festiuitate Omnium Sanctorum. Nihil emant ad victum præter panem, & pulmentum, scilicet, favas, & pisa, & huiusmodi legumina, olera, oleum, ova, lac, caseos, & fructus, sed neque carnes, neque pisces, sivè vinum liceat emere, nisi ad necessitatem infirmorum, vel minorum, vel pauperum, aut in magnis solemnitatibus; liceat tamen nutrituras emere, & nutrire.

Cum

Cum verò in itinere, siue & peregrinatione fuerint, liceat eis, sed parcè, vinum emere, & pisces in Quadragesima, si necessè fuerit, & si quid eis datum fuerit indè vivant, & residuum in tres partes dividant, tamen si fuerint in via profecti ad redimendum captivos, quicquid eis datum fuerit, totum debent ponere in redemptione captivorum, præter expensas. In Civitatibus, in Villis, siue Castellis, in quibus proprias domos habuerint, nihil omninò extra domos illas, nisi fortè in domo Religionis, etiam si à quovis rogentur, comedant, vel bibant, nisi fortè aquam in domibus honestis, nec per noctare præsumant extra huiusmodi domos. Numquam in tabernis, vel in huiusmodi locis inhonestis habitent, comedant, vel bibant: qui autem hoc præsumpserit, iuxta arbitrium Ministri gravi vindictæ subiaceat.

Talis sit charitas inter fratres Clericos, & Laicos, vt eodem victu; vestitu, dormitorio, refectorio, & eadem mensa vtantur.

Infirmi seorsum dormiant, & comedant, ad quorum curam habendam conversus aliquis laicus, siue Clericus deputetur, qui ea, quæ necessaria fuerint, inquirat, & ministret, sicut fuerit ministrandum,

13

*De itinerantibus, & de fugitivis. & Apostatis.*

14

*De refectore fratrum*

15

*De infirmis, & infirmariis.*



moncantur tamen infirmi, vt lauta, five  
nimium sumptuosa cibaria non requirant,  
commoda potius, & salubri moderatione  
contenti: ad lauta quidem, & sumptuosa ci-  
baria non oportet, quemquam admitti.

*Cura Lepitum, & pauperum, & om-  
nium euntium, & redeuntium, Uni de dis-  
cretioribus, & benignioribus fratribus in-  
iungatur, qui audiat eos, & vt expedire  
viderit, charitatis solatium administret:  
requirat tamen ab illis, quos crediderit  
admitendos, si eis quæ fratribus apponun-  
tur, velint esse contenti: ad lauta quidem,  
& sumptuosa cibaria non oportet quem-  
quam admitti: quæcumque tamen præsen-  
tanda sunt, cum hilaritate præsententur, &  
nulli maledictum pro maledicto reddatur.  
Siquis, & maximè Religiosus ad hospi-  
randum advenerit, benignè suscipiatur, &  
charitativè, iuxta posse domus, illi sub-  
ministretur. Avena tamen, vel aliud lo-  
co avenæ hospitibus non detur, si fue-  
rint in civitate, vel oppido, vel vbi vena-  
lis inveniatur, nisi fortè Religiosi sint hos-  
pites, vel tales, qui ad manum non habeant,  
& non emere possint, si autem hospites  
venalem non invenerint, & in domo qua  
suscepti fuerint, inveniatur, congruenter  
eis præbeatur.*



Nullus Frater Laicus, vel Clericus sit, si fieri potest, sine proprio officio. Si quis verò laborare noluerit, & potuerit, locum ipsum deserere compellatur, cum Apostolus dicat: *Qui non laborat, non manducet.*

17  
De officijs  
fratrum.

Silentium observent semper in Ecclesia sua, semper in Refectorio, semper in Dormitorio. De necessarijs tamen liceat loqui in alijs temporibus aptis, & remissa voce, humiliter, & honestè, & extra prædicta loca.

18  
De silentio  
circatorum.

Ubique sermo eorum sit honestus, & sine scandalo; similiter, & eorum omnis status, gestus, vita, actio, & omnia alia honesta in eis reperiantur.

19  
De modestia  
& honestate.

Capitulum, si fieri potest, singulis Dominicis diebus, in singulis domibus, Minister cum Fratribus suis teneat, & de negotijs domus, & domui, sive Fratribus datis, ut ad Redemptionem Captivorum tertia pars deputetur, Fratres Ministro, & Minister Fratribus rationem fideliter reddat, non solum Fratribus, sed & familiæ pro capacitate sua. Similiter singulis Dominicis diebus, si fieri potest, exhortatio fiat, & quod credere, aut agere debeant, simpliciter moneantur. De omnibus rebus, & clamoribus in Capitulo

Fra-

20  
De domorum  
Capitulis, &  
de parvis.

Fratres iudicentur. Nullus fratrum fra-  
 trem suum in publico accuset, nisi bene  
 possit probare, qui autem hoc fecerit, pœ-  
 nam subeat, quam reus subiret, si convin-  
 ci potuisset, nisi Minister ex causa cum eo  
 dispensare voluerit. Si qui scandalum, vel  
 aliquid huiusmodi fecerint, vel (quod ab-  
 sit) se invicem percusserint, iuxta arbitrium  
 Ministri, maiori, vel minori vindictæ sub-  
 iaceant. Si quis frater in fratrem peccave-  
 rit, id est, contra fratrem, id est, eo solo  
 sciente, qui iniuriam passus est, sustineat  
 patienter, licet sit innocens: & cum quie-  
 verit commotio animorum, benignè, ac  
 fraternè commoneat, & corripiat eum,  
 vsque ter, inter se, & ipsum solum, & pœ-  
 nitentiam agere de commisso, & à simili-  
 bus in posterum abstinere, quod si non au-  
 dierit, dicat Ministro, & ille corripiat eum  
 secreto, secundum quod viderit saluti eius  
 expedire. Qui verò scandalum movit, &  
 per se emmendare voluerit, totum antè pe-  
 des scandalizati petens veniam se exten-  
 dat, & si semel non sufficit, vsque ter illud  
 idem faciat. Si verò hoc in publicum ve-  
 nerit, quæcumque sequutura fuerit pœni-  
 tentia, hæc sit prior, scilicet, antè pedes  
 Ministri petendo veniam totius corporis  
 exten-

extensio, & postea secundum eius arbitrium emmendetur.

Generale Capitulum semel in anno celebretur, quod fieri debet in octavis Pentecostes.

Si pro necessitate domus debitum fuerit aliquod contrahendum, prius in Capitulo Fratribus proponatur, & cum eorum fiat consilio, & assensu, ut sic, & suspitiones, & murmura evitentur. Si quisquam de substantia domus violentiam fecerit, & ad iudicem oportuerit referri, non ante hoc fiat, quam charitative ille à fratre primo, post ab alijs vicinis similiter moneatur.

Electio Ministri per commune Fratrum consilium fiat: nec eligatur secundum dignitatem generis, sed secundum vitæ meritum, & sapientiæ doctrinam. Ille verò, qui eligit, Sacerdos sit, vel Clericus ordinibus aptus. Minister verò, sive maior, sive minor Sacerdos sit.

Maior Minister confessiones fratrum omnium Congregationum eiusdem Ordinis audire potest. Minor verò Minister omnium fratrum suæ domus audiat confessiones, dummodò verecundia repetiti excessus occasionem minimè præbeat, tardius

21

De Capitulo  
Generali.

22

De debitis, &  
causis ad iudicem  
deferendis.

23

De electione  
Ministorum.

24

De officio, &  
potestate Ministorum.



dius Prælati suis, vel minus purè quam deceat, confitendi: sollicitè verò Minister provideat, vt præcepta Regulæ, sicut cæteri fratres per omnia teneat.

25  
De depositione  
Ministrorum.

Postquam verò electus fuerit, si ex culpa deponi meruerit, per maiorem Ministrum convocatis tribus, vel quatuor Ministris minoribus deponatur, & alius qui dignus sit loco eius subrogetur. Si verò pro remotione terrarum, vel alia causa rationabili, maior Minister hoc facere non potuerit, Ministris minoribus, magis Religiosis committat, & quod illi fecerint auctoritate maioris ratum habeatur. Maior verò Minister si *pro excessibus corrigendus, vel deponendus* sit, per quatuor, aut quinque Ministros eiusdem Ordinis magis Religiosos hoc fiat, qui tunc auctoritate Generalis Capituli debent ad hoc eligi.

Si quis huius Ordinis Frater esse voluerit, primò per annum cum expensis suis, præter victum, habitu suo, & omnibus suis retentis, in Ordine pro Deo seruiat: & post annum, si bonum, & conveniens videatur Ministro domus, & fratribus, & illi, & locus vacaverit, recipiatur. Nihil tamen pro receptione sua exigatur. Si quid

26  
De Novitijs,  
& eorum receptione.



tamen gratis dederit, recipiatur, dùm tale sit, de quo non videatur Ecclesiæ litigium imminere.

Si vero de cuiusquam moribus visum fuerit dubitandum, prolixior de eo probatio habeatur. Si autè receptionem aliquis se intemperanter habuerit, & impatiens disciplinæ, & ad arbitrium Ministri non emendaverit mores suos, tribuatur ei modestè licentia cum omnibus, quæ attulit recedendi.

In Ordine verò aliquis non recipiatur antequàm annum videatur vigesimum complevisse: professio verò in arbitrio Ministri relinquatur.

Pignora non accipiant, nisi decimas cum licentia sui Episcopi, de manu laici.

Iuramenta non faciant, nisi magna necessitate, cum licentia Ministri, vel iussi ab Episcopo suo, vel alio vices Apostolicas gerente, & hoc pro honesta, & iusta causa.

Si quod vitium in re, quæ venditur notum fuerit, indicetur emptori. Depositum auri, vel argenti, vel pecuniæ non liceat eis suscipere.

Ipsa die, qua infirmus venerit, vel apporatus fuerit, de peccatis suis confiteatur, & communicet.

Om-

27

*De profiten-  
dis, & pro-  
fessione.*

28

*De pignori-  
bus, & dec-  
imis.*

29

*De iuramen-  
tis.*

30

*De venditi-  
one, & depo-  
sito*

31

*De infirmi.*

14 *Regula primitiva Ord.*

32  
*De suffragiis  
fratrum de-  
functorum.*

Omnī secunda feria, præterquam in octavis Paschæ, & Pentecostes, & Nativitatis Domini, & Circumcisionis, & Epiphaniæ, & præterquam in festivitibus, quæ ad colendum pronunciantur, finita Missa pro fidelibus, fiat absolutio fidelium Defunctorum in cæmeterio.

33  
*De oratione.*

Singulis quoquè noctibus, ad minus, in Hospitali coram pauperibus pro statu, & pace Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & totius Christianitatis, & pro benefactoribus, & pro his, pro quibus generalis Ecclesia consuevit orare, communis fiat oratio.

34  
*De regulari-  
bus horis, &  
Canonicis.*

In regularibus horis, morem Beati Victoris observent, nisi fortè pausationes, vel aliæ prolixitates, vel vigiliæ, occasione laboris, & paucitatis servientium, de consilio priorum, & Religiosorum virorum fuerint remittendæ: proptèr paucitatem etenim suam, tantas pausationes in psalendo facere non tenebuntur, nec ita tempestivè surgere.

35  
*De rasura.*

In rasura similiter Ordinem Sancti Victoris sequantur Clerici: laici verò barbas non radant, sed eas crescere modestè permittant.

Nulli ergò omnino hominum liceat  
hanc

*hanc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Lateran. decimosexto Kalendas Ianuarij. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo nonagesimo octavo. Pontificatus nostri anno primo.*

---

## N O T A.

**H**uius Bullæ præiacta copia ad literam transcripta est iuxta tenorem illius, quæ habetur lib. 1. Epistolar. Decretal. Innocentij III. impress. Romæ apud Franciscum Priscianum Florentinum, ann. 1543. Cui fidem adhibere, potius quam alijs etiam transumptis authenticis ad manum habitis, iudicatum est; & quia in mendis scribentis, vel Typographi, quæ in hac copia evidenter dignoscuntur, transumpta etiam conveniunt, nec à pluribus alijs liberantur; & quia cum Romana impressio, & loco, & antiquitate præcellat cunctas.



videtur fidedignior, aliquibus licet mendis scateat.

Primum est: ad fin. num. 1. Regulae, ubi vox apponitur vivant, cum vocem vivunt ibi transumpta ponant; quod esse vitium comperitur evidenter; quia id quod praecipit Regula, prout iam factum non aserit.

Secundum: ad finem num. 2. ubi pro pretium indè proveniens, legitur pretium inconveniens, quod scribentis, aut Typographi errori tribuendum est, cum nullo sensu illud pretium inconveniens sit.

Tertium: initio num. 16 Cura hospitum, & pauperum, & omnium euntium, & redeuntium ponitur; cum tam in impressione Romana citata, quam in Colonienfi, ann. 1575. in alijsque authenticis transumptis manuscriptoris omittatur, & absolutè incipiat numerus: Vni de discretioribus &c. quod non videtur consentaneum, sed potius illud aliud supplendum: ut quod tali vni de discretioribus iniungitur, extet declaratum.

Quartum: post med. num. 20. ad illud, quod si non audierit, vox non deficit in cunctis codicibus; sed necessariam esse omnibus notum est; cum solum, qui unum non audit, ab altero corripiendus sit.

Quin-



*Quintum: in num. 23. ubi ponitur ille verò qui eligit, Sacerdos fit, extat incunctis transumptis ille verò qui eligitur; quod cum clausula immediata sequenti non coheret, cum necessario debeat esse Sacerdos, qui eligitur Minister.*

*Sextum deniquè mendum extat circa finem num. 23. ubi emmendatè ponitur, si pro excessibus corrigendus, vel deponendus fit; cuius loco legitur, si processibus corrigendis, vel deponendis fit, quod cunctis patet à perfecto sensu alienissimum, & quod unice ut ponitur, extat intelligendum.*

*Imponitur etiam in presenti trasumpto vstitatus bullarum finis, licet in Decretali solum sit: Nulli ergò hominum &c. nostræ concessionis, & constitutionis &c. Dat. vt sup. quia ex ipso dignoscitur, in presenti Bulla se habere D. Papam remissive ad alias, ex cuius remissione apponitur etiam dies, & annus in ista; dies enim qui ponitur, ille est, qui tribus retrò Bullis in Decretalibus videtur; annus verò, qui sexta antecedenti signatur, idemquè respectivè de initio præiactæ Bullæ dicendum est, cum citatæ Decretali impressiois Romanæ, Ioanni Ministro, & fratribus Sanctæ Trinitatis, unice pro titulo sit.*

*Regulam istam ab Innocentio III. traditam,*

tam, & sub præiacta forma dispositam, primus  
 postea confirmavit Honorius Tertius, eam tamen  
 alterando, sive modificando in aliquibus; pro-  
 ut constat ex eius Bulla, Dat. Lateran. quinto  
 idus Februarij, Pontificatus sui anno primo,  
 à Nativitate verò Domini ann. 1217. quam  
 noster Calceatus Bernardin. à Sancto Anto-  
 nio afferit in suo Epitom. lib. 1. cap. 5. exta-  
 re in Bibliotheca Sacri Palatij Romani, in  
 Registro Bullarum Honorij Tertij de anno pri-  
 mo, & secundo, Bulla 266. licet in fine  
 prædicti Cap. asserat, datam fuisse ann. post  
 Christum natum 1216. cui, unice relatè ad  
 hoc, necessum est non annuere, cum Februario  
 huius anni nondum Honorius esset Pontifex.  
 Eam, igitur, hic in aliquo modificavit; nam  
 num. 2. Regulæ, ubi ex Innocentio legitur,  
 Cum verò pecunia, &c. usque ad non re-  
 cipiatur inclusivè, sic ex Honorio inspicien-  
 dum venit: Cum verò pecunia data fuerit,  
 vel aliquid aliud, licet specialiter, & pro-  
 priè detur ad aliquid, semper illius, quod  
 datum fuerit, tertia pars separetur, & ali-  
 ter non recipiatur, nisi donator per se  
 ipsum, aut procuratorem idoneum id in  
 usus domus expendat. Item ad illud num.  
 4. Fratres possunt esse, &c. variavit Hono-  
 rius: Tot fratres possunt esse in vna coha-  
 bita-

bitatione, tam Clerici, quam laici, quot  
 Ministro, & fratribus vniuscuiusque Do-  
 mus visum fuerit expedire, & infra, vt  
 frater N. Minister domus Ordinis Sancte  
 Trinitatis, & Captivorum. *Ad illud num.*  
 9. Equos non ascendant &c. *addidit, &*  
*præcepit sic:* Equos non ascendant, nisi cum  
 vrgens necessitas postulaverit, sed mulas  
 tantum, quas licitum sit emere, & con-  
 ducere. *Num. 11. de ieiunijs illa verba:* Po-  
 test tamen quandoque Minister, *sic explica-*  
*vit,* potest tamen quandocumque. *Duo-*  
*decimum numerum voluit Honorius esse istum:*  
 Carnibus datis ab his, qui foris sunt, vel  
 sumptis de proprijs nutrituris\* *aut etiam*  
*emptis, cum necesse fuerit\* vesci liceat tan-*  
 tum in Dominicis diebus à Pascha vsque  
 ad Adventum Domini, & à Natali vsque  
 ad Septuagesimam, & in Nativitate\* &  
*in Circumcisione\** & Epiphania Dñi. & in  
 Ascensione Dñi. & Assumptione, & Purifi-  
 catione B. Mariæ, & in festiuitate omnium  
 Sanctorum\* & *in minutionibus, & infirmitati-*  
*bus, & in via pro magna necessitate\** Liceat  
 nutrituras emere, & nutrire. (*Quæ inter aste-*  
*riscos huius formæ\* scribuntur, addidit: ab illo au-*  
*tem Nihil emant vsque ad in magnis solem-*  
*nitatibus deleuit.*) *Ad num. 13. Cum verò*




in itinere &c. ita apposuit. Cum verò in itinere, sive peregrinatione fuerint, si quid eis datum fuerit, indè vivant &c. Num. 16. circa finem, ubi legebatur, vel oppido, vel ubi venalis inveniatur, ita legi voluit, vel oppido, ubi venalis inveniatur. Ad illa verba num. 23. vel Clericus Ordinibus aptus, adiecit Honorius: Et sit professus. Verba num. 30. Depositorum auri, &c. omnino prætermisit. Et denique num. 32. omisit illud: & Circumcisionis.

Eandem dispensationem, quàm ad num. 9. Regule Innocentianæ apposuit Honorius, repetivit particulari Bulla. Dat. Rom. ann. 1220. decimo septimo Kalendas Octob. Pontificatus sui anno quinto: quæ affertur à N. titato Bernardino in Epitom. lib. 3. cap. 1. §. 2. n. 2. in qua sic: Tibi (fili maior Minister) equitandi mulos, & dispensandi super hoc cum ipsius Ordinis fratribus, sicut expedire videris, liberam tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem.

Alexander IV. post hæc, adhuc hanc eandem modificavit Constitutionem, & posse ascendere equos concessit, per propriam peculiarem Bullam. Dat. Lateran. ann. Incarn. Domini 1255. secundo Nonas Martij, ann. secundo sui Pontificatus. quæ Bulla etiam legitur apud eundem Bernard. ubi sup. l. 3. c. 1 § 4. n. 1.





# DIPLOMA

FOELICIS RECORDATIONIS

CLEMENTIS PP. QUARTI;

CONTINENS.

## REGVLAM

OBSERVANDAM IN ORDINE

Sanctissimæ

## TRINITATIS,

ET REDEMPTIONIS CAPTIVORVM,

*A foelicis recordationis Innocentio Tertio primò  
traditam; ex inde ab Honorio III & Alexandro*

*III. in aliquibus cum varietate constitutam.*

*denuò autem à S. mem. Clemente IIIJ.*

*plenius modificatam.*

**C**lemens Episcopus, servus servorum  
 Dei. Dilectis filijs Ministro maio-

ri, & Fratribus vniversis Ordinis Sanctæ  
 Trinitatis, & Redemptionis Capti-  
 vorum, salutem, & Apostolicam bene-  
 dictionem. In Ordine vestro, eiusque pro-  
 fessoribus, quos sincere diligimus, id sem-  
 per haberi quærimus, vt assiduis spiritua-  
 bus potissimè, ac temporalibus etiam  
 incrementis proficiant, & honestatis fru-  
 ctus delectabiles proferant, ac honoris.  
 Unde recte agimus, si his, quæ ad hæc pro-  
 movenda, ex consultæ deliberationis fiunt  
 providentia, vt inconcussa in posterum  
 permaneant, authoritatis Apostolicæ ro-  
 bur adhibemus. Dudum sanè vt accepimus,  
 vobis fœlicis recordationis Urbano  
 Papæ prædecessori nostro exponentibus,  
 quod prætextu observantiæ statutorum,  
 & Regulæ ipsius Ordinis, plerumque du-  
 bitationes oriebantur Fratribus, ex quo  
 ipsis habentibus conscientias scrupulosas,  
 circa divinorum executionem, & vtili-  
 tatum procurationem temporalium Or-  
 dini præfato difficultatem damnosam,  
 frequenter ingeri, contingebat, ac super  
 hoc vobis per Apostolicam postulantibus  
 providentiam subveniri, dictus prædeces-  
 sor Venerabili Fratri nostro Episcopo, &  
 dilectis filijs Sancti Victoris, & Sanctæ  
 Ge-

Genovesæ Abbatibus Parisiensibus suas dedit literas in mandatis, vt ipsi facientes sibi prædicta statuta, & regulam exhiberi, ac diligentèr examinantes eadem corrigerent, & statuerent circa ipsa prout (secundum Deum) ipsorum salutem, & vtilitati memorati Ordinis cognoscerent expedire. Verum Episcopus, & Abbates prædicti facientes sibi statuta, & regulam huiusmodi exhiberi, ac ea examinantes iuxta formam sibi traditam diligenter illa correxerunt, & circa ipsa nonnulla statuerunt etiam, prout (secundum Deum) prædictorum Ministri, & Fratrum salutem, & vtilitati eiusdem Ordinis ipsis visum extitit expedire, sicut in literis inde confectis, sigillatis sigillis Episcopi, & Abbatum prædictorum, plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod per eosdem Episcopum, & Abbates providè factum est in hac parte ratum habentes, & firmum, illud auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, tenorem literarum de verbo ad verbum facientes præsentibus annotari, qui talis est.

Reginaldus, Divina permissione  
Parisienſis Eccleſiæ Miniſter indignus, &



Robertus eadem permissioe Sancti Victoris Parisiensis Abbas humilis, & Theobaldus eadem permissioe Sanctæ Genovesæ Parisiensis Abbas humilis, vniuersis præsentibus literas inspecturis salutem in Domino. Noveritis, nos recepisse literas Sanctissimi Patris Urbani Papæ Quarti, tenor quarum talis est.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo, & dilectis filiis Abbatibus Sancti Victoris, & Sanctæ Genovesæ Parisiensibus, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum, sicut dilecti filij Minister, & fratres Ordinis Sanctæ Trinitatis, & Captivorum nobis exponere curaverunt, ex occasione observantiæ statutorum, & Regulæ ipsius Ordinis plerumque fratribus dubitationes oriantur, ex quo fratribus habentibus conscientias scrupulosas, sæpius circa executionem divinorum, & procurationem utilitatum temporalium Ordini damnosa ingeritur difficultas, nobis humiliter supplicaverunt, vt super hoc ipsis providere paterna providentia curaremus. Volentes igitur in hac parte ipsis salutari remedio subvenire, discretionis vestræ per Apostolica scripta  
man-



mandamus, quatenus facientes vobis prædicta statuta, & Regulam exhiberi, ac diligenter examinantes, eadem corrigatis, & statuatis circa ipsa, prout secundum Deum, ipsorum salutem, & utilitati Ordinis videritis expedire. Si vero aliquid difficile, vel arduum emerferit, ad Sedem Apostolicam referatis. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, tu frater Episcopo cum altero illorum ea nihilominus exequaris. Datis apud veterem Urbem tertio Idus Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Nos igitur iuxta mandatum prædictum fratres cum Regula sua nostro fecimus conspectui præsentari, & Regulam ipsam diligentèr inspeximus, & eam correximus, & emmendavimus, corrigendo, & statuendo ea, quæ nobis secundum Deum statuenda, & corrigenda videbantur, prout in inferioribus diligenter lector poterit intueri.

\* \* \*

*Incipit Regula.*

1

*De tribus  
votis, &  
Prælati no-  
mine, &  
fratrum  
mansione.*

2

*De divi-  
sione bonorum  
ac Redemp-  
tione Cap-  
tivarum*

**I**N Nomine Sanctæ, & Individuæ Tri-  
nitatis, Fratres Domus Sanctæ Trini-  
tatis, & Captivorum, sub obedientia Præ-  
lati domus suæ (qui Minister vocabitur) in  
castitate, & sine proprio vivant. Qui fra-  
tres extra domos suæ professionis mitti  
non valeant, nisi pro scandalis manifesta  
pœnitentia indigentibus, & pro allevatio-  
ne domorum suarum, & pro nova domo  
ædificanda, & in hoc solo casu providea-  
tur eis tanquam illius domus professis.

Omnes res vnde cumque licite veniant  
in tres partes dividantur æquales. Et in  
quantum duę partes sufficient, exequan-  
tur ex illis opera misericordiæ, cum sui ip-  
sorum, & eis necessario famulantium mo-  
derata sustentatione: tertia verò pars re-  
servetur ad Redemptionem Captivorum,  
qui sunt incarcerati pro Fide Christi à Pa-  
ganis, vel dato pretio rationabili pro redē-  
tione ipsorum, vel pro redemptione Paga-  
norum captivorum, vt postea rationabili  
commutatione, & bona fide redimatur  
Christianus pro pagano secundum merita,  
& statum personarum. Cum vero pecunia  
data fuerit, vel aliquid aliud, licet specia-  
liter, & proprie detur ad certum vsum,  
sem-

semper de consensu illius, qui dederit (si  
præsens fuerit) tertia pars separetur, ni-  
si donator per se ipsum, vel per Procura-  
torem idoneum fratrem, vel alium, id in  
vſus domus expendat: Si vero donator  
absens fuerit, ita quod commode non  
possit eius assensus haberi, vel alias de  
eius voluntate constare, vt in hoc casu  
via melior, & tutior teneatur, rei datæ  
tertia pars separetur, exceptis terris, pra-  
ris, nemoribus, vineis, nutrituris, ædifi-  
cijs, & huiusmodi: fructus enim inde  
exeuntes, deductis expensis secundum ra-  
tionabiles æstimationes Ministri, & fra-  
trum, in tres partes dividantur æquales;  
sed quæ paucas, vel nullas recipiunt ex-  
pensas, omnes dividantur. Cum vero  
panni, vel calceamenta, vel minuta hu-  
iusmodi, quibus necesse sit vt, quæ ven-  
di, vel conservari non expedit, data fue-  
rint, vel à se ipsis habuerint, non divi-  
dantur, nisi Ministro domus, vt fratribus  
visum fuerit expedire, de quibus singu-  
lis Dominicis diebus (si fieri potest) in ca-  
pitulo deliberetur. Si tamen prædicta, vt  
panni, terræ, nutrituræ, seu minuta vende-  
rentur, pretium inde proveniens, in tres  
partes, vt supra, dividatur. De nemoribus  
autem



autem, fœnis pratorum, straminibus agri  
 culturarum, & fructibus arborum, hor-  
 torum, pecorum, & aliarum rerum, ad  
 vsus necessarios, liceat fratribus accipere.  
 Si quid verò de prædictis vendi contige-  
 rit, vel de fructibus arborum potus fieri, ter-  
 tia pars reddatur captivis, secundum for-  
 mam superius annotatam. Si domus Dei,  
 vel quæcumq̃ alia, à quovis licite sub quo-  
 cūque nomine fratribus conferatur, dona-  
 toribus exponatur, qualiter de bonis suis  
 tres debeant facere portiones, & si donator  
 voluerit res dividi, dividantur, & si non,  
 non dividantur. Quæ autem vsquè modo  
 fratribus collata sunt, secundum quod de  
 voluntate donatorum ea receperunt, liceat  
 eis de ipsis disponere, & voluntatem do-  
 natorum pro posse suo adimplere. Fru-  
 ctus verò collectos de bonis postea acqui-  
 sitis (deductis expensis) dividere tene-  
 buntur. De illis, quæ in Ecclesia offe-  
 runtur, vel aliquo modo apportantur,  
 vt vestimenta, panni serici, oblationes,  
 & huiusmodi, ipsi Ecclesiæ in suis neces-  
 sarijs, vt libris, cera, oleo, & alijs eius-  
 dem ornamentis provideatur, quod au-  
 tem supererit, dividatur. Si domus,  
 terræ, possessiones, vel alia, vnde red-  
 di-



litus proveniunt, vel conservandis fructibus sunt necessaria, calamitate aliqua, vel casu destruantur, liceat fratribus de communibus bonis prædicta in statum debitum reformare, & hoc de consensu Ministri Maioris, vel eius Vicarij, seu Visitatorum illius Provinciae.

Omnes Ecclesiae istius Ordinis, quas fratres sibi ædificaverint, intitulentur nomine Sanctae Trinitatis, & sint plani operis.

Fratres possint esse in vna cohabitatione, tam Clerici, quam laici, secundum quod Ministro, & fratribus uniuscuiusque domus visum fuerit expedire, quorum vnus Procurator sit, qui non Procurator, sed Minister, vt dictum est, nominetur, vt frater N. Minister domus Ordinis Sanctae Trinitatis, cui fratres repromittere, & impendere obedientiam teneantur.

Omnibus fratribus suis, sicut sibi met, iuxta posse domus, prout uniuscuique opus fuerit, Minister fideliter administret.

Vestimenta fratrum sint lanea, & alba, & liceat eis habere pelliceas, pro vt uniuscuiusque exposcit necessitas, & brac-

5  
De titulis  
Monasteriorum.

4  
De numero  
Fratrum, &  
Procuratorum.

5  
De Officijs  
Ministri.

6  
De vestimentis, & habitibus, & huiusmodi.

7  
De lectis, &  
dormitorio.

braccas, quasi iacentes non deponant. Iaceant in laneis, ita quod plumea fulcra, vel culcitrae in domibus proprijs, id est, in quibus ad manendum fuerint deputati, nisi in ægritudine laborantes, vel de foris venientes, & hoc extra Dormitorium, minimè habeant: in alijs vero domibus sui Ordinis, & alibi ubicumque, sive in itinere, sive in peregrinatione fuerint, poterunt iacere fratres in talibus lectis, quales eis fuerint præparati, ita tamen, quod tunicas non deponant. Cervical verò cum coccino ad sustentationem capitis permittantur habere.

8  
De signis.

In Cappis, & Scapularijs fratrum imponantur signa, videlicet, Crux in pectore, cuius brachium, quod vadit in longum, sit de panno rubeo, illud autem quod vadit in transversum, sit cærulei coloris. Calceamenta habeant clausa, & ordinata, ita tamen, quod genua non excedant, nisi sint equitantes.

9  
De equitaturis.

Liceat fratribus equos ascendere, & equitaturas tales habere, quales poterint, & sibi viderint expedire, dum nimis notabiles non existant.

10  
De sobrietate.

Vinum sumendum à fratribus talitèr temperetur, ut sobrie sumi valeat.

Ieiun-

Ieiunent à propinquiori Dominica festo  
 B. Martini Hyemalis vsque ad Nativita-  
 rem Dñi. & à Quinquagesima, vsq; ad Pas-  
 cha, insuper, & alijs temporibus anni,  
 omni sexta feria, nisi festivitas novem  
 lectionum intervenerit, vel octavæ, ita  
 tamen, quod à Quinquagesima vsque ad  
 Pascha in cibo Quadragesimali ieiunent,  
 & alia ieiunia, quæ consuevit Ecclesia  
 celebrare. Potest tamen quandoque Mi-  
 nister ieiunium cum discretione relaxare  
 propter ætatem, vel viam, vel aliam iu-  
 stam causam, vel etiam, facultate in-  
 specta, augmentare. Carnibus datis ab  
 ijs, qui foris sunt, vel sumptis de pro-  
 prijs nutrituris, vel etiam emptis, vesi-  
 liceat tantum Dominicis diebus à Pas-  
 cha vsque ad Dominicam propinquiorem  
 festo B. Martini hyemalis, & à Natali vs-  
 que ad Septuagesimam, & in Nativitate  
 Domini, & in Epiphania Domini, & in  
 Ascensione Domini, & in Assumptione,  
 & Purificatione B. M. & in festivitate om-  
 nium Sanctorú, & in munionibus, & in-  
 firmitatibus. Possunt tamen Ministri cum  
 fratribus suis de carnibus ædendis extra  
 Refectorium, & in via ex iuxta, & ra-  
 tionabili causa, dispensare. Liceat fra-  
 tri-

71  
*De ieiunijs.*

12  
*De abstinentijs.*



tribus sagimine vesci; liceat etiam nutrituras emere, & nutrire.

13

*De itinere  
ribus, & de  
fugitivis &  
Apostatis.*

Cum vero in itinere, sive peregrinatione fuerint, si quid eis datum fuerit, indè vivant, & residuum in tres partes dividant, si fuerint tamen in via profecti ad redimendum captivos, quicquid eis datum fuerit, totum debent ponere in redemptione captivorum, præter expensas. In Civitatibus, & in Villis, sive in Castellis, in quibus proprias domos habuerint, nihil omninò extra domos illas, nisi fortè in domibus Religiosis, etiam si à quovis rogentur, & cum Archiepiscopis, & Episcopis, & Regibus, si invitati fuerint, comedant, vel bibant, nisi fortè aquam in domibus honestis, nec pernoctare præsumant extra huiusmodi domos, nisi forte fuerint aliquorum magnatum, vel Prælatorum officijs deputati. Numquam in tabernis, vel huiusmodi locis inhonestis habitent, comedant, vel bibant: qui autem hoc præsumperit, iuxta arbitrium Ministerii maiori, vel minori vindictæ subiaceat.

14

*De refectio  
ne fratrum.*

Talis sit charitas inter fratres Clericos, & Laicos, ut eodem victu, vestitu, dormitorio, refectorio, & eadem mensa utantur.

In



Infirmi seorsum dormiant, & comedant, ad quorum curam habendam conversus aliquis laicus, sive Clericus deputetur, qui ea, quæ necessaria fuerint, inquirat, & ministret, sicut fuerit ministrandum. Moneantur tamen infirmi, ut lauta, sive nimium sumptuosa cibaria non requirant, commoda potius, & salubri moderatione contenti.

Cura hospitum, & pauperum, & omnium euntium, & redeuntium vni de discretioribus, & benignioribus fratribus iniungatur: qui audiat eos, & ut expedire viderit, charitatis solatium administret. Requirit tamen ab illis, quos crediderit admittendos, si his, quæ fratribus apponuntur, velint esse contenti, ad lauta quidem, sive nimium sumptuosa cibaria, non oportet quemquam admitti. Quæcunque tamen præstanda sunt, cum hilaritate præstentur, & nulli maledictum pro maledicto reddatur. Si quis tamen, & maximè Religiosus, ad hospitandum advenerit, benignè suscipiatur, & charitativè, iuxta posse domus, illi subministretur. Avenam tamen, vel aliud loco avenæ hospitibus dare non teneantur, si fuerint in Civitate, vel loco, vbi venalis

15  
De infirmis  
& infirmitatibus

16  
De hospitibus  
fratrum

lis inveniatur, nisi fortè Religiosi sint hospites, vel tales, qui ad manus non habeant, & emere non possint. Si autem hospites venalem non invenerint, & in domo in qua suscepti fuerint, inveniatur, congruenter eis præbeatur.

17  
*De officijs  
fratrum.*

Nullus frater Clericus, aut laicus sinè proprio officio sit, si fieri potest. Si quis verò laborare noluerit, & potuerit, iuxta arbitrium Ministri canonicè puniatur, cum Apostolus dicat: *Qui non laborat, non manducet.*

18  
*De silentio.*

Silentium observent semper in Choro, nisi frater, alicuius fratris fortè confessionem in dicto loco audiat. Pauca tamen verba in Choro sub silentio, & sine strepitu propter aliquam iustam causam loqui poterunt. In Refectorio, & Dormitorio silentium servabunt, nisi necessitas aliqua eos ad loquendum compellat. In quo casu paucis verbis, & submissa voce loquantur. Extrà verò prædicta loca, liceat eis loqui temporibus aptis remissa voce, humiliter, & honestè.

19  
*De modo  
sive & ho-  
nestate.*

Ubiquè sermo eorum sit honestus, & sine scandalo, similiter, & omnis eorum status, gestus, vita, actio, &

& omnia alia honesta in eis reperian-  
tur.

Capitulum, si fieri potest, singulis Do-  
minicis diebus, in singulis domibus, Mi-  
nister cum Fratribus suis teneat, & de ne-  
gotijs domus, & domui suæ, sive Fratri-  
bus datis, & familiæ nomine Ordinis da-  
tis, vt ad redemptionem captivorum ter-  
tia pars deputetur, Fratres Ministro, &  
Minister Fratribus rationem fideliter  
reddant. Similitèr singulis Dominicis  
diebus, si fieri potest, exhortatio fiat, &  
quid credere, aut agere debeant, simpli-  
citer moneantur. De omnibus rebus, & cla-  
moribus Fratres in Capitulo iudicentur.  
Nullus frater fratrem suum in publico  
accuset, nisi benè possit probare, qui autem  
hoc fecerit, pœnam subeat, quam reus  
subiret, si convinci potuisset, nisi Minister  
ex causa cum eo dispensare voluerit. Si  
quis scandalum, vel aliquod huiusmodi  
fecerit, vel (quod absit) se invicem per-  
cusserint, iuxta arbitrium Ministri, ma-  
iori, vel minori vindictæ subiaceat. Si  
quis frater in fratrem peccaverit, scilicèt  
contra fratrem, idem eo solo sciente, qui  
iniuriam passus est, sustineat patientèr,  
licèt sit innocens: & cum quieverit com-

20

De domo  
rum capi-  
tulis, &  
de panis



motio animorum, benignè, & fraternè commoneat, & corripiat eum, vsque ter, inter se, & ipsum solum, & pœnitentiam agere de commisso, & à similibus in posterum abstinere, qui si non audierit, dicat Ministro, & ille corripiat eum secretè, secundum quod viderit saluti eius expedire. Qui verò scandalum movit, si per se emmendare voluerit, totum ante pedes scandalizati petens veniam se extendat, & si semel non sufficit, vsque ter illud idem faciat. Si verò hoc in publicum venerit, quæcumque sequutura fuerit pœnitentia, hæc sit prior, scilicet, antè pedes Ministri petendo veniam totius corporis extensio, & postea secundum arbitrium Ministri emmendetur.

21

*De Capitu.*• *Generali.*

Generale Capitulum semel in anno celebratur, quod fieri debet Dominica quarta post Pascha, in quo capitulo quolibet anno Correctores Maioris Ministri eligantur, qui vna cum Maiori Ministro, vel eius Vicario, corrigendi, & diffiniendi omnia, quæ corrigenda, & diffinienda sunt, in Generali Capitulo, tempore ipsius Capituli, & etiam Visitatores constituendi in diversis Provincijs, & locum futuri Generalis Capituli assignandi habeant.



beant potestatem. Nullus verò simplex frater ad Generale Capitulum accedat, nisi vocatus à Maiori Ministro, vel missus à suo proprio Ministro, vel aliquam iustam causam coram Ministro suo prætenderit, quam si in Capitulo Generali non fuerit persecutus, ad arbitrium Maioris Ministri, & Correctorum canonicè puniatur.

Si pro necessitate domus debitum aliquod fuerit contrahendum, prius in Capitulo Fratribus proponatur, & cum eorum consilio fiat, & assensu, vt sic, suspitiones, & murmura evitentur. Si quis de substantia domus, violentiam fecerit, & ad iudicem oportuerit referri, non antè hoc fiat, quam charitativè à Fratribus moneatur.

Electio Ministri per commune consilium Fratrum Clericorum fiat: nec eligatur secundum dignitatem generis, sed secundum vitæ meritum, & sapientiæ doctrinam. Ipse verò, qui eligitur, Sacerdos sit, vel Clericus ordinibus apertus, & professus. Minister verò, sive maior, sive minor, Sacerdos sit.

Maior verò Minister postquam electus fuerit secundum formam in Regula

22  
*De debitis  
contrahendis.*

23  
*De electione  
Ministrorum.*

24  
*De officio &  
potestate  
Ministrorum.*

annotatam, ipsius Ordinis curam plene habeat, & libere gerat, prout hactenus extitit observatū, & consuetum; fratrumque omnium Congregationum confessiones audire, & absolvere ab omni transgressione Regulæ suæ possit auctoritate. Minor verò Minister omnium fratrum domus suæ audiat confessiones, dummodò verecundia repetiti excessus occasionem minimè præbeat, tardiùs Prælati suis, vel minus purè, quam deceat, confitendi. Sollicitè vero Minister provideat, ut præcepta Regulæ, sicut cæteri fratres per omnia teneat.

Postquam verò electus fuerit, si ex culpa deponi meruerit, per maiorem Ministrum convocatis tribus, vel quatuor Ministris minoribus, si commodè infra tres dietas à loco valeant inveniri: & si commodè haberi non possint, assumptis secum tribus, vel quatuor fratribus eiusdem Ordinis, viris Religiosis, & honestis, de quorum consilio, & assensu deponatur, & alius, qui dignus sit, loco eius subrogetur. Si verò pro remotione terrarum, vel alia causa rationabili maior Minister hoc facere non potuerit, vices suas Ministris minoribus, magis Religiosis, com-

25  
De depositions  
e Ministrorum.

mittat. Si verò duo, vel tres pro locorum distantia haberi commodè non possint, per aliquem Ministrum, virum Religiosum, & honestum, cum tribus, vel quatuor Religiosis hoc fiat: & quod illi fecerint, autoritate maioris Ministri ratum habeatur. Maior verò Minister, si pro excessibus suis corrigendus, vel deponendus fuerit, per quatuor, vel quinque Ministros eiusdem Ordinis magis Religiosos hoc fiat, qui tamen autoritate Generalis Capituli ad hoc eligi debent.

Si quis huius Ordinis Frater esse voluerit, primò per annum in habitu fratrum cum expensis suis, præter victum, omnibus suis retentis, in Ordine pro Deo deserviat: & post annum, si bonum, & conveniens Ministro domus, & fratribus videatur, & illi, recipiatur. Nihil tamen pro receptione sua exigatur. Si quid tamen gratis dederit, recipiatur; dum tamen tale sit, de quo non videatur Ecclesiæ periculum eminere.

Si verò de cuiusquam moribus visum fuerit dubitandum, prolixior de eo probatio habeatur. Si antè professionem aliquis se intemperanter habuerit, & impatiens

26

De Novitijs.



tiens disciplinæ, ad arbitrium Ministri non emmendaverit mores suos, tribuatur ei modestè licentia cum omnibus, quæ attulit, recedendi,

27

*De proficien-  
dis, & pro-  
fessione.*

28

*De pignori-  
bus, & de-  
simis.*

29

*De iuramen-  
tis.*

30

*De venditio-  
ne.*

31

*De hospita-  
tate, &  
in firmis.*

32

*De frangis  
fratrum  
defuncto-  
rum.*

In Ordine verò aliquis non recipia-  
tur antequàm annum vigesimum vi-  
deatur complevisse: professio verò post  
annum in arbitrio Ministri relinquatur.

Pignora non accipiant, nisi decimas  
cum licentia sui Episcopi, de manu  
laici.

Iuramenta non faciant, nisi magna ne-  
cessitate, cum licentia sui Ministri, vel ius-  
si ab Episcopo suo, vel ab aliquo vices  
Apostolicas gerente, & hoc pro honesta, &  
iusta causa.

Si quod vitium in re, quæ venditur, no-  
tum fuerit, indicetur emptori.

Ipsa die, qua infirmus apportatus fue-  
rit, de peccatis suis confiteatur Mini-  
stro, vel ei, cui Minister iniunxerit, & com-  
municet, & omnia alia Ecclesiastica Sa-  
cramenta percipere valeat ab eodem.

Omni secunda feria, præterquam in  
Octava Paschæ, & Pentecostes, & Nata-  
lis Domini, & Circumcisionis Domini,  
& Epiphaniæ, & præterquam in festivi-  
tatibus novem lectionum, & in Octava

San-



Sanctorum, & aliarum festivitatum finita  
Missa pro fidelibus, fiat absolutio fide-  
lium Defunctorum in cæmeterio.

Singulis quoque noctibus, ad minus,  
in Hospitali coram pauperibus pro statu,  
& pace Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & to-  
tius Christianitatis, & pro his, pro qui-  
bus generalis Ecclesia consuevit orare,  
communis fiat oratio.

33  
De oratione

In regularibus horis morem Beati Vi-  
ctoris observent, exceptis fratribus ser-  
vitijs Principum, & Prælatorum depu-  
tatis, & fratribus itinerantibus, exceptis  
etiam pausationibus, & prolixitatibus,  
& vigilijs, quæ occasione laboris, vel  
paucitatis fervientium poterunt eis re-  
mitteri de consilio piorum, & Religioso-  
rum virorum ad hoc in suo generali capi-  
tulo de suis Ministris, vel fratribus, specia-  
liter electorum: proptèr paucitatè etenim  
suam, tantas pausationes præstare  
facere non tenebuntur, nec ita tempesti-  
vè surgere.

34  
De regula-  
ribus horis.

In rasura similiter Ordinem Sancti  
Victoris sequantur Clerici: Laici verò  
barbas non radant, sed eas ad modum  
Templariorum, vel conversorum Cister-  
ciensium crescere permittant.

35  
De rasura

Nulli ergó omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, velei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Viterbij, Anno Incarnationis Domini-  
cæ millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, septimo Idus Decembris, Pontificatus nostri anno tertio.

---

N O T A.

**T**ranscripta est fidelissimè Regula hæc Clementina iuxta illius apices, quæ à nostro prælaudato Bernardino à S. Antonio Typis idata est in suo Epitom. Redemp. lib. 1. cap. 6 quam (vt ipse ibi) ad antiquiora trasumpta, quæ ex Sacri Palatij Romani Bibliotheca approbata habemus in nostri Vlyssiponensis Monasterij Archivio, correxit, & emmendarvit; cuiusquè copiam, in omnibus sequutus est (præter in Dat. quoad ann. Dom.) N. Mag. Figueras in suo Chron. fol. 334. Hæc ambo trasumpta fidedigniora alijs pluribus, conspectui concessis, habent;

*bona veniunt ; Et quia superlativo examine ab ipso Romano exemplari originem ducunt ; Et quia carent aliquibus , quæ Cherubinus , Et alij evidenter intromisserunt . Talia sunt hæc .*

*Primò: Post finem (qui nunc est) num. 2, consequenter ad illa verba : Seu Visitatorum illius Provintiæ , omnia , quæ sequuntur isthic sunt addita : Si tamen pro fratrum congrua sustentatione necessitas exegerit , huiusmodi divisio ex bonis indifferenter relictis , arbitrio Ministri Provincialis pro tempore existentis relinquatur ; dummodò illa non ad alios vsus, quam ad Redemptionem , & pauperum subventionem , ac Hospitalium reparationem , seu constructionem , ac Fratrum Ordinis sustentationem convertantur . Et sic ultra tertiam partem huiusmodi , absque alicuius conscientiæ scrupulo , percipere ipsi fratres , & levare valeant .*

*Item num. 6. Post illud : Vestimenta sint lanea , & alba intromissum est , excepta Cappa , quæ bruni coloris poterit esse , vel sicut scribit Cherubinus , excepta Cappa , quæ honestatis causa bruni coloris erit , quam etiam dum ad*  
par-



partes infidelium pro redimendis captivis se contulerint, de suorum Superiorum licentia mutare possint.

*Denique num. 12. inter, liceat fratribus sagimine vesci, & liceat etiam, &c. male additum legitur, Ac insuper, si qualitas temporis, & Monasteriorum necessitas id exegerint, etiam in ipso Refectorio (Adventus tamen, & alijs à iure prohibitis temporibus exceptis) carnibus huiusmodi vesci possint; tres enim præactas dispensationes non Clemens Quartus in sua Regula, sed post ducentos quinquaginta quinque annos, ann. videlicet 1522. Adrianus Sextus (sensu infra explicando) expedivit; ut videre est in sua Bulla, quæ communitè dicitur Maremagnum Ord. SS. Trinit. & locum obtinet, iam apud Emman. Rodriguez in suo Bullario, tom. 2. Bulla 4. Adriani Sexti, iam apud Lezana, tom. 3. quæst. Regul. & alios.*

*Dictum est, quod trium harum dispensationum Adrianus Sextus Author fuit, & verum utique in hoc sensu est: primò, Quia numerus si tamen pro fratrum congrua sustentatione &c. intromissus Regule, extat ut ibi iacet, unicè in sua Bulla; & secundò, quia ampliativè ad plures Conventus nullus alius*



alius antea concesserat; nam Urbanus Quartus unice antea concessit Conventui nostro Romano Sancti Thomae de Formis, ad instantiam Richardi S. Angeli Diaconi Cardinalis. Constat ex eius Bulla dat. Viterbij, idib. Novemb. ann. D. 1261. quod postea Urbanus V. confirmavit, at etiam unice pro dicto Conventu, septimo Kalend. Febr. ann. septimo sui Pontificatus. Adrianus igitur praefatum indultum primus ampliavit: at non pro Religione univ[er]sa, sed pro Provincijs Regnorum Castellae, Legionis, & Granatae dumtaxat; ut ex ipsius citato M[an]u remagno constat.

Postea Paulus Quartus ad omnes Conventus Lusitanae Provinciae extendit, ad instantiam Ioannis III. Regis Portugaliae: ut videre est in Diplomate Apostolico Cardinalis Raynutij, de speciali mandato D. Papae. Dat. Rom. apud S. Petrum, sub sigillo Officij Pœnitentiariae, tertio Kalend. Decemb. ann. D. 1556. quod extat in Constitutionibus Trinitariorum Portugaliae, Vlysi. impressis, ann. 1591. Et denique Alexander VII. idem univ[er]sae indulgit Religioni; pro ut videre licebit lib. 1. infra ponendarum Constitutionum, cap. 6. ubi ad text. Regulae Clementis IV. post illa verba, seu Visita-

torum illius Provinciae talem dispensationem Adriani Sexti addidit, & pro textu Regulae universalis haberi voluit: hoc tamen privilegium Religio non admisit in omnibus, sed potius de novo statuit ( ipso Alexandro Septimo confirmante ) quod vel tertiam, vel saltem aliquam partem, taxante Capitulo, Domus omnes pro Captivis redderent. ibi §. 3.

Circa dispensationem in colore Cappae etiam Adrianus Sextus fuit, qui innovavit primus; at non pro Universo Ordine, sed tantum pro Provincijs Regnorum Castellae, Legionis, & Granatae; sed nec pro omnibus istarum Provinciarum individuis, nam unice pro transituris ad partes infidelium; & hoc, de licentia suorum Superiorum: nec tandem praefatae Cappae colorem assignavit, sed tantum Cappam albam in aliam mutari concessit. Ita in citato Maremagno patet.

Post hunc Pius Quartus Provinciae Castellae concessit Cappam bruni coloris, quae posset gestari ab omnibus, absque limitationibus praedictis. Haec sunt verba Card. Raynutij: Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate D. Papae, cuius Pœnitentiariae curam gerimus, & de eius speciali mandato.

su-

super hoc, vivæ vocis oraculo nobis facto, vobis, vestrisque successoribus dictorum Ordinis, & Provinciæ Provincialibus, & Diffinitoribus, ac Ministris in perpetuum, vt vos, & ipsi, & singuli Religiosi vobis, & eis pro tempore subiecti, loco Cappæ albæ, quam hæctenus deferre consuevistis, Cappam coloris bruni, *burriel* vulgariter nuncupati, alijs insignis dicti Ordinis reliquis semper salvis remanentibus, deferre libere, & licitè debeatis, possitis, & valeatis, ac debeant, possint, & valeant, præmissis, veris existentibus tenore præsentium, perpetuó concedimus, & indulgemus &c. *Dat. Rom. ap. S. Petr. sub sigil. offic. Pœnit. 5. Nonas Iulij, Pontificatus D. Pij Pap. IIII. ann. I.* Demumque Alexander VII. Universe Religionis ampliavit; & pro textu Regulæ Clementis Quarti verba, que affert Cherubinus, inseruit. Ita infrà lib. I. cap. 14. in text: at nullo modo explicante Alexandro, quid per colorem brunum intelligat: quando quidem, nigrum debere intelligi, nec in textu, nec in constitutione fidelissimè transcripta, constat: sed Sixtus Quartus hoc pro Ordine Cisterciensium declaravit, quod sufficit, vt pro



nostra sit declaratum pariformiter. Extat  
Bulla Sixti IV. brunum pro nigro tan-  
tùm intelligentis, apud Cherub. tom. 1. sub  
Dat. idib. Decemb. ann. 1475.

Illà igitur in Cherubino, ex his quæ  
sunt magnibabenda, supersunt: ex alijs au-  
tem parvi momenti, superest etiam in num.  
2. post medium, Clausula illa secundum quod  
de alijs supradictum est, quam inserit  
post deductis expensis, & ante aliud, di-  
videre tenebuntur.

Non solum hæc in Bulla Cherubini in-  
tromissa sunt, sed alia è contrario desunt,  
quæ in nostra fideliori videre, aptum est.

Primo: Omisit in exordio huius Regule  
Clementine quantum intercedit à ly Regi-  
naldus divina permissione &c. vsque ad  
finem talis exordij; fortè quia non necessariam  
censuit talem, ac tantam extensionem; at non  
parum necessaria, ut ponamus translationem  
fidelem.

Secundo: In num. 2. Paulo post med. ubi  
ait: Si domus, vel quæcumque alia; omisit  
Dei, & dicere debet, Si Domus Dei,  
vel quæcumque alia (domus scilicet) vox  
enim Dei superesse, dicendum non est;  
cum tam Templum, quàm Dæmus locabilis  
possit fratribus conferri, & de utraque debet  
dici,



dici, quid faciendum sit: & maximè, cum  
 ly, vel quæcumque alia intelligi non pos-  
 sit ita, quæcumque alia res; quia in ipso  
 num. remanet dictum, quod, si pecunia, vel  
 aliquid aliud detur, separanda est tertia  
 pars.

Tertio: num. 4. post illud, sed Minister  
 (vt dictum est) nominetur *omissit*, vt  
 frater N. Minister domus Ordinis San-  
 ctæ Trinitatis.

Item num. 21. circa finem, ait: Vel  
 aliquam iustam causam in Ministrum  
 suum, cum debeat dicere coram Ministro  
 suo; genuina enim textus intelligentia est,  
 quod qui coram Ministro suo (vt Iudice nem-  
 pè) aliquam iustam causam, vel litem pen-  
 dentem ageret, teneretur, eam ad Generale  
 Capitulum defferre, ipsiusque iudicio commit-  
 tere: qui sensus constat clarissimè ex verbis,  
 quæ immediatè sequuntur; scilicèt, quam  
 (id est causam) si in Capitulo Gene-  
 rali non fuerit prosequutus, ad arbi-  
 trium maioris Ministri, & Correcto-  
 rum canonicè puniatur.

Num. etiam 23. ad illud ipse verò, qui  
 eligitur addere sic debebat: Sacerdos sit,  
 vel Clericus Ordinibus aptus, & pro-  
 fessus: Minister verò, siuè maior, siuè

minor, Sacerdos fit. *Apponit tamen diminutè, & mixtim aliquid de utroque, sic dicendo: Ipse verò, qui eligitur, sive maior, sive minor Minister, Sacerdos fit, & professus; fortè, ut sic melius componat, quod ly qui eligitur incolumen, prout iacet, salvetur; quod certè fieret, si reliqua cum hoc componantur: ita tamen non evenit; nam cum initio numeri istius dicatur, electionem debere fieri per commune consilium fratrum Clericorum, manebat inexplicatum, quinam isti fratres Clerici futuri erant, an simul qui vulgò Choristæ, an unice Sacerdotes, quos ista vox Clerici antonomastice significat? Utquè Regula, utrosque sufragium præbituros declaret, idè de ipsis iterum sermonem instituere debet, quasi diceret: Isti fratres Clerici, qui electuri Ministrum sunt, vel Sacerdotes, vel Ordinibus apti, sint: quin inter sit, vocem qui eligitur malè remanere translata, cum hoc constet, esse mendum, ut dicitur in Superiori nota.*

*Deniquè num. 8. de signis, non solum apud Cherubinum, sed etiam apud omnes, qui ex antiquis codicibus transcripserunt; ubi illa vox iam sic apponitur & Scapularijs, legendam invenitur, & Caputijs; sed à*

51

fronte cognoscitur, emmendandum esse, cum  
numquam in caputio Crucem ullus gestas-  
set.

Addendum etiam; quod licet prima fides  
data sit transumpto N. citati Bernardini,  
utpotè eidem cum antiquiori, aservato in  
nostro Archivio Vlysiponensi; quoad annum  
tamen Dñi. expeditionis Regulæ. ipsum de-  
serere necesse est, cum nondum esse Pontifi-  
cem Clementem Quartum, constans, & cer-  
tissimum sit. Apposuit Dat. (fortè non ipse,  
sed Typographus, aut Amanuensis) ann.  
1263 cum Clemens electus fuerit ann. 1265.  
mense Februario: Ex quo, cum anno tertio  
sui Pontificat. præsentem expediret Bullam,  
annus 1267. est qui debet poni (& ita po-  
situr) in Data.



Faint, illegible handwriting on aged paper, possibly bleed-through from the reverse side. The text is mostly obscured by fading and ink bleed-through.



53.  
DIPLOMA

SANCTISSIMI

DOMINI NOSTRI

ALEXANDRI SEPTIMI.

P. O. M.

CONTINENS

CONSTITUTIONES  
Generales, exponentes Regulam Uni-  
versi Ordinis Sanctissimæ

TRINITATIS,  
ET REDEMPTIONIS  
CAPTIVORUM.

*Editas in Capitulo Generali, celebrato Romæ  
Anno Incarnationis Dominicæ millesimo  
sexcentesimo quinquagesimo  
sexto.*

**U**T sequens Alexandrina transcribatur  
 Bulla, unicum (Et hoc nobile) manubatur  
 exemplar. Servatur hoc in Archivio  
 nostri Conventus Matritensis, manu scriptum  
 in pergamento, sigillatumquè annulo Piscatoris:  
 transcriptum diebus Alexandri VII. immediatè  
 ac conditum eius originale; Et cui trans-  
 sumptum præsens est ad unguem conforme.  
 Unicum notare necesse. Tempore ipsius Ale-  
 xandri VII. ann. 1665. visum fuit Capitulo  
 Gen. celebrato Romæ, aliquas præsentium Con-  
 stit. declarare, Et alicui illarum, iam addere,  
 iam diminuere. Cumquè factum esset, Sacra  
 Congregatione Regul. approbante, confirmante-  
 què; ab eadem S. Congr. statutum fuit, has  
 Constitut. Gener. non nisi cum huiusmo-  
 di moderationibus, additionibus, seu Re-  
 formationibus imprimi posse, ut constat  
 ex Decreto ad earum finem, cuius, Et quarum  
 in Archivio etiam Matritensi custoditur origi-  
 nale. Tam ad Constitutionum, quàm ad Ad-  
 ditionum species sequens ponitur copia; cumque  
 utraque sit eiusdem Pontificis auctoritate fir-  
 mata: in eodem Corpore Constitutiones, Et Addi-  
 tiones suo loco miscentur; Et, ut noscatur addi-  
 tio, inter istos asteriscos \* -- \* de promitur:



# ALEXANDER

PAPA SEPTIMVS.

AD PERPETUAM REI

MEMORIAM.

**E**T si pro cunctorum Christi fidelium cura nostræ divina dispensatione creditorum statu salubriter dirigendo Apostolatus nostri partes adhibere iugiter studeamus; illorum tamen, qui spretis sæculi illecebris in humilitatis spiritu Altissimi obsequijs sese sub suavi Religionis iugo manciparunt, foelici directioni præcipua paternæ charitatis sollicitudine consuere satagimus: & proinde, quæ pro stabiliendo sub regulari observantia eorum laudabili proposito, provide conf-

56 *Liber I. Const. Gen. exponent. Regul*  
picimus emanasse , vt firma illibaraquē  
permaneant , libentē cum à Nobis pe-  
titur , Apostolico munimine roboramus.  
Nuper si quidem pro parte dilectorum  
filiorum fratrum Ordinis Sanctissimæ  
Trinitatis Redemptionis captivorum  
Nobis expositum fuit, quod pro fœlici  
eiusdem Ordinis directione factæ re-  
periuntur Constitutiones tenoris,  
qui sequitur , vide-  
licet,





# LIBER I.

DE EXPOSITIONE  
Regulæ Fratrum Ordinis  
Sanctissimæ

## TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORVM.

Secundum modificationem, & declara-  
tionem à Summis Pontificibus factam,  
Conciliorum Decreta, & Constitutio-  
nes Generales eiusdem  
Ordinis.

Prologus ad explicationem trium vo-  
torum essentialium.

**I**N nomine Sanctæ, & individue Trinitatis.  
Fratres Ordinis Sanctæ Trinitatis, &  
Redemptionis Captivorum sub obedientia Præ-  
la-

58 Liber I. Constit. Gen exponent. Reg:  
lati domus sue, qui Minister vocabitur, in  
castitate, & sine proprio vivant.

**R**eligionis status (cum sit via ad per-  
fectionem) in his tribus necessario  
consistit (nempe) obedientia, castitate, &  
paupertate: dicente Domino: *Si vis perfe-  
ctus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, &  
da pauperibus, & veni sequere me.* Nam tria  
sunt potissimum, quæ blanda quadam, &  
dolosa mulcedine hominem alliciunt, se-  
parant à Deo, & in interitum præcipitant,  
voluntarium: divitiarum, nempe, cu-  
piditas: dicta à Paulo idolorum servi-  
tus) quam paupertas proculdubio enecat:  
sensibilem præcipuè venerearum dele-  
ctationum concupiscentia, quæ continen-  
tia voto tanquam fortissimo telo pror-  
sus opprimitur, & voluntatis humanæ  
effrenis inordinatio, quæ impatiens iugi,  
nullius se subdit imperio, cuius impetum  
obedientia frænât, retardat furorem, &  
tamquam habenis divinis moderatur, &  
regit. His ergo tribus, videlicet, pauper-  
tate, castitate, & obedientia totus homo  
ab humanis laqueis liber, & Dei solius pro-  
fundæ meditationi consecratus, fit puri-  
ssimam holocaustum: quod totum in Dei  
ho-

honorem olim ignis consumebat, nec pars aliqua relinquebatur, quæ humanis serviret vñibus.

His tribus hastis, paupertate, castitate, & obedientia totius terræ promissionis Hierico prima Civitas solo æquatur, & penitus diruitur, ne homo eam incoleret: nam continentia Israelitarum Hierichuntini, carnales homines omni libidinis genere contaminati, interimuntur: ne carnis regnet illecebra, & vera spiritus paupertas validissimos civitatis illius concussit muros, atque deiecit, iubente Iosue, ne hostium concupiscerent divitias, neque contingerent spolia. Et vnus Achan, qui regulam auream, & vesté coccineam furtim subripuit, lapidibus obrutus interiit, ne illius avaritia totam destrueret multitudinem. Denique imperio ducis, dum obediunt Hiericho Domini fit holocaustum gratissimum, & Iosue clamat. *Maledictus homo, qui reced. sicaverit Urbem hanc:* nam libidinem, avaritiam, inobedientiam castitate, paupertate, & obedientia iam iam profligatas, & muros Urbis rebelis semel Deo oblatis nefas est ad sæculum commercium iterum revocare. Cum igitur his tribus votis Religio perficiatur, statim

60 *Liber I. Const. Gen. exponent. Reg.*  
statim in principio ea nobis amplectenda  
in nostra regula proponuntur. Et quia  
obedientia principatum obtinet (per  
quam Deo propria offertur voluntas, quæ  
præstat corporibus, & divitijs, quæ per  
castitatem, & paupertatem Deo donan-  
tur) primò de ea in regula dicitur.

## CAPUT PRIMUM.

De obedientia Prælati servanda;  
simulque de Prælatorum  
nomine.

Text. n. 1 *Sub obedientia Prælati domus suæ.*

§. I. **E**X Divini, & naturalis iuris ordine in-  
feriores suis Superioribus obedire  
tenentur.

Hinc in primis expedit ad profectum,  
& valdè necessarium est, vt omnes per-  
fectæ obedientiæ se dedant superiorum,  
quicumque illi sint, loco Christi Domini  
agnoscentes, & interna reverentia, &  
amore eos prosequentes, nec solum in  
executione externa eorum, quæ mandant  
inte-



Integrè, promptè, fortiter, & humilitate debita sine excusationibus, & obmurmurationibus obediant, licet difficilia, & sensualitati repugnantia inbeant, verum etiam contentur intèrius resignationem, & veram abnegationem propriæ voluntatis, & iudicij habere voluntatem, ac iudicium suum cum eo, quod superior vult, & sentit in omnibus rebus, ubi peccatum non sit, omnino conformantes, proposita sibi voluntate, & iudicio superioris pro regula suæ voluntatis, & iudicij, quo exactius conformentur primæ, ac summæ regulæ omnis bonæ voluntatis, & iudicij, quæ est æterna bonitas, & sapientia.

Liberam sui ipsorum, rerumque suarum dispositionem, omnes cum vera obedientia superiori relinquunt: nihil ei clausum, ne conscientiam quidem propriam tenendo, non repugnando, non contradicendo, nec vlla ratione iudicium proprium ipsius iudicio contrarium demonstrando, vt per vnionem eiusdem sententiæ, & voluntatis, atquè per debitam summisionem, melius in divino obsequio conseruentur, & progrediantur.

S. 2.

Omnes obedientiam plurimum obser-  
 vare, & in ea excellere studeant: nec solum  
 §. 3. in rebus obligatorijs, sed etiam in alijs;  
 licet nihil aliud quam signum voluntatis  
 superioris sine vllō expresso præcepto vi-  
 deatur. Versari autem debet ob oculos  
 Deus Creator, ac Dominus noster, prop-  
 tēr quem homini obedientia præstatur, &  
 vt in spiritu amoris, & non cum pertur-  
 batione timoris procedatur, curandum  
 est.

§. 4. Ad superioris vocem perinde, ac si à  
 Christo Domino egrederetur, quam  
 promptissimi simus; re quavis, atque  
 adeo litera à nobis inchoata, necdum  
 perfecta relicta.

§. 5. Quisque sibi persuadeat, quod qui sub  
 obedientia vivunt, se ferri ac regi à di-  
 vina providentia per superiores suos, si-  
 nere debent; perindè, ac si cadaver essent,  
 quod quoquo versus ferri, & qua-  
 cumque ratione tractari se sinit, vel si-  
 militer; atque senis baculus, qui vbi cum-  
 que, & quacumque in re velit eo vti, qui  
 eum manutinet, ei inservit.

§. 6. Si quis per contumaciam, vel mani-  
 festam rebellionem Prælato suo inobe-  
 diens extiterit, aut eius præceptum exe-  
 qui

qui contentiosè renuerit, poenæ gravioris culpæ subiaceat: quod si aliquod sibi iniunctum ex negligentia, aut oblivione non fecerit, arbitrio Ministri ita salubriter puniatur, ut illi ad emendationem proficiat, cæterisque ad cautionem similiter omittendi.

Præcipimusque quod omnes, non solum Ministro domus, sed etiam omnibus subordinatis officialibus (qui ex illo authoritatem acceperunt) obediant, & assuescant non intueri quis ille sit, cui obediunt, sed potius quis ille propter quem, & cui in omnibus obediunt, qui est Christus Dominus. Secus faciens, arbitrio Ministri puniatur. §. 7.

Cum Prælati obedientia, & reverentia debeatur, omnes fratres Prælatum suum revereantur, ita ut ubicumque fuerit, sive stans, sive sedens (excepto dormitorio) nullus frater coram eo transire audeat, nisi ei se inclinet. In quocumque etiam loco, sive in Conventu, sive extra. si fratrib' sedentibus Minister supervenerit, assurgere debent, nec sedere donec ipse sedeat, vel eos sedere præcipiat. §. 8.

Observare etiam debent omnes, ut maxime coram eo, in omni habitu suo discipuli- §. 9.

plinatè se habeant , & nunquam verba contra modestiam, aut disciplinam coram eo proferre præsumant : quod si fortè in locutione aliqui modum excesserint , & ipse tacerè præceperit , nullo modo amplius loqui præsumant. Si de qua consuetudine dubitatur, quidquid ipse indè diffinierit , ratum habeatur , donec aliter diffinitum sit.

S. 10.

Quæ à Superioribus circa administrationem agenda sunt , nemo curiosè ab illis exquirat , aut coniecturam faciendo de ijs sermonem misceat , sed vnusquisque sibi , ac muneri suo attendens , quidquid de se , atque alijs constituendum erit , tamquam de manu Dei expectet.

S. 11.

Non solum omnes caput aperiant suis Superioribus , sed etiam Sacerdotibus ij , qui Sacerdotes non sunt , & omnes fratres Magistris , & discipuli suis præceptoribus : vnusquisque autem superiores alloquatur magna cum reverentia. Is vero , quem superior alloquitur , aut reprehendit , humiliter , & sine interpellatione audiat.

\* \* \*



*Qui Minister vocabitur.*

Hinc fit, omnes nostri Ordinis Prælatos, vocari debere Ministros, & eorum officia esse administrationes, ubi discant Prælati veræ humilitatis se esse futuros exemplar, quam in nomine Ministri clausam esse Christus indicavit Apostolis, magna ambientibus. *Quicumque, inquit, voluerit inter vos maior fieri, sit vester Minister; & qui voluerit inter vos primus esse, sit vester servus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.*

## CAPUT SECUNDUM.

## De Castitate servanda.

*In Castitate.*

Text. n. 2.

**C**ustodia castitatis est aded annexa regulæ Monachali, ut ex vi illius nostri fratres huic sæculo abrenunciantes, totique Dei servitio mancipati, & sese propter Regnum Cælorum castrantes, in castitate, & perpetua continentia vivere

S. 1.

E

re-

teneantur: mūdantes se ipsos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, vt inquit Apostolus: *Soliciti solum, quæ Dei sunt quomodo placeant Deo, vt sint sancti corpore, & spiritu.* Qua propter præcipimus omnibus nostri Ordinis fratribus ita castè, & continenter vivere, vt etiam signa castitatis, & continentix foris exhibeant, nec solum imperum libidinis coerceant, sed & libidinis signa omnino detestentur: quod si quis hoc neglexerit, graviter puniatur.

§. 2.

Si aliquis de peccato carnis (quod Deus avertat) convictus, vel confessus fuerit, à Conventu illo, in quo tunc temporis degebat, ad alium maximè distantem transferatur, iuxta Patris Provincialis assignationem, quam si præsens fuerit, citius dare; si verò absens, & per epistolas à Ministro Conventuali fuerit requisitus, quamprimum possit, mittere teneatur. Interim tamen de Conventu exire non permittatur: ultra quòd voce activa, & passiva careat, in qua non possit dispensari, nisi postmodum ita religiosè vixerit, vt à Diffinitoribus Capituli Generalis, vel Provincialis habilitatus fuerit; hæc tamen habilitatio

tio ante octo annos ad minus non fiat;  
& secundum gravitatem delicti gravius  
etiam puniatur.

Quod si quis de mala, aut inhonesta fa- § 3.  
miliaritate notabiliter suspectus fuerit,  
& post admonitionem à Prælato bis, aut  
ter coram discretis, & de eorum con-  
silio factum (quam etiam correctio fe-  
creta, & paternalis, iustum est, ut præ-  
cedat) se non correxisse deprehensus fue-  
rit, tanquam reus, & convictus de sus-  
pecto crimine habeatur, & eadem supra-  
dicta pæna afficiatur. Similiterque pro  
convicto haberi volumus illum, qui in  
hac materia publicum, & notabile scan-  
dalum dederit.

Minister verò, qui sufficienter ad- § 4.  
monitus de aliquo prædictorum, ita  
negligens in huiusmodi puniendis cul-  
pis extiterit, ut subditorum relaxatio-  
nibus condescendens, ea facere omitat,  
quæ sui muneris sunt, tanquam dicto  
muneri insufficientis, ab illo in visitatio-  
ne deponatur, & per tres sequentes  
annos ad aliud simile obtinen-  
dum declaretur inha-  
bilis.

## CAPUT TERTIVM.

## De Paupertate servanda.

Text. n. 1

*Et sine proprio vivant.*

S. 1. **C**Um huius nostræ Congregationis Fratres non solum facultatibus, sed voluntatibus proprijs renuntiaverint in ipsamet Ordinis susceptione, & semper promissam obedientiam penitus Prælatorum potestati, & imperijs in Christo, & pro Christo subdiderint, certum est nihil habere, possidere, vel accipere sine Superioris licentia debere. Et ne oppositum facientes (vxori Loth similes, quæ retrò aspiciens, in salis statuam conversa est) incidant in Salvatoris sententiam dicentis: *Nemo mitens manum suam ad aratrum, & retrò aspiciens aptus est Regno Dei.*

S. 2. Ideo, & vt Tridentini Concilij decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius observentur, præcipitur, vt nullus ex fratribus, etiam si superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut



pecuniam, proventus, census, eleemosynas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro missis, tam in propria Ecclesia, quam ubicumque celebrandis, aliove ipsorum iusto labore, & causa, & quocumque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tamquam propria, aut etiam nomine conventus possidere possit; sed ea omnia statim, \* *id est*, intra 24. horarum *spatium* \* superiori tradantur, & Conventui incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecunijs, ac proventibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit, \* *quod si* Minister necessaria fratribus non supeditaverit iuxta posse domus, strictæ subiacet *correctioni*. \*

Neque superioribus, quicumque illi sint, vilo pacto liceat eisdem fratribus, aut eorum alicui bona stabilia etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiae nomine concedere. Eorum verò, quæ ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat,

deat, vt proprium, nequè vt proprio  
vtatur.

§. 4. Qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas nedum à Concilio Tridentino præscriptas, sed alias quoquè multò grauiores superiorum arbitrio imponendas incurrat.

§. 5. Nulla quorumcumque superiorum dispensatio, nulla licentià quantum ad bona mobilia, vel immobilia fratres excusare possit, quod minùs culpæ, & pœnæ ab eiusdem Concilij decretis impositæ, & ipso facto incurrendæ obnoxij sint; etiam si superiores asseuerent, huiusmodi dispensationes, aut licentiàs concedere posse, quibus in eare fidem adhiberi minimè volumus.

§. 6. Fratrum vestitus, & suppellex cellarum ex communi pecunia comparetur, & omninò vniformis sit fratrum, & quorumcumque superiorum: statuique paupertatis, quam professi sunt, conveniat; ita vt nihil superflui admittatur, nihil etiam, quod sit necessarium, alicui denegetur.

§. 7. Quæcumque fratrum vestes, siuè lancee, siuè lineæ, omnisque alia suppellex in aliquem commodum Conuentus locum deferan-

ferantur, ibique ab vno, vel duobus fratribus muneri huic deputatis, diligentèr custodiantur, vt indè superioris arbitrio, prout vnicuique opus fuerit, subministrari opportunè possint.

Illà verò omnia, quæ secundum paupertatis statum per Superiores permiffa sunt, singulis annis Prælati exponant, & in scriptis tamquam se expoliantes presentent semel, vel pluries si fuerint requisiti, videlicet Minister Provincialis, Diffinitoribus Capituli Provincialis, Minister Conventualis, Ministro Provinciali in visitatione, cæteri verò fratres Ministro Conventuali, feria quinta in Cœna Dñi, in qua excommunicationis sententiam contra proprietarios in Capitulo solemniter pronuntiabit; sub qua ipso facto incurrenda, teneantur omnes Fratres eodem die tradere inventaria in scriptis omnium bonorum sibi ad vsum concessorum, cuiuscumque sint qualitatis; quæ inventaria sequenti die teneatur Minister in arca depositi custodienda reponere.

Similiterque in eadem die precisè, & quoties voluerit, omnium fratrum claves Minister accipiat, & omnium privatas (nulla excepta) cellas, & arcas visitet, &



si quid paupertatis statui non conveniens invenerit, auferat, & communi utilitati applicentur.

**§. 10.** Quotiescumque Minister clavem à fratre petierit, ei tradatur. Proprium autem iuxta sacros Canones appellamus, quidquid Prælo celatur, vel contra eius voluntatem tenetur, & dicitur proprium, quasi à communitate separatum.

**§. 11.** Prohibemus insuper in virtute sanctæ obedientiæ sub præcepto formali, ne aliquis superior, sive Frater nostri Ordinis depositum extrà domum habeat, vel teneat, thesaurizare præsumat, neque intra domum, vel extra aliquid Prælo zelet: si quis hoc gravissimum crimen committere non erubuerit, sive Prælatus, sive subditus fuerit, convictus, vel confessus, officio, quod tunc obtinet, sit ipso iure privatus, & inhabilis reddatur per octo annos ad omnia officia Ordinis. Quod si laicus, vel non Sacerdos sit, puniatur pœna carceris, vel alia iuxta qualitatem delicti, & Prælati prudentiam, & infirmitatis, vel hospitio bona applicentur sine spe dispensationis.

**§. 12.** Neque quispiam cuiuscumque gradus, vel dignitatis sit, quovis modo extrà ordi-

di-



linem vestes, vel libros, sive aliquid aliud sibi ad usum concessum ponere audeat, nisi de expressa licentia sui Ministri, si fuerit subditus: si verò Minister fuerit de consensu patrum à consilio, & hoc semper fiat relicto in deposito expresso inventario: secùs facientes sine aliqua dispensatione rebus ipsis efficaciter priventur, & de ipsis sicut de bonis fratrum cedentium omnino disponatur.

## CAPUT QUARTUM.

### De vita communi servanda.

**E**T si habere aliquid proprium in particulari, perfectioni repugnet Religionis (vt suprà dictum est) habere autem aliquid in communi, non minuit huiusmodi perfectionem, nec derogat paupertati: quia vt dicit Prosper: *Et propria debent propter perfectionem contemni, & sine impedimento perfectionis possunt bona communia possideri*: hoc etiam à Christo Domino, & à discipulis eius, & primis Christianis (qui Religiosè vivebant) accepimus, quorum nullus eorum, quæ posside-

S. rj

fide.

fidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, & dividebant singulis prout cuique opus erat: unde Prælati debent proprietatem à fratribus auferre, & de communitate eis providere iuxta singulorum necessitatem: ut quamvis sit, in quo probetur votum paupertatis, & sui ipsius abnegatio, non desit tamen, quo sustentetur natura, & ad divinum obsequium absque aliquo incommodo conservetur.

§. 2. Nullus ex superioribus locorum administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui Conventus, etiam nomine Conventus per se ipsum habere, sive exercere possit; sed univrsum id onus tribus Fratribus eiusdem Conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat: alter tamquam depositarius pecunias, ac cætera ab illo collecta, & exacta fideliter asseruet: alius de pecunijs, & rebus, à depositario acceptis Ministro, & fratribus, ac Conventui univrsò de necessarijs, mandante tamen ipso Ministro, non secundum proprium affectum, sed iuxta charitatis regulam,

lam, veluti bonus dispensator provideat; officiorum huiusmodi confusione penitus interdicta. Cæterùm hi tres, tam impensifi, quàm accepti singulis mensibus suo Ministro, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus eiusdem Conventus probatoribus, rerumque vsus peritis rationem reddant.

Deindè ipsimet rursus præsentibus Ministro, & peritis prædictis Generali, cum advenerit, deniquè ipse Generalis in quolibet proximo Capitulo Generali, saltem coram tribus iudicibus ab ipso Capitulo ad hoc constitutis, illorum omnium, universamquè suæ administrationis, tam publice, quàm privatæ rationem reddere teneatur: cuius etiam exemplum authenticum ex actis capituli describatur, ad hoc ut omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicæ Romam transmitti possit: ij autem tres administratores eligantur \* *quarto* quoque mense, per vota Conventualium, sicut hucusque observatum, est \* vel reeligantur, si ipsi Conventui benè visum fuerit.

§. 3.

Prædicti administratores etiam debeant esse præsentés, quando aliquid Conventus venditur, & pretium recipere, & in de-

§. 4.

po-

positum deferre, & quamcumque pecuniam ab exactoribus exactam fideliter coram Ministro, depositario custodiendam tradere: duos etiam habebunt libros, in quorum vno scribebunt introitum, in alio exitum, siue acceptum, & datum: qui libri nisi quando in eis scribere, vel per eos in eodem deposito, & non alias computa facere, necessè fuerit, semper in arca depositi custodiantur, nequè alicui particulari vnquam libri tradentur, sed ostendentur, si necessè fuerit. Minister, qui contrà horum omnium aliquid negligens fuerit, tamquam infidelitatis suspectus à Patre Provinciali graviter puniatur.

## CAPUT QVINTVM.

### De Fratrum mutationibus.

Text. n. i

**Q**ui Fratres extrà domos suæ professionis mitti non valeant, nisi pro scandalis manifesta pœnitentia indigentibus, & pro allevatione domorum suarum, & pro nova domo edificanda, & in hoc solo casu provideatur eis tamquam illius domus professis.

Quo-



**Q**uoniam ex hac nostra Apostolica  
 Regula prohibetur nostri Ordinis  
 superioribus mittere Fratres extrà  
 domos suæ professionis; nisi aliqua ex  
 causis in ea contentis interveniente: quod  
 idem prohibuit Urbanus Octavus fœlicis  
 recordationis sub pœna privationis vo-  
 cis activæ, & passivæ ipso facto incur-  
 renda: idè omnes Patres Provinciales  
 in Domino exhortamur, eorumque cons-  
 cientiam oneramus, & in virtute sanctæ  
 obedientiæ præcipimus, ne similes muta-  
 tiones faciant absquè aliqua ex dictis cau-  
 sis, vel ad aliarum domorum indigen-  
 tiam, sive in temporalibus, sive in spi-  
 ritualibus supplendam: vt si conciona-  
 tore, vel confessario, aut similibus in-  
 digeant, in quibus iustum, & rationi  
 consonum est, ex aliarum abundantia, &  
 sinè illarum præiudicio provideri: sed  
 quacumque ex prædictis causis debeat  
 fieri mutatio alicuius Fratris, teneatur  
 Minister domus illius, à qua egreditur,  
 illi in necessarijs ad iter decentè agen-  
 dum subvenire, & viaticum præbere iux-  
 tà alterius Conventus, ad quem mitti-  
 tur, distantiam, & iuxtà taxationem in

cuiuslibet Provinciæ proximiori Capitulo Provinciali faciendam. Quod si facere omiserit ; prima vice ab officio suspendatur per sex menses , pro secunda verò ab eodem officio deponatur.

§. 2. Sed cum ex frequentibus , aut repetitis mutationibus Fratrum de vno ad alium Conventum plura incommoda subsequantur , dum per itinera , & diversoria divagantes , & quasi oves extrà ovile in Religiosi nominis dispendium aberrare coguntur : ideò dictos superiores monemus , ab huiusmodi mutationibus abstinere , toties quoties alijs pœnis potuerint culpas illorum subditorum punire : similiterquè statuimus , & ordinamus , quod Ministri Conventuales , atquè ipsorum Vicarij Fratres suis Conventibus deputatos , ad alios Conventus mittere , aut licentiare non præsumant , cum hoc pertineat ad solos Provinciales , aut Visitatores , vt in suo loco dicitur. Quicumque autem Minister , aut Vicarius præmissa inventus fuerit non servasse , à Patre Provinciali severè puniatur , quæ si iterum neglexerit , deponatur.

§. 3. Atquè vt similes mutationes debito ordine factæ suum sortiantur effectum , præ-

præcipimus, quod quandocumquè aliquis frater sic mutatus ad Conventum sibi assignatum accesserit, illicò sit Conventualis illius Conventus per sui præsentationem præcisè. \* *Debeat* præterèa Minister certiozem facere Communitatem, vel saltem Patres à Consilio de talis fratris assignati licentia, & assignatione; cæterum eiusmodi assignati Conventualitas in tali Conventa ab eo die, quo Conventum ingressus est, *computetur*. \* Quod si propter aliquod iustum impedimentum ibi remanere non conveniat, de dicto impedimento Pater Provincialis moneatur, & casu quo iterum mutandus fuerit, viaticum illi præbere teneatur (iuxtà formam præscriptam) Minister illius Conventus. Minister aut Vicarius contrarium faciens, arbitrio Patris Provincialis severè puniatur.



CAPUT SEXTUM.

De divisione bonorum, ac Redemptione Captivorum.

Text. n. 2

**O**Mnes res undecunquè licitè venerint, in tres partes dividantur æquales. Et in quantum duæ partes sufficiunt, exequantur ex illis opera misericordiæ cum sui ipsorum, & eis necessario famulantium moderata sustentatione: tertia verò pars reservetur ad Redemptionem Captivorum, qui sunt incarcerati pro fide Christi à Paganis, vel dato pretio rationabili pro redemptione ipsorum, vel pro redemptione paganorum captivorum, ut postea rationabili commutatione redimatur Christianus pro pagano, secundùm merita, & statum personarum: Cum verò pecunia data fuerit, vel aliquid aliud, licèt specialiter, & propriè detur ad certum usum, semper de consensu illius, qui dederit (si præsens fuerit) tertia pars separetur, nisi donator per se ipsum, vel Procuratorem idoneum, fratrem, vel alium, id in usus domus expendat. Si verò donator absens fuerit, ita quod



quod commodè non possit eius assensus haberi, vel aliàs de eius voluntate constare, ut in hoc casu via melior, & tutior habeatur, rei datæ tertia pars separetur, exceptis terris, pratis, vineis, nemoribus, ædificijs, nutrituris, & huiusmodi, fructus enim indè exeuntes (deductis expensis) secundum rationabiles æstimationes Ministri, & fratrum in tres partes dividantur æquales. Sed quæ paucas, vel nullas recipiunt expensas, omnes dividantur. Cum verò panni, calceamenta, vel minuta huiusmodi (quibus necepsè sit uti) quæ vendi, vel conservari non expedit, data fuerint, vel à se ipsis habuerint, non dividantur, nisi Ministro domus, & fratribus visum fuerit expedire. De quibus singulis dominicis diebus (si fieri potest) in Capitulo deliberetur. Si tamen prædicta, ut panni, terræ, nutrituræ, seu minuta venderentur, pretium indè proveniens in tres partes, ut supra dividatur. De nemoribus autem, fœnis pratorum, straminibus agriculturarum, & fructibus arborum, pecorum, & hortorum ad usus necessarios liceat Fratribus accipere. Si quid verò de prædictis vendi contigerit, vel de fructibus arborum potius fieri, tertia pars reddatur capitivis secundum formam superius adnotatam. Si verò domus, vel quæcumque alia à quovis

82 *Liber I. Const. Gen. exponent. Regul*  
licitè sub quocumque nomine Fratribus confe-  
rantur, donatoribus exponatur, qualiter de  
bonis suis tres debeant facere portiones, & si  
donator voluerit res dividi, dividantur, & si  
non, non dividantur. Quæ autem usquè modo  
collata sunt Fratribus, secundum quod de vo-  
luntate donatorum ea receperunt, liceat eis de  
ipsis disponere, & voluntatem donatorum pro  
posse suo adimplere. Fructus verò collectos de  
bonis postea acquisitis (deductis expensis) se-  
cundum quod de alijs supra dictum est, divide-  
re tenebuntur. De alijs, quæ in Ecclesia effe-  
runtur, vel alio modo apportantur, ut vesti-  
menta, panni serici, oblationes, & huiusmodi,  
ipsi Ecclesiæ in suis necessarijs (ut libris, cera,  
oleo, & alijs eiusdem ornamentis) provideatur,  
quod autem supererit, dividatur. Si domus,  
terræ, possessiones, vel alia unde redditus pro-  
veniant, vel conservandis fructibus sunt neces-  
saria, calamitate aliqua, vel casu destruan-  
tur, liceat fratribus de communibus bonis præ-  
dicta in statum debitum reformare, & hoc de  
consensu maioris Ministri, vel eius Vicarij,  
seu Visitatorum illius Provinciæ. Si tamen  
pro fratrum congrua sustentatione necessitas  
exegerit, huiusmodi divisio ex bonis indifferen-  
ter relictis arbitrio Ministri Provincialis (pro  
tempore existentis) relinquatur: dummodo illa

non ad alios usus, quam redemptionem, & pauperum sustentationem, ac Hospitalium reparationem, seu constructionem, ac Fratrum Ordinis sustentationem convertantur. Et sic ultra tertiam partem huiusmodi absque alicuius conscientiae scrupulo percipere ipsi Fratres, & levare valeant.

**H**ic noster Ordo ex primæva sui revelata institutione, ad Captivorum Redemptionem est singulariter institutus; ideò meritò Summus Pontifex in huius regulæ dispositione, & ordinatione post ea tria, quæ in omni Religione communia sunt vota essentialia, statim ea, quæ huic ordini propria ad Redemptionem Captivorum spectant, sancivit, ac statuit, & ne similis hæc tam sancta institutio, ac pium nimis, ac laudabile opus suo frustraretur effectu, seu aliquando deficeret; quinimò in perpetuum inviolabile permaneret, in diesque augeretur, de tertia parte omnium bonorum Ordinis Redemptioni Captivorum voluit provideri. In hunc tamen modum, quod omnes res, vnde cumque licitè veniant quocumque modo acquirantur, sive utcumque fratribus dentur, ut pecuniæ, vel

S. I.



aliquid aliud, licet specialiter, & propriè  
 dentur ad aliquid; in tres partes dividan-  
 tur æquales: ex quarum duabus, in quan-  
 tum sufficere possint, opera misericordiæ  
 cum sui ipsorum, & eis necessariò famu-  
 lantium moderata sustentatione exequan-  
 tur: ex tertia verò captivi Christiani, qui  
 sunt incarcerati pro fide Christi à paga-  
 nis, redimantur, vndè secundum hanc  
 primitivam regulam omnes res in tres  
 partes tenebamur dividere, & tertiam ne-  
 cessario captivis reservare. De alijs verò  
 duabus (quantum possibile foret) ost  
 Fratrum congruam sustentationem, pau-  
 peribus subvenire.

S. 2.

Sed tamen postea propter rerum ino-  
 piam, & Monasteriorum necessitatem  
 Clemens Quartus scælicis recordationis  
 & Urbanus Quartus hanc regulam mo-  
 dificaverunt, & similiter Adrianus Sex-  
 tus, & Leo Decimus, in hoc cum Fratri-  
 bus dispensaverunt, & concesserunt, quod  
 si pro Fratrum congrua sustentatione ne-  
 cessitas exegisset, huiusmodi divisio ex  
 bonis indifferenter (id est, non ad certum  
 usum relictis) arbitrio Ministri Provin-  
 cialis pro tempore existentis relinquere-  
 tur, vt in regula dictum est

Ne



S. 35

Ne tamen licentia deteriores efficiamur, & privilegijs privemur, si privilegijs abutimur, circa huiusmodi bonorum divisionem conscientias Patrum Provincialium, & Diffinitorum oneramus; illisque in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, quod in omnibus domibus suarum Provinciarum tertiam partem omnium bonorum, vel saltem aliquam minorem (iuxta uniuscuiusque domus posse) Captivorum Redemptioni faciant reservari, \* & aliquam partem \* de singularum domorum communibus bonis pro pauperibus subveniendis separent: quarum quantitas in Capitulis Provincialibus semper taxetur, & diffiniatur.

S. 41

Similiterque maximam curam adhibeant in redimendis captivis Christianis inter infideles existentibus, ut si fieri possit, in quolibet trienio una generalis Redemptio Captivorum fiat in singulis Provincijs, vel binis nulla Provincia excepta. Quod si propter eleemosynarum paucitatem, vel bonorum inopiam, ita opportunè fieri non possit, vitrà sexenium non differatur, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ per sex annos postquam fuerint sua officia. De quibus omnibus,

vt fundamentis nostræ regularis disciplinæ, & observantiæ (ne totum ædificium corruat) semper in capitulo deliberetur.

§. 5. Insuper Patres Provinciales, & Diffinitores in Domino hortamur, vt tales personas eligant, & nominent ad administrationem bonorum captivorum, præcipuè qui ad infidelium partes sunt transaturi, vt ædificent omnes, & infideles scientia, moribus, vita, exemplo, & fidelitate incorrupti. Quod, & vt melius fiat, statuimus, ne imposterum aliquis tali munere fungatur, qui vel Minister Provincialis non fuerit, vel ex numero Magistrorum non sit, aut saltem Præsentatorum illius Provinciæ, & declaramus, dictam administrationem non debere deinceps admitti, aut commutari pro diligentia ad altiore gradum, nec opus tam laudabile in alium finem, præterquam in Dei gloriam, & nostræ Religionis obsequium referatur; & vt diversitas, & ambiguitas nominum auferatur, volumus, vt qui ad opus superscriptum ierit, Administrator Generalis bonorum captivorum nominetur.

§. 6. Præterea, vt captivorum bona fideliter administrantur, præcipimus omnibus Mini-

ni-

nistris, & Generalibus, Procuratoribus Generalibus in Romana Curia existentibus, Provincialibus, Præsidentibus, & Depositarijs sub sanctæ obedientiæ præcepto formali, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vna pro trina canonica monitione præmissa, \* & servatis servandis, fiat *declaratio*, \* vt quicumque nummi, seu alia bona debito tempore in nummos redacta, vtcumque pro Redemptione Captivorum elargita, sive in eleemosynas per privilegia Summorum Pontificum, & Regum habita, & alia similia legata in peculiari arca præter commune depositum Conventus tribus clavibus clausa, quarum vnâ Minister, alias verò duas duo Fratres, videlicet Pater Vicarius, & alius antiquior professione habeant, fideliter, & intrâ vnum diem si fuerint in loco, vbi Conventus fuerit; sin autem intra eundem postquàm ad illum accesserint, reponantur, & custodiantur. Ea verò, quæ de Monasteriorum bonis pro captivis fuerint deducenda, vbi primum ad Monasteria res venerint, à communibus bonis res dividantur, & separentur, & similiter in arca captivorum reponantur, & custo-

diantur usque dum ei, cui redemptionis munus fuerit iniunctum, tradantur, & sub eodem præcepto, & censura præcipimus, ut huiusmodi bona, nec antea, nec postea quam in arca ponantur, etiam sub ratione mutui, vel quocumque alio prætextu in aliam rem accipiantur, vel expendantur, nisi in Redemptionem Captivorum. Quod ut utilius, & commodius fiat, in quolibet deposito rationalis liber deputetur, in quo solum ea omnia, quæ ipsiusmet Redemptionis erunt, scribantur, & rationem dati, quam accepti habeatur.

§. 7. Item ordinamus, & præcipimus, quod in omnibus, & singulis nostrorum Conventuum Ecclesijs ponantur in loco apto, & opportuno, & ubi ab omnibus ingredientibus, seu egredientibus videri possint, aliqua arca parva (singula pro singulis) parieti inserta pro eleemosynis Captivorum recipiendis, cuius claves in prædicta arca captivorum servantur, & in ipso pariete ponatur eiusdem Redemptionis, ac nostri Ordinis signum depictum, cum literis demonstrantibus, in quibus vulgari sermone; ita dicatur: *Hic mittuntur eleemosynæ pro captivis de potestate infidelium redimendis.* Prædictæ arcule singu-



gulis mensibus, aperiantur, & quidquid fuerit in eis inventum, ad aliam arcam maiorem transferendum extrahatur, atque in ea modo supradicto mittatur: & diebus festivis assignetur aliquis Religiosus, qui in Ecclesia petat eleemosynam ad Redemptionem Captivorum.

In quolibet etiam Conventu ultra Procuratorem Conventualem debet esse alter frater pro captivis à Patre Provinciali designatus, qui potestate ab eo accepta, semel, vel pluries si necesse fuerit, in unoquoque anno discurrere teneatur per Civitates, oppida, aut loca ad sui Conventus terminum attinentia, & in eis colligere omnes eleemosynas pro Captivis erogatas, atque in eorum Ecclesijs (Ordinariorum habita licentia) arcas modo supradicto reponere; & repositas visitare, & quidquid in eis invenerit, ad Conventum transferre cum debita fidelitate, omnes monendo, & exortando verbis, operibus, atque bonæ vitæ exemplo, ut huic tam pio, eximio, & laudabili operi se favorabiles exhibeant, atque totis viribus curando, ut dictæ eleemosynæ augeantur, & quantum

S. 8.

90 *Lib. I. Const. Gen. exponent. Regul.*  
tum fieri possit, sine molestia tamen, crescant.

§. 9. Depositarij ad minus bis in anno de his, quæ ad Redemptionem Captivorum spectant, rationem reddant, videlicet in festo Omnium Sanctorum, & Resurrectionis Domini, & codicem rubricatum Patri Provinciali in qualibet visitatione ostendant.

§. 10. Quicumquè Minister, etiam si fuerit Generalis, aut Provincialis, qui horum aliquid omiserit, aut contrarium fecerit irremissibiliter tanquam suæ Sanctæ institutionis dilapidator, ab officio administrationis deponatur, & pœnis gravioris culpæ subiaceat.

## CAPUT SEPTIMUM.

De titulo Monasteriorum, & ædificijs eorum.

Text. n. 3. **O**mnēs Ecclesiæ istius Ordinis, quas fratres sibi ædificaverint, intitulentur nomine Sanctæ Trinitatis; & sint plani operis.

UT

**U**T in omnibus, & per omnia ineffabile Sanctæ Trinitatis Mysterium splendeat in nobis (ad quod profitendum, & propagandum specialiter hic noster Ordo à solo Deo est fabricatus) non solum ipsum Ordinem, sed etiam omnia Ordinis Monasteria titulo, & nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Summus Pontifex voluit insigniter decorari, eo enim nomine nostras Ecclesias præ alijs (quæ sub Sanctorum sunt fundatæ vocabulis) convenit venerari, quo ipsa Sancta Trinitas immediatius, & perfectius vota fidelium dirigit, & ad gratiam exauditionis admittit.

Intitulentur ergo omnes Ecclesiæ istius Ordinis, quas Fratres sibi ædificaverint (vt habetur in regula modificata) nomine Sanctæ Trinitatis. Si quis tamen pro devotione Ordinis, sub alicuius Sancti vocabulo, in illiusque honorem nobis Monasterium erexerit, aut ædificaverit, ad eius arbitrium poterit illud Monasterium, iuxta regulæ modificationem intitulari.

Mediocrates domus, & humiles fratres nostri Ordinis habeant, nec fiant, aut  
 fie-

fieri permittantur curiositates in Sculpturis, pavimentis, & alijs similibus perpetuam nostram deformantibus: sed potius sint plani operis (vt in regula præcipitur) prius delineato exemplari, quod non liceat transgredi pro voluntate præfidentium, sed conformiter ad illud ædificentur: teneaturque Minister subsequens opus inceptam prosequi: neque vllam constructionem, aut ædificationem novam (cuius sumptus centum aureorum scuta excedat, nisi de licentia Patris Provincialis, & Diffinitorum in scriptis obtenta) incipere posse mandamus. Oppositum facere præsumens ab officio absolvatur, vt neque ibi, nec alibi per triennium præsit.

## CAPUT OCTAVUM,

### De Clausuris.

S. r.

**E**T quia non solum volumus in ædificio domorum materiali ordinem constituere, sed etiam in clausura, & observantia regulari: statuimus, quod Minister cuiuscumque **C**onventus de consi-



Hō discretorum ianitorem constituat Religiosum maturum, modestum, & boni exempli, qui cum tintinabulum pulsari audiat, festinet ad ianuam, talemque cum omnibus conversandi modum teneat, ut discretione, modestia, & spiritualibus verbis singulos ædificatos, & lætos à se dimittere studeat, & cum res patietur, per fenestrellam venientes expediat, porta non aperta.

Litteras omnes, & schedulas, quæ domesticis mittuntur, Ministro tradat: ij verò ad quos dabuntur, eas esse acceptas, ne intelligant. Caveat etiam, ne aliquis fratris litteras, aut quid simile externis det in iussu Superioris. Nihil quicquam nuntiabit intempestivè, ut cum in mensa sedet, aut choro interest, nisi aut res esset necessaria, aut personæ mittentis conditio aliud exigeret. Cum aliqui Fratres peregrè veniunt, ianuam ingressis dicat, ut illic expectent, dum Minister de eorum adventu sit certior. Si quis ab externis quærat, qui domi non sit, modestè intelligat, quis sit ille, qui petit, & quid velit, ut id redeunti, si opus sit, cum facultate Superioris significare possit. Cum externi aliquem ex nostris

S. 2.

1. 2.

nostris

nostris Fratribus alloqui velint, superiorē adibit, qui si ad id facultatem dederit diligenter eum, qui petitur, quærat, & ad quærentem remittet. Si quando Prælati, aut Magnates domum intrarint, curet, si commodè possit, ut Sacerdos aliquis eos committetur, dum Superiorem ipse accersit.

§. 3. Mulieres si quando ad ostium accedunt, paucis verbis dimittat, aut si pluribus opus esse videretur, in Ecclesiam eas mittat ad Sacristam, ubi responderi ipsis poterit. Observata semper ianua Monasterij sit, clavisque in porta non relinquatur, & ut iuxta ianuam omnes summissa voce loquantur, curet. Loca etiam portæ vicina munda seruet, nihilque custodiendum à quoquam externo recipiat, absque Ministri licentia.

§. 4. Post Solis Occasum statim ianux claudantur, & Ministro claves exhibeantur, & nulli omninò aperiantur fores, nisi necessitate magna urgente. Et similiter fiet, dum post prandium fit meridiana silentij pulsatio; nam fores claudentur, & tradentur claves Ministro, donec ad nonam pulsetur, & nulli respondeatur, nisi necessitas magna postulaverit.

Ecclesiæ fores statim post vespervas  
claudantur, tempore Quadragesimæ ex- §. 5.  
cepto, aut pro festo aliquo, aut specia-  
li voto, vel devotione Populi: tunc  
post completorium, vel ad Ave Ma-  
riæ pulsationem, & non tardiùs clau-  
dantur. Clausæ statuto tempore nullo  
modo aperiuntur, donec sequenti ma-  
ne dies illucescat.

Claustri veró ianuæ semper clausæ  
erunt, nequè aperiuntur, nisi dum fe- §. 6.  
stum solemne ab Ecclesia celebratur, aut  
fieri debet processio, quibus finitis sta-  
tim claudantur.

Mulieres Clastrum, vel Oratorium,  
seù alias officinas nostras nunquam in- §. 7.  
gredientur. Minister, vel Vicarius, vel  
quivis alius frater, qui scēminas cuius-  
vis conditionis, & status intrà claustra  
Monasterij introduxerit \* *ultra* pœnas  
in Sacris Constitutionibus Summorum  
Pontificum contentas, latę sententiæ  
incurrat *excommunicationem* \* : &

Pater Provincialis *ultra* eas, alias  
pro suo arbitrio  
infligat.

\* \* \*

CAPUT NONUM.

De numero Fratrum cuiuslibet  
Domus.

Text. R. 4 **T**ot Fratres possunt esse in vna cohabitatione, tam Clerici, quam Laici, quot Ministro, & Fratribus vniuscuiusque domus visum fuerit expedire, quorum vnus Procurator sit, qui non Procurator, sed Minister (vt dictum est) nominetur, cui Fratres repromittere, ac impendere obedientiam teneantur.

S. I. **C**Um ex immoderata Religiosorum copia vires Conventuum quando-  
cumque excedente haud leuia oriantur incommoda (dum omnium necessitatibus subvenire non valentes, vel de die in diem minui, vel nimium pig-  
norari, vel demum congruæ sustentationi fratrum insufficienter providere adstringuntur) ideo præcipimus, vt in quolibet nostri Ordinis Conventu is tantum numerus constituatur, ac in posterum conservetur, qui vel ex redditibus



bus proprijs Monasteriorum, vel ex con-  
suetis eleemosynis possit sustentari, quem  
in Capitulo Provinciali de consilio Mi-  
nistri Pater Provincialis cum Diffinito-  
ribus decernere teneatur. Iuxta quem  
numerum tot poterunt ad nostram Re-  
ligionem admitti, quot Ministro & Fra-  
tribus vniuscuiusque domus visum fuerit  
expedire.

Nequè alicui Ministro, vel fratri per-  
mittatur vlllo pacto locum aliquem pro  
domo nova ædificanda recipere, nisi priùs  
*Provinciali*,\* & Diffinitoribus constiterit,  
locum idoneum esse Conventui ædifican-  
do per Fratres idoneos ad id inquiren-  
dum destinatos, qui ad minus possit alere  
duodecim Fratres iuxta decreta sancte  
memoriæ Gregorij XV. & Urbani VI. I.  
Nec de cætero iuxta Sacri Concilij Tri-  
dentini decretum, similia loca erigantur  
sine Episcopi, in cuius Dioccesi erigenda  
sunt, licentia priùs obtenta, & servata  
forma Constitutionum Apostolicarum.  
Si secùs verò actum fuerit, talis erectio  
fit irrita, & innanis.

Minister verò, qui primò aliquam do-  
mum ( prædicto Ordine servato) ædifi-  
candam acceperit, per sexennium Mi-  
ni-

§. 2.]

§. 3.]

nister constituatur. Et si bonum, & con-  
ueniens Patri Provinciali, & Difinito-  
ribus visum fuerit, in Ministrum illius  
iterum atque iterum per alia duo triennia  
eligatur, vt sic domus, & ædificia au-  
geantur.

§. 4. Neque permittatur alicui Ministro, vel  
Fratri habere secum in domo consan-  
guineum aliquem sæcularem quavis cau-  
sa, vel prætextu, nisi per tres dies tantum.

## CAPUT DECIMUM.

### De Conuentus Procuratore.

§. 1. **S**ecundum regulam, proprium Prælati  
munus est omnium Procuratorem,  
& Ministrum esse, & vniuersim ea omnia,  
quæ Conuentus fuerint, siue spiritualia,  
siue temporalia procurare, & administra-  
re. Ne tamen pluribus intentus singulis  
minus benè provideat, volumus, vt in  
qualibet nostri Ordinis domo sit vnus  
Procurator Ministrum iuvans, & per ele-  
ctionem Ministri, & Fratrum nominan-  
dus, qui rerum temporalium curam habeat  
cum Prælati consilio, iuxta dict. cap. 4. §. 2.

Huius muneris erit omnes redditus, & proventus Monasterij exigere, & colligere, exactosque, sivè collectos coram Ministro, & Administratoribus, in arca trium clavium ponere, vt in libro scribantur; de illisque in fine cuiuslibet mensis rationem reddere, simulque de oneribus, aut debitis ipsius Conventus, qualiter fuerint soluta, aut sint solvenda, solutorumque testimonia in arca depositi reponenda, eidem tradere depositario precisè teneatur: quod si aliquid acceptum, aut solutum contigerit celavisse, postquam de hoc legitimè constiterit, pœnis gravioris culpæ subiaceat.

§. 2.

Teneatur etiam Procurator prædia, & possessiones Conventus sæpè visitare, & super illorum conservatione, & incremento vigilare, neque permittat eas per incuriam labi, vel deficere.

§. 3.

Omnia autem, quæ speciem habent sæcularis negotij in colendis vide icet agris, vendendis in foro fructibus, & similibus intelligat prohibita esse nostris.

§. 4.

Excipiat in codice lites, si quæ fortè erunt, & quæ gravioris momenti circa eas sient continenter, & summam ad notabit

§. 5.

§. 6. In tribunalibus iudicum non compareat, nisi quando aliqua necessitas plurimum urgere superiori videretur, sed per externos procuratores nostra negotia in publicis iudicijs peragantur, illud verò præcipuè ante oculos habeat, ut antequam litem ullam, intendat res controversa, aut controvertenda (si fieri possit) concordia, aut compromissione, consulto superiore, componatur.

§. 7. Si quando tamen ad litem descendendum erit, memor sit, ut magnam pacem interius exteriusque custodiat, & semper ad iustam concordiam ipsum paratum esse, contrariæ parti innotescat. Curet diligenter, ut rectè, & solidè fiant, quæ expedienda erunt: quod si periti iuris consulendi sint, maximè idoneos elingat: quod idem de cæteris officialibus dictum intelligatur. Conferat cum Ministro, eique reddat rationem eorum, quæ facit, & quo in statu sunt negotia: quod si rerum, difficultas extraordinarium favorem, aut diligentiam exigere videatur, eidem significet, ut auxilia, quæ opportuna visa erunt, petantur.

§. 8. Diligenti cura asservabit in Archivio ad hoc designato instrumenta originalia,  
&



& titulos, quibus constat de iure, eorumque  
quæ à Conventu possidentur, vt facillè in-  
veniri possint; seorsimque habeat hæc  
eadem instrumenta, & titulos manu No-  
tarij publici subscriptos, vt fidem faciant,  
si aliquando in iudicio præsentari neces-  
sè sit.

Præter hæc Procurator habebit li-  
brum, in quo summa quædam horum  
instrumentorum, & titulorum conti-  
neatur, scripturasque, quibus ad pro-  
curatorium munus indigebit, diligen-  
tèr asservabit: cumque aliquas ex Ar-  
chivio accipiet, earum memoriam ibi  
relinquet, notato die, mense, & anno,  
quas suo tempore restituet. In libellum  
feret quæcumque à superiore ipsi fa-  
cienda iniungentur, ne memoria exci-  
dant, & effectu frustrentur.

S. 9.

Ad eius officium spectat præ omni-  
bus alijs fratribus curam habere famu-  
lorum Conventus; in primis, quod non  
recipiantur in domo, nisi tales, quorum  
sit spes probabilis, quod honestè se ha-  
bere debeant inter fratres: postquam  
autem recepti fuerint, eos sollicitare  
debet, quod diebus festivis missam in-  
tegram audiant, & in aliquibus magnis  
festi-

S. 10.

festivitatibus confiteantur, & communicent. Cum verò opportuerit, aliquem ex famulis è domo expelli, eum mature, & sine scandalo recedere præcipiat: quod si in his omnibus negligens fuerit, simul, & ipse ab officio deponatur, & alius diligentior loco eius subrogetur.

**§. II.** Ut autem excludatur intollerabile detrimentum annuorum reddituum à domibus nostri Ordinis ad suam, & Fratrum omnium sustentationem, præcipimus districtè sub gravissimis pœnis subeundis, ne audeant in posterum Minister, aut Procurator alicuius Conventus nostri Ordinis contractus facere publicè, vel secretò cum secularibus de bonis, & redditibus, sed hæc omnia fiant iuxtà Bullam sanctæ memorię Pauli Secundi, per Ministrum, & Fratres omnes professos illius domus, qui secundum consuetudinem hucusque suffragari soliti sunt in vnaquaque Provincia, cum quibus ipse Procurator vocem simplicem habeat, vt vnus ex illis; quod si aliter factum fuerit, irritum, & nullius ponderis, quidquid illud sit, fore decernimus.

Sed

Sed neque Minister possit debitum contrahere, nisi prius id Fratribus proposuerit, ut cum eorum consilio fiat, & assensu: quod ut maturius fiat, prohibemus, ne huiusmodi contractus communitati proponantur faciendi, nisi præcedat assensus Patrum à consilis, neque propositi resolvantur, nisi viginti quatuor horarum transacto spatio ab eorum propositione. Minister contrarium faciens, per tres annos voce activa, & passiva careat post finitionem sui officij.

§. 12.

Neque etiam possint bona Conventus alienari, vel ad censum obligari, nisi omnibus servatis, quæ à Summis Pontificibus præcipiuntur in Bullis huiusmodi alienationes prohibentibus. Quod si aliquis de bonis Conventus alienaverit, debita forma non servata, pœnas in dictis Bullis contentas ipso facto se noverit incurrisse: & præter hoc si talis

§. 13.

Minister aliqua bona habuerit, de illis Conventui debitum

solvat.

\* \* \*

## CAPUT UNDECIMUM.

## De Sacrista, &amp; eius officio.

**S. 1.** **I**N qualibet nostri Ordinis domo sit Sacrista maturus, & boni exempli, cuius officium erit omnia, quæ in thesauro Sacristiæ sunt custodire, & reliquias Sanctorum in loco decenti cum magna veneratione servare: ornamenta, & mappæ altaris, ut in mundissimo loco sint, curam maximam adhibere, & ut munda, & integra conserventur (quantum fieri potest) vestimenta Ecclesiastica, & alia quæcumque ad Ecclesiarum nostrarum regularium ornatum pertinentia. Omnia autem, quæ sub eius custodia servantur, Minister bene notata habeat in libro speciali, & proprio, & Sacrista similiter, ut cum opus fuerit, illorum omnium reddat rationem.

**S. 2.** In Sacristia silentium observetur, & Sacrista, tam de his, qui illud fregerint, quam de illis, qui iuxta modum præscriptum Missarum obligationes non adimpleverint, Prælatum certiores faciat.

Idem



Idem in quaternione omnia Presbyterorum nomina descripta teneat, iuxta quæ, & cuiuscumque sacelli obligationes, quas quotidie dicendas in tabella ordinabit, diligenterque inquiret, an sint dictæ à Patribus, quibus eas commendavit; quæque causæ extiterint, ob quas eas dicere aliqui prætermisserunt.

S. 31

Nomen etiam Religiosi defuncti, & diem obitus notabit: eritque maximè sollicitus, ut quæ nostra statuta, circa defunctorum Fratrum suffragia decernunt, quàm primum adimpleantur, ita tamen, ut domus obligationes non omittantur, nec ullus præmittatur dies, in quo Missa pro Religioso defuncto non celebretur, donec omnia, quæ nostræ Constitutiones fieri iubent, compl'entur.

S. 41

Si tamen sacrista obligationem Religiosi defuncti in hunc modum non adimpleverit, ter in terra comedat. Superpelliceo, & stola indutus sacrista, accensisque cereis, sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrabit, Sanctorumque Reliquias ad Ecclesiam, quoties oportuerit, deferat, easque nullo pacto extra Monasterium ipse, vel aliquis alius deducat sine speciali Prælati licentia, & as-

S. 51

sen-

fensu Patrum à consilijs, quæ facultas; non nisi urgente aliqua necessitate concedatur.

§. 6. In Sacristia sit arca duabus clavibus clausa, quas Depositarij domus habeant, in qua eleemosynæ Missarum, & officiorum iam dictorum, & quæcumque alia undecumque licitè venientia conijcian- tur. Sacrista à Prælato, & Depositarijs ad omnes sacristiæ expensas nummos accipiat, & sine eorum licentiâ nihil expendat, sub pœna gravis culpæ.

§. 7. Prælatus sacristæ socium assignet, cui cura erit in Altaribus cereos accendere iuxta cæremoniale Ordinis, temporibus- què aptis præparare, & abstergere altaria, & cætera, quæ Cultui Divino deserviunt, diligentè administrare.

§. 8. Denique omnia, quæ Sacrista ei præceperit, sedulo efficiat. Nequè Minister, neque aliquis alius aliquid magni momenti Cultui Divino deserviens extra Monasterium accommodet sine assensu Patrum à consilijs, sub pœna gravis culpæ, de quorum consensu, & assensu, qui aptior visus fuerit ad huiusmodi officium exercendum à Ministro Conventuali eligatur.

## CAPUT DUODECIMUM.

De Fratrum necessitatibus subveniendo.

**O**Mnibus Fratribus suis sicut sibi met (iux-  
 tà posse domus, prout uniuscuiusque opus  
 fuerit) Minister fideliter administret. Text. n. 5.

**H**Unc regulæ textum Constitutiones  
 nostræ generales explicant ex Con-  
 cilio Turonensi, cuius hæc sunt verba:  
*Simili modo ut Præpositi Monasteriorum (in  
 quibus vita regularis antiquitus fuit, vel vide-  
 tur nunc esse) sollicitè suis provideant, ut ha-  
 beant claustra, & dormitoria, in quibus simul  
 dormiant, reficianturque, victum, & vestitum  
 (iuxta quod poterit Præpositus) habeant, quo  
 facilius ad Dei servitium possint constringi.*  
 Concilium quoque Carthaginense omni-  
 nò illis interdicit, ne ex redditibus Ec-  
 clesiæ consanguineos familiares suos au-  
 gere studeant, cum, & Apostolorum Ca-  
 nones prohibeant, ne res Ecclesiasticas  
 (quæ Dei sunt) consanguineis donent.

Et



§. 2. Et nunc demùm Tridentina Synodus his insistens Concilijs: *Cum optandum sit, inquit, ut qui Episcopale ministerium suscipiunt, quæ suæ sunt partes agnoscant, & se non ad propria commoda, non ad divitias, aut luxum, sed ad labores, & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant.* Hæc verò de Episcopis dicta Ministris nostri Ordinis, proportionè servata, applicari debent.

§. 3. Ad Ministri igitur officium pertinet; omnibus Fratribus suis spiritualia, & temporalia fideliter ministrare, varias eorum conditiones, & complexiones dignoscere, & non eodem modo tractare omnes, sed potius singulis (in quantum ratio, & religio permittit) absque peccato se coaptare, omnia omnibus factum. Debet aliorum infirmitates, & defectus, tam morum, quàm corporum supportare: aliorum proterviam, & contumaciam humiliare: pusillanimes roborare: desolatos, & tristes consolari: naturalitèr impatientes ad horam sustinere: patientes non irritare: honestiores, & verecundiores verbis corripere: vitiosos taliter pœnis corrigere, & emmendare, ut emmendati, quamvis secundum inferiorem



hominem, quod agitur sibi displiceat; agnoscant nihilominus, quod rectè in Domino, & in charitate cum illis agitur.

Debet etiam contagiosos è Fratrum societate eijcere: ferventiores plus debito refrenare: periculosos sollicitè custodire: ipsosque si contingat interdum exire, cautè associare: invenes de facili non exponere: maturos, & idoneos ad fructum faciendum otio de facili torpere non permittere: sicque circa subditos debeat se habere, vt (modo privatè, modo publicè, modo durè, modo blandè, modo verbis, modo operibus, modo pœnitionibus, & disciplinis, modo licitis recreationibus, & honestis, modo per se, modo per alios prudentes agendo, modo licentias concedendo, modo negando) singulorum, & Ordinis profectibus operam det efficacem. Et tandem (vt inquit Gregorius) talis debet esse dispensatio regiminis, vt is, qui præest, ea, se circa subditos mensura moderetur, quatenus aridens timeri debeat, & iratus amari, vt cum nec nimia lætitia vilem reddat, aut immoderata severitas odiosum. Lenitati severitatem misceat, quod

quoddam ex utroque faciendo tempera-  
mentum, ut neque multa asperitate exul-  
cerentur subditi, neque nimia benignita-  
te solvantur, sed sicut in illa taberna-  
culi arca cum tabulis virga simul, &  
manna erat, sic in boni Rectoris pecto-  
re, cum scripturæ scientia sit virga dis-  
cretionis, sit manna dulcedinis.

§. 5. In procurandis temporalibus caveat  
Minister, quantum fieri possit, ne gra-  
ventur benefactores notabiliter, & ne  
fiant quæstus inhonesti, sed bona ac-  
quisita cum timore Dei, & parcitate con-  
grua expendantur. De illis quibus omni-  
bus Fratibus sui Conventus sicut sibimet  
victum, vestitum, & alia necessaria (sive  
in infirmitate, sive sanitate) administret.  
Bona pertinentia ad Conventum, & elec-  
mosynas quantum fieri potest, non reci-  
piat sine Depositarijs.

§. 6. Nullo modo apud se retineat, sed si  
quandoque ipsum aliquid ab aliqua per-  
sona recipere contingat, illud quantum,  
& quale sit, statim, vel in deposito re-  
ponat, vel vni ex depositarijs tradat,  
\* *saltem* intra duorum dierum *spacium*, \* &  
in libro Conventus lucidè scribatur no-  
men, & cognomen personæ dantis, &  
causa

causa ob quam dedit, & sicut pecunias recipere non potest, nec eas etiam expendere ipse debet.

Ad officium etiam Ministri pertinet officiales idoneos cum consilio fratrum discretorum, vel constituere, vel absol-  
vere: ipsos verò constitutos in suis offi-  
cijs diligentèr informare, & potestatem, quam eos habere voluerit; taxare: & si expediens viderit, in scriptis eisdem tradere. Non liceat autem eum aliqua officia ad manum suam tenere, neque in ipsis se multum intromittere, sed potius officialium negligentias corrigere, & in eis, quæ facienda fuerint, ipsos frequenter sollicitare, & instruere; sic tamen in his omnibus se gerat, ut omnibus officijs superintendat, & omnia, quæ per alios officiales exerceri solent, per se non adimpleat, & nullibi defectum fieri permittat.

Laborare quoque debet Minister ad §. 3.  
amicos, & devotos Ordinis conservandos, & multiplicandos, & maximè ad habendam gratiam Prælatorum, Magnatum, & primariæ authoritatis hominum; illos interdum per se, vel per Fratres eis magis notos, & gratos visitando, & ho-

honorificè quando ad nos veniunt; recipiendo, nihil tamen causa humilitatis, reverentiæ, & devotionis faciat, quod præiudicet Ordinis libertati; sic itidem cum aliqui malè erga nos affecti esse intelligerentur, laborare debet Minister, ut ad nostram amicitiam redeant, vel ad minus adversarij ordinis non sint, & per benevolentiam omnium in rebus omnibus obsequium Dei crescat, & devotio Religionis non minuat: gratia etiam Cleri, & Populi non est parvi facienda, sed charitas, & pax cum omnibus est procuranda.

§. 9. Fratribus, & Conventibus vicinis debet se favorabilem exhibere, si suo auxilio, & favore aliquo indigerint, & eis pie in eorum necessitatibus (si poterit) debet subvenire. Advenientes Fratres charitativè tractare, multo verò magis eos, qui de alijs Provincijs venerint, quos alacrius excipere debet.

\* \*



## CAPUT XIII.

De Discretis, scti de Patribus à  
consilijs.

**P**Rætereà quoniam (iuxta sapientis dictum) qui agunt omnia cum consilio, sapientia reguntur, vt in omnibus nostri Ordinis Superiores sapientia gubernentur, statuimus quod in vnaquaque domo debeant esse Patres à consilijs, quos in maioribus Conuentibus, quorum scilicet Fratres ad trigesimum numerum accedunt, sex debere esse vitrà Ministrum: in minoribus autem quatuor sufficere declaramus, & hi erunt, qui post vniuscuiusque domus Ministrum, aut Præsidentem primas obtinent sessiones ratione dignitatis, gradus, vel antiquitatis, vt postea dicetur, cum de Fratrum sessionibus agetur.

Prædictos autem non solum Minister Conventualis, sed etiam Pater Provincialis in multis, quæ passim in his constitutionibus designantur, consulere tenentur.

14 *Liber I. Const. Gen. exponet. Reg.*  
tur, & ad penam gravioris culpe infligendam alicui sine eorum consilio procedere non posse, decernimus, neque in præmissis aliud Consiliarijs concedimus, nisi quod secundum Deum, & conscientiae dictamen iuxta seriem istarum constitutionum, & regulam directè consulant. Quod si Minister salubre eorum consilium non receperit, per Patrem Provincialem, vel Visitatorem (iuxta qualitatem delicti) puniatur.

## CAPUT XIV.

### De vestitu, & honestate habitus.

Text. n. 6 **V**estimenta sint lanea, & alba (excepta cappa, quæ honestatis causa bruni coloris erit, quam etiam dum ad partes infidelium pro redimendis Captivis se contulerint de suorum superiorum licentia mutare possint. Et liceat eis habere pelliceas (provt uniuscuiusque ex posset necessitas) & brachas, quas iacentes non deponant.

**V**estimenta Fratrum omnia sint lanæ lineis tamen tunicis ad carnem non vtantur, nisi necessitatis causa, licentia ad tempus (iuxta necessitatem) prius habita; in quo tamen casu ita coopertas deferant, vt neque quoad collum, neque quoad manicas foris quouis modo appareant. Similiter si alicui fratri concessum fuerit portare almillam, siue thoracem lineum, super manicas nihilominus ex panno, vel staminea alba portare teneatur, vt nullo pacto aliquid lineum in vestibus compareat.

S. 1.

Omnia Fratrum vestimenta debent esse albi coloris, iuxta præscriptum regulæ primitivæ, sed in modificatione ipsius regulæ facta à sanctæ memor. Clemente IV. excipitur Cappa, quæ bruni coloris permittitur, vt hætenus est observatum in aliquibus nostri Ordinis Provincijs, quapropter præcipimus, quod iuxta morem vniuscuiusque Provinciæ vtantur Religiosi cappis albis, vel bruni coloris iuxta præscriptum regulæ, vel constitutionum Apostolicarum præmemorati Clementis Quarti.

S. 2.

Vestes non sint curiosæ, sed in factura vniformes, longitudo superioris tunicæ

S. 3.

vsque ad poplitem pedis. Cappa verò ex scissuris fiat forma hactenus observata. Scapularium similiter, sed latitudine cooperiat commissuram manicarū, & tunicæ. Capucium autem, seu muza modestum observetur. Zona ex corio nigri coloris, \* *vel Cingulum album* \* sit latitudinis duorū ferè digitorum, sed longitudine talis esse debeat, quod vna pars super alteram veniat. Omnes Fratres vno, eodemque mediocri panno vtantur, neque cupiant vestibus placere Deo, sed moribus: qui enim mollibus vestiuntur, non in Monasterijs pauperum, sed in domibus Regum sunt.

§. 4. Præcipimusque, quod in vnaquaque Provincia præscribatur dies, in quo omnes Ministri Conventuales debeant vestes suis Fratribus dare, ita quod vno, eodemque die in omnibus domibus omnibus Fratribus dentur, quamvis antea in illis non fuerint commorati, vt sic omnibus vno die de necessarijs provideatur. Neque alicui dentur pecuniæ, vel pannus, sed vestes factæ, vt sicut pascimur ex vno cellario, sic induamur ex vno vestiario. Nullus tamen frater propter quavis culpas vestiario priuetur, sed alijs pœnitentijs Ordinis puniatur.

Præ-



Prætereà nolumus, vt aliquis Frater  
cuiuscumque gradus, dignitatis, vel con-  
ditionis existat, quovis modo possit sibi  
absque licentia Superioris emere, vel fa-  
cere, vel alicui vendere, aut quovis mo-  
do distrahere, aut sibi, ab alia persona,  
quam à suo Prælato, vel de eius licentia  
datum, portare, vel retinere aliquod  
vestimentum, sed omnes omnium, & sin-  
gulorum Fratrum vestes sint in mera, &  
libera potestate Ministri: ita vt in rem  
communem (si ipse velit) redigantur, &  
cui necessè fuerit præbeantur. Contra  
facientes veste, vel vestibus, seu calcea-  
mentis priuentur, & graviter à Ministro  
puniantur.

Fratres autem recipientes quævis no-  
va indumenta, vel calceamenta, reddant  
vetera: hæc verò indumenta si adhuc  
refici potuerint, foris nulli dentur, nec  
etiam seruatoribus domus, sed refician-  
tur, & in vestiario reponantur.

Prætereà in quolibet nostri Ordinis  
Monasterio maturus vestium custos de-  
putetur, qui in officina quadam pecu-  
liari omnes vestes custodiat, atque supel-  
lectilia, & calceamenta, & pannos, tam  
lineos, quàm laneos, & de licentia Mi-

S. 53

S. 63

S. 73

nistri omnibus Fratribus, tam de vestitu, quam de calceamentis provideat, & diligenter studeat, ne vestes à tinea comedantur, & in omnibus quæ ad suum officium pertinent, cum charitate, & hilaritate diligenter exhibeat.

§. 8. Insuper prohibemus omnem, & quamcumque curiositatem in vestibus Fratrum, tam internis, quam externis, tam in materia, quam in forma, quæ habitum sæcularium imittetur, vel nostram non deceat paupertatem.

§. 9. Præcipimusque, vt internæ vestes etiam sint albi coloris, in quibus omnibus Provinciales, & Visitatores monemus, & hortamur, vt si quos invenerint contrarium facientes (sive Ministri sint, sive Subditi) puniant, & huiusmodi vestes ab eis auferant, vendique faciant cum honestate Ordinis, & de pretio indè accepto eis emanant vestes honestæ, & humiles, etiam si tales vestes prohibitæ datæ illis essent à parentibus, & consanguineis, aut alijs personis sæcularibus: quod etiam fieri volumus, si aliquid aliud prohibitum in toto hoc capite aliquis habere, vel deferre præsumserit.

Pellicea, aut pellis, quæ aliquibus §. 10.  
ad causam conceditur, de pellibus sit  
agnorum, ita ut sylvestres cuiuscumque  
generis minimè permittantur.

## CAPUT XV.

## De Lectis, &amp; Dormitorio-

**I** Accant in laneis, ita quod plumea fulcra Text. n. 7  
vel culcitræ in domibus proprijs (id est)  
in quibus ad manendum fuerint deputati, nisi  
in ægitudine laborantes, & de foris ve-  
nientes (& hoc extrà dormitorium) minimè  
habeant. In alijs verò domibus sui Ordinis,  
& alibi ubicumque, sive in itinere, sive in  
peregrinatione fuerint, poterunt, iacere Fra-  
tres in talibus lectis, qualia eis fuerint præ-  
parata, ita tamen quod tunicas non deponant.  
Cervical verò cum coscino ad sustentationem  
capitis, permittantur habere.

**L** Lecta omninò præparari volumus, ut §. 1.  
in regula adnotatur, ita quod Fra-  
tres in laneis iaceant, & lineis syndoni-  
bus non utantur, nisi in infirmaria, &  
hospitio.

§. 2.

Omnes etiam Fratres nostri Ordinis habitent in cellis sibi concessis in dormitorio, in quibus unicuique de mensa, de sede, de candelabro, sive lucerna, & de lecto decenti, & Religioso provideatur. Sint prætereà parietes cellarum nudi, nec liceat in eis quidquam suspendere, nisi fortè storam aliquam ratione sanitatis tuendæ: non ibi sint historiæ, vel imagines profanæ.

§. 3.

Ostium dormitorij sic claudî volumus, ut nulli sæcularium (alicuius etiam Fratris consanguinei) aditus pateat, nisi ex rationabili causa, & licentiâ Ministri prius obtenta. Silentij tempore nullus à dormitorio discedat, nisi de Ministri, aut Præsidentis licentiâ in eius absentia, & tunc peracto negotio absque mora in dormitorium redeat.

§. 4.

Nullus Frater alterius Fratris cellam (quamvis hospes sit) altero intus existente intret, nisi de licentiâ Ministri, aut Præsidentis in eius absentia; cella tamen Ministri, & Patris novitiorum pro Fratribus sibi subiectis omni tempore, & Patrum Provinciæ, & Magistrorum in Theologia extrâ tempus silentij, excepta, quam nemo intret, donec post pulsum

sum



sum audiat, *ingredere*. Qui contrarium fecerit, si de die alterius cellam intraverit, semel in medio refectorij pane, & aqua reficiatur, de nocte verò intrans prædictam pœnam sustineat duplicatam: & si quis sæpius de hoc notatus fuerit, atque convictus, arbitrio Ministri puniatur. Eodem modo puniatur ille, cuius est cella, nisi immediatè de illa ad ingressum alterius exierit.

Nullus Frater extrà dormitorium, nisi ob senectutem, aut infirmitatem dormiat: in eodem verò lecto (sive in dormitorio, sive extrà) duos Fratres simul dormire nullo modo permittimus. Singuli, etiam si Sacerdotes sint, cum primum surgunt, lectum operiant, idque & reliqua componant, & scopis cubiculum verrant, tertio saltem quoque die.

\* \* \*



## CAPUT XVI.

De signis in Habitu ponendis , &  
de calceamentis.

Text. n. 8 **I**N cappis , & Scapularijs Fratrum imponantur signa, videlicet, Crux in pectore, cuius brachium, quod vadit in longum, sit de panno rubeo, illud autem quod vadit in trasuersum, sit cerulei coloris. Calceamenta habeant clausa, & ordinata, ita tamen quod genua non excedant, nisi sint æquitantes.

S. I. **H**ic textus expositione non eget, sed admonitione tantum, ut nullus, in Cappa, aut Scapulario crucem portare desinat ea forma, & factura, quæ hæctenus in omnibus nostris Provinciis fuit observata: in istis enim tribus coloribus, videlicet albo, ceruleo, & rubro mysterium illud ineffabile exprimitur, cuius nomine hic noster sacer ordo condecoratur; sed neque Cappa, quæ brunni coloris ad itinerandum poterit portari, eodem signo careat, ne in aliquo, alterius esse Ordinis, aut Religionis

videamur, quin ex habitu ipso ab omnibus cognoscatur, ubicumque simus, sive in Civitatibus, sive in itinere.

Calceamenta debeant esse clausa, & ordinata nigri coloris, & in nullo similes illis, quibus utuntur laici, necessitati potius, quam ornatui corporis opportuna. Hortamurque omnes Ministros ne aliter deferri permittant, sed potius curent, ut in omnibus suis subditis ex gressuum gravitate religiosa maturitas dignoscatur. §. 2.

## CAPUT XVII.

### De equitaturis Fratrum.

**L**iceat fratribus equos ascendere, & equitaturas tales habere, quales poterunt, & sibi viderint expedire, dum nimis notabiles non existant. Text. n. 9

**L**icet secundum nostram primitivam regulam prohibitum nobis fuerit equis uti ad itinerandum; tamen secundum hanc modificatam (in hoc ab Alexandro Quarto dispensati) licet nobis §. 1.

124 *Lib. I. Const. Gen. exponent. Reg.*  
bis equos ascendere, & equitaturas tales habere, quæ honestati, & paupertati nostræ Religionis conveniant. Neque in hoc, & alicuius superflui ornatus, aut nimie curiositatis cupidi inveniamur, similes sæcularibus.

## CAPUT XVIII.

De sobrietate Fratrum, &  
de ieiunijs.

*Tex. n. 10* **V**inum sumendum à fratribus taliter temperetur, ut sobriè sumi valeat. §.  
*Tex. n. 11* Ieiunent à Dominica propinquire festo Beati Martini hyemalis vsque ad Nativitatem Domini, & à Quinquagesima vsque ad Pascha: insuper & alijs temporibus anni, omnis sexta FERIA, nisi festivitas novem lectionum intervenierit, vel octavæ. Ita tamen quod à Quinquagesima vsque ad Pascha in cibo Quadragesimali ieiunent, & alia ieiunia, quæ consuevit Ecclesiæ celebrare. Potest tamen quando-cumque Minister ieiunium cum discretionem relaxare propter ætatem, vel viam, vel aliam iustam causam, vel etiam (facultate inspecta) augmentare.



**S**obrietas virtus, specialiter circa potum attenditur, non quemcumque, sed eum, qui natus est caput conturbare, & inebriare potest: *Quia tamen vinum multum potatum* (vt dicitur Ecclesiast. cap. 13.) *irritationem, & iram, & ruinas multas facit*, maximè circa vinum sobrietas, & mensura debet seruari. Quapropter volumus (vt in regula præcipitur) quod vinum sumendum à fratribus, antequam illis in mensa præbeatur, taliter à cellario temperetur, quod sobriè sumi valeat, quia sobrius potus, sanitas est animæ, & corporis, & exultatio animæ, & cordis vinum moderatè potatum.

S. 13

Præter Ecclesiastica ieiunia, quæ omnes fideles communiter obligant, tenemur omnes nostri Ordinis fratres ad alia, quæ in hac nostra regula contingentur, videlicet, tempore Adventus Domini, quod (quantùm ad ieiunium) incipere debet à Dominica propinquiori festo Beati Martini Episcopi Turonensis, & vsque ad Nativitatem Domini durare. Feria secunda, & tertia ante quartam feriam cinerum, & in reliquis anni temporibus omni sexta Feria, nisi festivitas

S. 21

novem lectionum (id est duplicis primæ, aut secundæ classis) intervenerit, vel octavæ, (hoc est eiusdem festivitatis dies octava) ita tamen quod a Quinquagesima usque ad Pascha, & in alijs Ecclesiæ ieiunijs in cibo Quadragesimali ieiument, ultra quæ pro perpetuis futuris temporibus statuimus ieiunium observandum in vigilijs omnium festivitatum Beatæ Mariæ Virginis, quæ in Breviario Romano continentur, & etiam in vigilia festivitatis, quæ in nostro Sacro Ordine celebratur, de eiusdem Virginis Mariæ dulcissimo nomine. Quæ quidem omnia ieiunia fratres nostri observabunt. In Parasceve autem irremissibiliter, super nudam tabulam in pane, & aqua abstinébunt.

§. 3. Ieiunia, in quibus Ministri nostri Ordinis cum suis fratribus iuxta nostram Regulam poterunt dispensare, illa esse intelligi debent, quæ nostri Ordinis sunt, & quæ cum discretionè poterint relaxare, non tamen cum toto Conventu, sed cum illis tantùm fratribus, qui aliquam iustam causam habuerint, ut in regula adnotatur.

§. 4. Qui ieiunia à Sacrosancta Ecclesia insti-  
tu-

tuta fregerit, aut violare præsumpserit, præterquam in infirmitate, seu in casibus, in quibus Ecclesia ad ieiunium non obligat, atque de licentia superioris; pro qualibet vice tribus diebus panem, & aquam super terram comedere cogatur, & pœnæ gravis culpæ subiaceat: qui vero alia Ordinis ieiunia violaverit, pro qualibet vice portionem petere teneatur: deinde verò si se non correxerit, amplius puniatur; Minister autem, qui prædictas pœnitentias non fecerit observari, à Patre Provinciali, seu Visitatore graviter corrigatur.

## CAPUT XIX.

### De abstinentia Fratrum.

**C**arnibus datis ab his, qui foris sunt, vel sumptis de proprijs nutrituris, vel etiam emptis vesci liceat tantum Dominicis diebus, à Pascha vsque ad Dominicam propinquiores festo Beati Martini hyemalis: & à Natali vsque ad Septuagesimam, & in Nativitate, & Epiphania Domini, & in Ascensione Domini, & Purificatione Beatæ Mariæ,

Tex. n. 118

§



*Et in festo Omnium Sanctorum, Et in minutio-  
nibus, Et infirmitatibus possunt tamen Ministri  
cum fratribus suis de carnibus edendis extra  
Refectorium, Et in via ex iusta, Et ratio-  
nabili causa dispensare: liceatque fratribus sa-  
guine vesci, ac insuper si qualitas temporis,  
Et Monasteriorum necessitas id excegerit, etiam  
in ipso Refectorio (Adventus tamen, Et alijs  
à iure prohibitis temporibus, exceptis) carni-  
bus huiusmodi vesci possant; liceat etiam nu-  
trituras emere, Et nutrire.*

**S. I.** **A**bstinentia, ciborumque substractio  
(si secundum rectæ rationis regu-  
lam substrahatur) virtus est specialis, &  
maximè iuvat castitatem: de abstinen-  
tia enim procedunt castæ cogitationes,  
rationabiles virtutes, salubria consilia, &  
per voluntarias afflictiones caro concu-  
piscentijs moritur, & virtutibus spiritus  
innovatur. Ut autem abstinentia Fratrum  
secundum rectam moderationem mode-  
retur, & (ut inquit Divus Petrus) in  
scientia nobis ministretur, volumus, ut  
in omnibus, & per omnia modus absti-  
nendi, & ieiunandi hic nobis in regula tra-  
ditus, iuxta eiusdem regulæ modificatio-  
nem, & declarationem à Summis Pon-  
tifi-



rificibus factam inviolabiliter observetur.

Quapropter observandum est, quod licet in toto hoc numero regula primitiva prohibeat essum carniū omni tempore, exceptis Dominicis diebus à Pascha vsque ad Adventum Domini, alijsque solemnibus festiuitatibus ibi expressis, nec vllō modo permittat, quod Fratres carnes emant ad victum, neque pisces, aut vinum. Tamen sanctæ memorię Leo Papa Decimus, & Adrianus Sextus hoc modificaverunt, & concesserunt Fratribus, quod si qualitas temporis, & Monasteriorum necessitas id exigerent, etiam in ipso refectorio (Adventus tamen, & alijs à iure prohibitis temporibus exceptis) carnibus huiusmodi vesci possent, neque prohibuerunt carniū, vel piscium, aut etiam vini emptionem, & ita habetur in regulā modificata.

S. 2.

Ex quibus patet, licitè nos carnibus vti in Refectorio (maximè tanta Monasteriorum nostrorum perspecta necessitate) alijs temporibus ab Adventu, & eis, quæ iure prohibentur. Ne tamen hanc concessionem amplius extendamus quàm possumus, præcipimus omnibus

S. 3.

Ministris, vt nullo modo circa esum car-  
 nium cum toto Conventu dispensent, à  
 Dominica proximiori festo Beati Marti-  
 ni hyemalis vsque ad Nativitatem Do-  
 mini, nec permittant, tam sanctum, &  
 Religiosum nostræ sacræ Religionis in-  
 stitutum violari sub pœna privationis ab  
 officio, & vocis activæ, & passivæ per  
 duos annos.

## CAPUT XX.

De itinerantibus, & modo se ha-  
 bendi in itinere.

Tex. n. 13 **C**Um verò in itinere, sive in peregrinatio-  
 ne fuerint, si quid eis datum fuerit inde  
 vivant, & residuum in tres partes dividant.  
 Tamen si fuerint in via profecti ad redimen-  
 dos Captivos, quidquid eis datum fuerit, to-  
 tum debent ponere in Redemptionem Captivo-  
 rum præter expensas. In Civitatibus, in vil-  
 lis, sive Castellis, in quibus proprias domos  
 habuerint, nihil omnino extrà domos illas (ni-  
 si fortè in domibus Religiosis, etiam si à quo-  
 vis rogentur, & cum Archiepiscopis, & Epif-  
 copis,

*copis, & Regibus si invitati fuerint) comedant, vel bibant, nisi fortè aquam in domibus honestis. Neque pernoctare præsumant extrà huiusmodi domos, nisi fortè aliquorum Magnatum, vel Prælatorum fuerint officijs deputati. Numquam in tabernis, vel huiusmodi locis inhonestis habitent, comedant, vel bibant: qui autem hoc præsumpserit, iuxta arbitrium Ministri maiori, vel minori vindictæ subiaceat.*

**I** Tinerantes, semper iterfaciant cum §. 1.  
 Cappis, & muzis, & si quid eis datum fuerit, indè vivant, residuum verò, cum redierint, Prælato suo liberè præsentare teneantur. Fratres quoque viatores literas testimoniales secum deferant, & de excessibus suis in Conventibus ad quos declinaverint, corrigantur.

In quacumque autem Provincia Fratres itinerantes deliquerint Pater Provincialis, seu Minister Conventualis intrà quorum territorium inventi fuerint deliquisse, seu etiam Præses corrigendi eos, sicut Fratres suos liberam habeant potestatem. §. 2.

Cum ex nimio, & in ordinato Fratrum §. 3.  
 discursu plurima incommoda subsequantur, ac Regularis Observantia plurimum



relaxetur, ad subtrahendos, & compescendos huiusmodi discursus inutiles, atque vagos, inviolabiliter statuimus, & ordinamus, quod Ministri Conventuales, atque eorum Vicarij, Fratres suis Conventibus deputatos extra illos itinerare non permittant sine licentia Patris Provincialis, nisi intra vnam dietam, & per vnus mensis spatium, quo completo, iterum redeant, & vltius egredi non permittantur vsque dum sex menses ad minus à regressu computentur. Quicumque autem Minister, aut Vicarius præmissa inventus fuerit non servasse, à Patre Provinciali severè puniatur.

§. 4. Quoscumque autem itinerantes monemus, & hortamur in Domino, quatenus per totum iter ita se modestos, & exemplares ostendant, sicut Religiosos viros, & nostri Sacri Ordinis esse oportet, vt potius omnes alios ædificent, quam devitæ modestiæ etiam in minimis deficere videantur.

§. 5. Insuper cum ex invasione terminorum, & liminum aliorum Conventuum, & Provincialium, turbationes, & scandala soleant generari, præcipimus Patribus Provincialibus, & Diffinitoribus Capitulu-



pitulorum Provincialium, vt in singulis Capitulis, (si neceisè fuerit) vnicuique Provinciae, & vnicuique domui limites, & terminos constituent, quos prætereire non liceat, constitutosque inter Provinciam, & Provinciam, & inter Conuentum, & Conuentum faciant observari, & si aliqua oriaturo controversia, à Generali Diffinitorio decidatur, seruato interim, quod à Diffinitoribus Provinciae statutum fuerit: fratres qui contrarium fecerint, pœnæ grauioris culpæ subiaceant, & quidquid acquisierint infra limites alterius Provinciae, vel Conuentus, teneantur Conuentibus, in quorum præiudicium hoc fecerint absque dilatione restituere.

Demum præcipimus, quod nullus §. 6.  
Frater Ordinis veniens ad locum, in quo Ordo habet Monasterium, vel indè exiens in domibus sæcularium, vel aliorum Religiosorum prandere, vel cœnare præsumat, antequàm ad Conuentum vadat, vel à Populo discedat sub pœna grauis culpæ. Qui verò in locis prædictis pernoctare præsumpserit, ultra hoc vnàm disciplinam recipiat; quod si bis pernoctauerit, duplicetur ei pœna; sic

134 *Lib. I. Const. Gen. exponent. Regul.*  
deinceps: ac prætereà sic pernoctantes car-  
ceri per triduum mancipientur.

S. 7.

Quod si aliquis Minister tale quid  
commisserit, à Provinciali, vel Visita-  
tore gravitèr puniatur; Provincialis ve-  
rò a Capitulo Provinciali, hoc est ab  
illius Diffinitorio. Poterit tamen Mi-  
nister ex rationabili causa Fratres suos  
licentiare ad comedendum extrà Con-  
ventum cum honestis, & gravibus per-  
sonis, vel parentibus, aut propinquis,  
quod non faciet facilitèr; nec frequen-  
ter, sed discretè se habeat in huiusmodi  
licentia concedenda, & in socijs assig-  
nandis, ne ex hoc occasio scandali sub-  
sequatur.

## CAPUT XXI.

### De fugitivis.

1. **P**Ræcipimus Sacri Concilij Decreto in-  
hærentes ne aliquis nostri Ordinis  
Religiosus, etiam prætextu ad superiorem  
accedendi, à suo Conventu discedat, ni-  
si ab eo missus, vel vocatus fuerit, man-  
dato in scriptis obtento. Quod si ali-  
quis

quis in Ordinis habitu fugitivus reperiatur, prostratus virgis ad arbitrium Ministri emmendetur, ac per quindecim dies ad minus carcerali custodiae mancipetur, & poena gravis culpae puniatur: & per integrum annum voce activa, & passiva careat; & si Sacerdos fuerit, ultimus Sacerdotum, si verò professus, ultimus professorum sit: Quod si bis fugitivus fuerit, omnia duplicentur. Qui verò quavis ratione noverit, Religiosum aliquem alicubi in oppido, vel Civitate delitescere, absque Superioris licentia, statim conscium faciam Prælatum, secus faciens convictus careat per annum activa, & passiva voce.

Nullus à sua Provincia ad aliam potest transire, nec recipi sine licentia Patris Generalis, vel utriusque Provincialis; translatus verò in illam, post annum vocem habebit, sicut filius illius Provinciae, in quam translatus est, antiquitatem verò à die professionis numerabit. Si tamen huiusmodi licentia non obtenta à sua Provincia in aliam fugerit non admittatur, cum redierit, nisi ut hospes, quoad usque assignationem obtineat à Patre Provinciali, qua etiam obtenta, activa, &

S. 2.



passiva voce careat duobus annis præcisse.

§. 3. In quovis Capitulo Provinciali scribantur in libro Provinciæ Fratres fugitivi trienij præteriti (quorum nomina scripta ferat ad Capitulum ille, qui statum domus ferre tenebitur sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ per annum) ubi hæc, quæ sequuntur, specialitèr memoriæ mandentur: quas ob causas à suis Conventibus fugerint? an intra suæ Provinciæ fines, vel extra erraverint? quibus delictis fuerint convicti? an è carcere discesserint? sub quo auferint Ministro? sub quo Provinciali? Quæ omnia notari volumus, ne eorum fuga oblivioni mandetur, nam tot possunt esse fugæ, ut contra huiusmodi procedi possit iuxta decretum sælicis recordationis Urbani Octavi ad probandam incorrigibilitatem: in privatione verò hic servetur Ordo, ut antè omnia fugitivus ad eum redeat statum, in quo erat, antequam fugeret.

§. 4. Ministri ad quorum domus diverterint fugitivi, vel postmodum destinati Fratres fuerint, sub pœna suspensionis ab officijs prædictas pœnas executioni man-



mandent: si verò in hoc secundo negligentes fuerint, ab officijs absolvantur. Fratresque huiusmodi fugitivi in habitu Ordinis, postquam in Conventum quo divertere, pœnam carceris, & gravis culpæ adimpleverint, Patrem Provinciale certiores faciant cum literis testimoniis pœnitentiæ adimpletæ: ut eos reliquis pœnis puniat, & de Conventibus provideat.

Declaramus tamen hos Fratres fugitivos (habitu Ordinis retento) nullam propter hoc incurrisse excommunicationem; sed volumus ultra prædictas pœnas, qui de sua Provincia in aliam fugerit, quod totum temporis spatium, quod extra Provinciam commoratus fuerit, non computetur ei ad locum, sessionem, & antiquitatem.

Frater verò professus, qui ad alium se transtulerit ordinem sine licentijs debitis, si postea reversus fuerit, non recipiatur, nisi ut hospes vsque dum assignationem à Patre Provinciali obtineat, & illa obtenta, ut novitius habeatur, & voce activa, & passiva careat, nisi per Capitulum Provinciale cum eo dispensetur, quæ dispensatio, & habitatio ante triennium

§. 5.

§. 6.

138 *Lib. I. Const. Gen. exponent. Reg.*  
expletum minimé fiat, nec ante decem  
annos ad vllam Ordinis dignitatem  
promoveri possit. Eadem pœna puniatur,  
qui impetrata licentia, tam Prælati suæ  
Religionis, quàm alterius ad quàm tran-  
sire vult, titulo mutandi habitum hùc,  
illucque vagus erraverit, non assumpto al-  
terius Ordinis habitu, cum redierit.

## CAPUT XXII.

### De Apostatis.

S. I.

**Q**UI instigante diabolo (quod absit)  
vestes Ordinis dimiserit, talis Apo-  
stata ipso facto excommunicatus à  
iure se noscat, quam sententiam ex nunc  
præsenti statuto ferimus, & talis per Mi-  
nistrum, in cuius territorium diverterit,  
absque mora capiatur, & absolvatur, &  
paratus ad verbera cum virgis ad Capi-  
tulum veniat, & prostratus culpam suam  
dicat, ac humiliter veniam petat, &  
quamdiù Prælato placuerit, pœnis gra-  
vioris culpæ subiacebit: & singulis vnus  
hebdomadæ diebus eodem modo paratus  
se capitulo præsentabit.

In-

Intra hoc pœnitentiæ tempus in Con-  
ventu, & ybicumquè novissimus erit, &  
duobus diebus cuiuscumquè hebdomadæ  
in pane, & aqua ieiunabit. Qua peracta  
pœnitentia ad priorem locum numquam  
redeat, nisi per maiorem Ministrum Or-  
dinis, vel per Diffinitorium Capituli  
Generalis, vel Provincialis cum eo dis-  
pensatum fuerit, quæ dispensatio antè  
triennium non fiat: ita tamen quod anni,  
quos in apostasia permanserit, ei non com-  
putentur quoad locum, & antiquitatem:  
atque vltra hæc octo annis voce passiva  
careat, vt nec Minister, nec Vicarius  
fieri possit. Quicumque tamen apostata-  
verit, si postea misertus sui, & pœniten-  
tia ductus, vel vi aliqua compulsus ad  
ordinem redire voluerit, porta miseri-  
cordiæ ei non claudatur, sed charitati-  
vè recipiatur, & puniatur secundum  
nostra statuta, tam de apostasia, quam  
de delictis in illa durante  
commisis.



## CAPUT XXIII.

## De refectiōe Fratrum.

**Tex. n. 14** **T** *Alis sit charitas inter Fratres, Clericos,  
& Laicos, ut eodem victu, vestitu, dor-  
mitorio, refectorio, & eadem mensa utantur.*

**§. 1.** **D** *E vestitu, & dormitorio supra suis  
locis dictum est; hic solum est agen-  
dum de Refectorio, & refectiōe. Uni-  
versi igitur Fratres ad utramque refectio-  
nem prandij, & cœnæ, post pulsationem,  
lotis manibus, in loco *De profundis*,  
nuncupato conveniant: ibi Psalmo *De  
profundis*, cum oratione pro defunctis  
benefactoribus recitato, Refectorium in-  
grediantur, & vterque chorus hinc, at-  
que hinc iuxta mensas ex vtraque parte  
dividatur; minoribus inferiùs remanen-  
tibus, & Senioribus superiùs iuxta cuius-  
cumque antiquitatem, aut gradum ascen-  
dentibus; secundum quod dicitur capitu-  
lo de sessionibus Fratrum.*

**§. 2.** **F** *ratribus igitur Refectorium ingre-  
dientibus, ex vtraque parte divisis, &  
iuxta suas sessiones dispositis, & reman-*  
nen-



mentibus, Ministro medium ingredientium se inclinabunt; factoque à Prælato signo, lector dicat, *Benedicite*: & Convectus prosequatur benedictionem, ut in Breviario. Qua finita unusquisque reverenter, sua sessione servata, ad mensam sedeat, hoc tamen Ordine, quod omnes quotquot in prima mensa convenerint, ita iugiter sessiones occupent, quod nulla inter ipsos relinquatur vacua.

Novitij verò seorsum sedeant cum suo Patre. Post acceptam benedictionem, statim lector in tono lectionum, lectionem decantare incipiat: & semper legat capite discooperto, semperque lectionem inde prosequatur, ubi prius finierit. Deindè facto secundo signo à Prælato, Fratres comedere incipiant, ea cum modestia, ac totius corporis compositione, quæ Religiosos decet. Patres vero seniores, & graviores taliter se gerant, ut alij in eos conijcientes oculos eorum modestiam imitentur.

Nullus salute pollens (etiam si Generalis sit) valeat ex consuetudine extra Refectorium prandium, aut cœnam facere,

S. 31

S. 41

cere, nec privato vti cibo. sub pœna privationis vtriusque vocis, & eidem pœnæ subiaceat Prælati, qui talem vitam singularem permiserit, vt frequenter ad eam concesserit facultatem.

§. 5.

Nullus Fratrum domi existentium à prima mensa deficiat, nisi pro aliqua necessitate, vel re gravi, & hoc de licentia Prælati, ad quam qui non intraverit cum communitate, expectet secundam in qua, vt silentium, servetur, etiam lectio sicut in prima habeatur. Pater Novitiorum præsidebit. Numquam tamen tertia mensa erit, intelligimus autem per secundam mensam, quamdiù lector cum servitoribus primæ mensæ comederint. Propter quod Minister iniungat eis, quibus licentiam eundi foras concesserit, vt sic ad Conventum festinent reverti, quod saltem secundæ mensæ valeant interesse. Si quis tamen ex consuetudine primæ mensæ non interfuerit, aut secundæ, sine Prælati licentia defuerit, charitativè, & salubriter puniatur.

§. 6.

Lectio prandij diebus Dominicis, & alijs festivitibus, & etiam diebus quibus ex Ecclesiæ præcepto ieiunare tenemur,  
de

de homilia occurrentis Evangelij erit, alijs verò diebus Sacræ Scripturæ fit iuxta temporis qualitatem, item similiter de vitis Sanctorum, quorum festivitates illis diebus celebrantur, & præcipuè in cœna, & de alia Religiosorum doctrina: feria autem sexta, Regula legi debet, & quotidie quidpiam Constitutionis, vel Ceremoniarum, ita tamen, quod inter prandendum, aut cœnandum lectio numquam prætermittatur.

Ministri in Refectorio comedant, & cibarijs Conventus sint contenti, & tam illis, quàm cæteris omnibus Fratribus iuxta Regulæ præceptum, de eo victu, eodemque pane in eadem mensa indifferenter provideatur, & silentium observari faciant, nec ibi sæculares prandere permitantur, nisi ex rationabili causa, & maturo consilio: cum quibus omnium cum modestia, & Religione agatur in mensa, nec coram eis aliquis publicè reprehendatur, nisi de culpa tunc temporis ipsis videntibus commissa, nec aliqua pœnitentia ab aliquo exerceatur.

Diebus, quibus carnibus vesci prohibetur, inhibemus, ne intrà Refectorium, quispiam illis vesci audeat, etiam infirmi-

§. 6.

§. 7.

mi-



mitatis, aut alia causa, sed in infir-  
 maria, aut hospitio, nisi tanta sit ædificio-  
 rum penuria, quod aliter fieri nequeat, &  
 tunc comedat in mensa separata. Minister,  
 qui circa horum observantiam negligens  
 fuerit, panem, & aquam coram Patre  
 Provinciali comedat.

§. 8.

Finita refectione unusquisque demisso  
 vultu, & vestibus complicatis, manibus sub  
 scapulario inclusis, sedeat, collectisque re-  
 liquijs, & facto secundo signo, lector dicat:  
*Tu autem Domine miserere nobis*, & Conven-  
 tus respondeat: *Deo gratias*, & statim om-  
 nes surgentes ante mensam in locis suis  
 stabunt: & dicto *Agimus tibi gratias*, vel,  
*Benedictus Deus*, in modum processio-  
 nis ad Ecclesiam, vel Capitulum, cum  
 Psalmo, *Miserere mei*, vel alio iuxta tem-  
 poris qualitatem, egrediantur, & ibi fi-  
 niantur gratiæ cum Antiphona Beatæ  
 Virginis. *Gaude Dei Genitrix*, & Vers. *Ora  
 pro nobis Sancta Deigenitrix*. Resp. *Ut digni,  
 &c.* Orat. *Protege Domine famulos tuos*, &c.  
 post refectionem verò nullus Re-  
 fectorium ingredia-  
 tur.



## CAPUT XXIV.

## De infirmis, &amp; infirmaria.

**I**nfirmi seorsum dormiant, & comedant, ad quorum curam habendam conversus aliquis Laicus, sive Clericus deputetur, qui ea quae necessaria fuerint, inquirat, & ministrat, sicut fuerit ministrandum. Moneantur infirmi, ut lauta, sive nimium sumptuosa cibaria non requirant; commoda potius, & salubri moderatione contenti.

Tex. n. 18

**I**n quolibet nostri Ordinis Monasterio iuxta cuiusque posse, ædificetur locus, qui nuncupari solet infirmaria, in qua infirmi seorsum dormiant, & comedant. Ad quorum curam habendam aliquis Religiosus \* Sacerdos \* pius, ac charitate fervens deputetur, qui lenitè, & alacritè infirmis medellam exhibeat, & iuxta medici præceptum, & domus facultatem necessaria ministrat.

S. 1.

Quod si propter multitudinem infirmorum, vel infirmitatum diversitatem, seu aliquam aliam causam solus non sufficiat

S. 2.

ciat, dabitur ei coadiutor vnus, vel etiam alius \* *ex non Sacerdotibus*, \* si opus fuerit. Infirmarius autem, quæ in infirmaria necessaria sunt, & quæ aguntur in illa, & quomodò se habeant infirmi, qui plùs minusvé grauentur, debet sæpè intimare Ministro, vt ipse, tam in necessarijs providendis, quàm in moribus corrigendis possit semper vigilantior inueniri.

§. 3. Qui male se habere præter solitum senserit, id infirmario, aut Superiori referat: nemo verò medicinam accipiat vllam, aut medicum eligat, vel consulat, nisi approbante Ministro. In infirmaria sint lecti, in quibus iaceant infirmi, & inde nullatenus exeant nisi de consilio medici, & infirmarij licentia. Similiter lintheamina, vasa, & omnia alia infirmorum curæ necessaria ibi reponantur. In ipsa infirmaria sit Oratorium, siuè Altare, vt rem Sacram possint audire infirmi, qui verò gravi morbo non laborauerint, Choro interfint, \* *arbitrio Superiorum localium*. \*

§. 4. Erga infirmos caveat Prælatus ne sit negligens, sed sollicitè intendat, ne aliquid desit infirmario, quod necessitati

ti expediat infirmorum ; etiam si ob remedium eorum opus esset , apud creditores debita contrahere , sic enim procurandi sunt infirmi , vt citius releventur. Minister sæpè eos visitet , maximè si gravi morbo laboraverint , ac de Confessione , & Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento sumendo moneat , horteturque ad patientiam , & quantum in se fuerit consoletur , & si quos animadversione dignum aliquid fecisse sciverit , postquam convaluerint , in capitulo puniat , interim tamen (si casus exegerit) reprehendat.

Insuper cum (iuxtà Ecclesiastici dictum) §. 5.  
ex infirmorum visitatione in dilectione firmemur , hortamur omnes in Domino , vt infirmos assiduè visitent horis , & temporibus non prohibitis , nec in hoc opere misericordiæ deficiant , quantum enim consolationis ex fratrum visitatione infirmi percipiant , vnusquisque iudicet. Qui ægrotos inviserint , non solum demissa voce loquantur , sed tanta etiam moderatione , vt illis molesti non sint , atquè de ijs agant , quæ & exhilarare , & consolari ægrotos , circumstantesque ædificare in Domino possint.

§. 6. Si verò aliquis Minister, vel Præfidentis infirmos sui Conventus rarò admodum visitaverit, vel eis de Medico, infirmario, medicinis, & alijs necessarijs, secundùm loci possibilitatem non providerit: vel eius iniuria, & negligentia domus pro infirmis, cum omnibus suppellectilibus, & utensilibus necessarijs deputata non fuerint, Minister Provincialis in prima visitatione eum dure arguat, & coram omnibus reprehendat. Si verò non se correxerit, & in secunda visitatione de eisdem negligentijs convictus fuerit (in quo casu infirmarius, & aliqui ex infirmis, qui sunt, vel fuerunt, & seniores Conventus interrogandi erunt) ab officio suspendatur, ac postea privetur, & inhabilis maneat ad omne officium cum cura animarum vsque ad quinqueniū. Provincialis verò, vel Visitator, qui eum convictum non suspenderit, à Diffinitorio eadem pœna inhabilitatis afficiatur.

§. 7. Cum autem fuerit talis qualitas morbi alicuius Fratris, vt vsum rationis probabiliter impedire possit, sollicitè advertat Minister, vt qui iuxtà medici consilium de vita periclitatur, antequam



quam vsurationis priuetur, omnibus Sa-  
cramentis acceptis, tamquam armis à  
Christo Domino, nobis liberaliter con-  
cessis, ad transitum à temporali vita ad  
æternam, se muniat, atque corroboret,  
ab eoque inquirat, si in aliquo tenetur  
alicui, vel quoad restitutionem bono-  
rum, vel etiam famæ, & existimationis,  
aut si alias ei teneatur, si scit alicuius  
culpam, per quam possit Ordini scanda-  
lum generari, vel etiam domui, aut &  
fratri, & quæ eo decedente probari non pos-  
sit; aut si habet alicubi repositum aliquid,  
quod ipse Minister ignoret, & faciat de  
omnibus bonis ab Ordine sibi concessis  
lucidum inventarium fieri, & si prædictus  
ægrotus inventarium facere renuerit, Mi-  
nister eum compellat sub pœna proprie-  
tarij. Minister autem, qui prædictum  
inventarium fieri non procuraverit, per  
triennium voce passiva priuetur.

Circà infirmum in extremis laboran-  
tem omnis cura adhibeatur, ne sine custo-  
de die, noctuvè relinquatur, orationibus-  
què Fratrum ad id seriò adhibitis adiuve-  
tur, & præter alios Minister deligat aliquẽ,  
vel alios Fratres, qui infirmum mor-  
ti proximum invisent, eique assistent, &

S. 81

animosiores reddant, eaque suggerant eisque auxilijs eum iuvent, ac verbis dulcibus consolentur, quæ eo tempore conveniant (iuxta illud Ecclesiastici) *Consolare mortuum in exitu spiritus sui*, & cum iam alia officia parùm erunt utilia, eum Domino efficacitèr commendent; quæ omnia Minister sub pœna prædicta observari faciat.

§. 9. Quamvis autem infirmis nostris omne velimus obsequium necessarium imperitari, debent tamen ipsi intendere parcitati, & cavere ne sibi servientes propter Deum sua superfluitate contristant, nec cibos illos exquirant, qui recidivationem potius, quàm salutem inducere consueverint, commoda potius, & salubria appetant moderatione contenti.

§. 10. Curent etiam infirmi ex infirmitatibus corporis fructum aliquem capere spirituales non impatientes se exhibendo; sed potius patientiam interius habendo, & exterius præferendo, & verbis pijs, & ædificatorijs utendo, quæ ostendunt ægritudinem, ut donum de manu Domini ab eis sumi, & in tempore infirmitatis ostendant conversationem suam, præstent etiam obedientiam medico, & infirmario



152 Lib. I. Const. Gen. exponent. Regul.  
qua suscepti fuerint hospites, inueniatur, congruentè eis præbeatur.

**S. 1.** **U**T opera charitatis huiusmodi, & hospitalitatis (ad quæ ex regulari præcepto tenemur) commodius exequantur: ordinamus, & mandamus, quod in omnibus domibus suarum administrationum Ministri habeant seorsum hospitalia (secundùm domus facultatem) & ad recipiendos fratres euntes, & redeuntes, vel alios sæculares (si fuerint admittendi) deputetur aliquis Religiosus, qui eos benigne, & gratiosè recipiat, & charitatis solatium magna cum diligentia administret, atque humilitè eorum pedes lavet, exemplum à Sanctis Patribus sumens.

**S. 2.** Statim quod Fratres nostri ad hospitandum advenerint, Ministro Conventus se præsentent, & causam sui adventus exponant, Minister verò consideratis eorum meritis, & labore, faciat eis necessaria charitativè, & hilaritè ministrari. Si tamen ulterius aliquis eorum in domo moram traxerit, sicut vnus ex Conventualibus tractetur, & ad sacra facienda, sicut alij Fratres Conventus teneatur. Si



tamen ex ipsis aliquis habuerit, aliquid à suo Ministro in mandatis, seu quodcumquè aliud negotium utile, & honestum, cui oporteat ipsum attendere, Minister loci non occupet alijs negotijs, ne illud, propter quod venit, impediri, vel differri valeat, sed sicut discretioni suæ videbitur, ei de socio providebit, cum quo illud tale valeat expedire.

Hospitum mensa sit frugalis, non dapibus referta exquisitis, & magno pretio empris, sed eis solum, quæ Fratribus apponuntur, hospites sint contenti, habito personarum delectu, si enim hospes fuerit Minister, Magister in Theologia, aut vir præ alijs honore dignior, portio illi detur duplicata, & hoc quidem in Refectorio, excepto die, quo hospes advenit.

§. 3.

Quicumque Minister, vel eius vices gerens, in consuetudinem duxerit hospites, minùs charitativè, quam par est, iuxta probabilitatem loci recipere, vel hospitium (vt dictum est) accommodare noluerit, à Patre Provinciali in primà visitatione arguatur. Si verò in secunda visitatione de eadem causa convictus fuerit (de qua Hospitarius, & seniores Conven-

§. 4.

tus

154 *Liber I. Const. Gen. exponet. Reg.*  
tus interrogandi erunt) ab officio suspen-  
datur, ac demum privetur, & ad omne  
officium cum cura animarum per trien-  
nium inelligibilis maneat: Provinciales  
verò, vel Visitatores, qui huiusmodi con-  
victum ab officio non suspenderit, vel  
postea privari non fecerint, eadem poena  
inhabilitatis à Diffinitorio puniantur.

## CAPUT XXVI.

### De officijs Fratrum.

Tex.n.17 **N**ullus Frater, Laicus, sive Clericus sit (sì  
fieri potest) sine proprio officio. Si quis  
verò laborare noluerit, & potuerit, iuxta ar-  
bitrium Ministri canonicè puniatur, cum Apo-  
stolus dicat, qui non laborat, non man-  
ducat.

§. I. **C**um otiositas sit mater nugarum, &  
noverca virtutum, vt Fratres no-  
stri otio torpentes, vitiosi non fiant, ma-  
ximè curet Minister, ne aliquis sibi Sub-  
ditus, sive Clericus, sive Laicus, sit sine  
proprio officio. Sed sic omnes in suis oc-  
cupentur officijs, vt ea perfectius com-  
pleant,

pleant, & quotidianis, ac recentibus virtutum incrementis mentem instaurent, charitatem exerceant, & (vt inquit Hieronymus) diabolus eos occupatos inueniat, non enim facilè capitur à diabolo, qui bono vacat exercitio. Siquos tamen Minister invenerit otiosos, per domum vagantes, inanes miscentes sermones, & tempore abutentes, illos cohibeat, & in cellas ire præcipiat, vt tempus rebus vtilibus impendant, & à malo discedant.

Omnia officia domus, quæ per electionem non dantur, Minister Fratribus suis committat, & inter eos dividat, sive per longum tempus, vt sunt Sacrista, Ianitores, Infirmarij, & alia huiusmodi officia; sive per hebdomadam, vt sunt ea, quæ Sabbato cuiuscumque hebdomadæ in Refectorio leguntur, & fratribus per tabulam iniunguntur, videlicèt, Hebdomadarij, Diaconi, Subdiaconi, & huiusmodi.

S. 2.

Cum autem Minister in Capitulo, vel alibi alicui Fratri officium ad tempus iniunxerit, ille talis audito mandato Superioris coram eo genuaflectat, & manus osculetur in signum obedientiæ, indicans statim se facturum, quod fuerit iniunctum.

S. 3.

Atum. Cum verò in Refectorio aliquis ad aliquod officium per tabulam fuerit nominatus, similiter insignum obedientiæ caput inclinet: quod etiam omnes audito nomine Prælati facere debent. Officia plura, dummodo non sint incompatibilia, vni committi possunt, maximè in minoribus Conventibus.

**S. 4.** Quamvis autem vnusquisque paratus esse debeat ad quodvis officium assumendum, quod ei fuerit impositum, animadvertendum tamen erit, nè illis, quæ rubustiores, & fortiores homines requirunt, debiliores constituentur: habeatur etiam ratio ætatis, & dignitatis Fratrum. Recepto quocumque officio debet officialis considerare, quæ licentiæ generales sunt sibi necessariæ ad officium exequendum, pro quibus difficile nimis foret recurrere ad Prælatum assiduè, & de illis cum Prælato conferre. Item cum aliqui excedunt circà aliqua de pertinentibus ad officium suum debet super his proclamare, vel Ministro suggerere, quod faciat admonitionem in Capitulo: cum autem non sufficit solus peragere ea, quæ sunt officij sui postea à Prælato adiutorem postu-



postulare, & cum adiutoribus sibi datis, ita socialiter, & amabiliter se debet habere, quod facile inveniantur, qui in eius adiutorium veint assignari.

Item cum contingit ab officio eum præpediri, debet officium suum, vel alijs committere, vel ad Superiorem recurrere, nè eius absentia, seu impedimento defectus oriatur. Cum recipit officium, debet scire, quæ, & quod recipit, & quando officium dimittit, si creverint, vel defuerint, rationem reddere teneatur, & suis temporibus Vicario Conventus, vel Patri Novitiorum. Quando verò duobus idem officium commendatur, sic provideatur, quid ad quem pertineat, quod in confidentia alterius nihil negligatur, vel omittatur. Cum autem imponitur officium de novo alicui, qui non bene scit ea, quæ sunt in illo officio facienda, debet à Prælato petere, vt per aliquem exercitatum in huiusmodi officio eum faciat in omnibus instrui diligenter.

§. 5.

Statuimus etiam, vt tam Fratres, quibus Deus dedit donum scientiæ, quam

§. 6.

etiam

etiam hi , qui sciunt manibus operari, Fratribus alijs , sive Conventibus servire gratis de talento eis tradito secundum Superiorum suorum mandata teneantur, ita quod quando oportuerit communi Fratrum utilitati de mandato Superiorum inservire , nulli liceat absque speciali licentia superioris , alicui foris, vel intus , neque etiam sibi ipsi , aliquid operari , neque obedientiam pro propria voluntate , vel utilitate dimittere.

§. 7. Si autem aliquod ex huiusmodi officijs , seu quodcumque aliud mandatum (dummodo illud non sit iussioni divinæ contrarium) alicui subditorum suorum Minister iniunxerit , ille talis fretus obedientia sine disceptatione id suscipiat , etiam si grave malum , & suis viribus incomportabile videatur , quoniam virtus obedientiæ vires ad auget, sed postea imbecillitatem , & præcepti difficultatem Ministro suo cum omni humilitate , & sine fictione insinuet , & si quod optat, obtinere meruerit ab eodem , gratias agat Deo , & humillior fiat. Si verò non meruerit obtinere quod optat, sciat animæ suæ sic expedire , &

quan-

quantum in eo fuerit, faciat sicut velle  
noverit imperantem. Non enim volu-  
mus Fratres nostros Superiorum suorum  
mandata recusare, nec eorum præcep-  
tis (etiam si valde difficilia imperent) con-  
traire.

Si vero postquam in Superioris sui  
obedientijs (secundum sibi à Deo datam  
gratiam) cæperit humiliter se exercere,  
probabiliter viderit se absque interioris,  
vel exterioris hominis periculo, vel ni-  
mia difficultate non posse maneri, sibi  
iniuncto satisfacere, petet humiliter ab-  
solvì, vel relevari, & Minister (nisi  
frustratorias videatur causas, & excu-  
sationes prætere) diligenti considera-  
tione præmissa, vel eum ab officio, seu  
obedientia absolvat, vel de socio, seu  
socijs ei provideat, prout magis vide-  
rit expedire, ad quod si quacumque ex  
causa Minister difficilis videatur Pa-  
tres consilij (qui in sua prece frustrari  
non debent) apud eum, ut id faciat, pro-  
curabunt.

In exercendis officijs abiectis, &  
humilibus promptius ea suscipi conve-  
nit, à quibus sensus magis abhorrebit,  
si quidem iniunctum fuerit, ut in eis se  
exer-

S. 2. 2

. 11. 2

. 11. 3

S. 9.

exerceat; præcipuè cum quis animadver-  
 titur ad superbiam esse propensus, exer-  
 ceri his debet in rebus abiectioribus, quæ  
 ad humiliandum ipsum vtilis futuræ vi-  
 deantur, & sic de alijs pravæ animæ pro-  
 pensionibus.

§. 10.

Postquam aliquis in nostro Ordine in  
 aliquo gradu cooptatus fuerit, ad alium  
 progredi curare non debet, sed in suo  
 perfici, & obsequio rei, & gloriæ se se  
 impendere.

§. 11.

In alterius officium nemo se ingerat,  
 in locum verò alieno ministerio deputa-  
 tum nullus ingrediatur sine facultate Su-  
 perioris, aut eius, qui illi loco præest  
 in rebus necessarijs. Opositum faciens  
 arbitrio Ministri puniatur.

§. 12.

Nemo cuiusquam negotij, etiam pij  
 sine facultate Superioris curam suscipiat,  
 nec ad id operam suam promittat, aut  
 se propensum ostendat. Secularia verò  
 negotia (vt quæ sunt à nostro instituto  
 aliena, & vehementer à spiritualibus avo-  
 cant) multo magis averfari convenit:  
 opositum faciens arbitrio Ministri pu-  
 niatur.

§. 13.

Ut omnia, quæ in his constitutio-  
 nibus præcepta sunt executioni manden-  
 tur



tur, Ministri cum primum, cuius Fratri officium aliquod commiserint, ut Procuratoris, Sacristæ, Ianitoris, & huiusmodi, debent omnes Constitutiones, quæ de illo agunt officio in hoc libro illi Fratri tradere in scriptis lingua, qua ab illo possint intelligi, ut munus sibi traditum rectè administret, atque nemo audeat munus sibi iniunctum exercere ante traditas sibi, & lectas, & intellectas Constitutiones ad se pertinentes. Minister secus faciens, arbitrio Patris Provincialis puniatur.

## CAPUT XXVII.

### De Silentio observando.

**S**ilentium semper observent in Choro, nisi Frater alicuius Fratris, vel alterius fortè confessionem in dicto loco audiat. Pauca etiam verba in Choro sub silentio, & sine strepitu propter aliquam iustam causam loqui poterunt: in dormitorio, & Refectorio silentium observabunt, nisi necessitas aliqua, vel iusta causa eos ad loquendum compellat, in quo casu paucis verbis, & submissa voce

Tex. n. 12

162 *Lib. I. Const. Gen. exponent. Regul.*  
*loquentur. Extra verò prædicta loca liceat*  
*eis loqui temporibus aptis submissa voce hu-*  
*militer, & honestè.*

**S. 1.** **C**UM in hac nostra Apostolica Regu-  
la expressè habeatur, quod Fratres  
nostri Ordinis in Ecclesia, vel in Choro,  
vel Refectorio, & Dormitorio, con-  
tinuum silentium observent; hoc idem  
Ministros, & Fratres inviolabiliter cu-  
stodire præcipimus, sic quod in Eccle-  
sia (maximè dum divina celebrentur of-  
ficia) minimè confabulentur.

**S. 2.** \* *In quolibet nostri Ordinis Monasterio*  
à die Resurrectionis Dominicæ vsque ad  
Exaltationem Sanctæ Crucis pulsabitur  
hora meridiana ad silentium, quod du-  
rabit diebus quibus non ieiunamus vs-  
que ad nonam finitam, diebus autem  
ieiunij vsque ad primum signum vespere-  
rum. Noctu etiam semper hora oppor-  
tuna post Solis occasum, iuxta consue-  
tudinem cuiuscumque Provinciæ, pul-  
sabitur ad silentium, quod durabit vs-  
que ad pretiosam sequentis diei: alijs  
verò temporibus, & locis à supra dictis  
liceat Fratribus de necessarijs loqui, re-  
missa voce *humiliter, & honestè.* \*

Insuper volumus, quod iuxta prædicta loca in claustris etiam certis horis, & locis (iuxta antiquam nostri Ordinis observatam consuetudinem) silentium observetur, & nullo modo permittatur, ibi fieri ludi, aut aliquæ insolentiæ: alio verò tempore, ita ibidem Fratres moderatè loquantur, ne in Ecclesia, si fuerit aperta, à sæcularibus audiantur. §. 3.

In Conventu tamen, ubi est vnum solum claustrum, & locus ipse ita nimis arctus, & angustus, quod nec domus, nec locus aliquis, ubi Fratres interdum loquantur convenienter inveniri possit, Minister Fratribus suis, ut in aliqua certa, & determinata hora in claustris loqui valeant, locum dabit, at ubi duo sunt claustra, in primo servetur silentium, in secundo vero poterunt Fratres cum benedictione Domini honestos, & utiles sermones adinvicem conferre, & animum parumper à laboribus continuis relaxare, moderatè tamen sine tumultu, vociferationibus, aut contentionibus, seu quovis alio excessu: ubi vero nullum fuerit claustrum, in loco, & tempore à Ministro determinatis. §. 4.

Præterea in quocumque Ordinis Monasterio §. 5.

nasterio , quidam Religiosus zelator assignetur , qui circator sit, cui sedulo advertere incumbit, ne statutis temporibus ab aliquo silentium frangatur , & diù, noctuque (silentij tempore) diligenter domum circuire , & an fores clausæ sint aspicere. Quod si quos silentium frangentes invenerit, in capitulo eos proclamare teneatur. Si quis palam sese de prædictis accusaverit, poterit Prælati ( si sibi visum fuerit expedire ) cum eo dispensare: si autem à circatore , vel alio Fratre accusetur , pro prima culpa panem , & aquam ad terram comedat : pro secunda pœna gravis culpæ puniatur.

§. 6.

Sub eisdem etiam pœnis subeundis, præcipimus , quod nullus Frater nocte, tempore silentij à sua cælla ægrediatur , nisi magna urgente necessitate, vel naturali , vel alia , & tunc nullo modo exeat absque luce in lanterna accensa, sub prædicta pœna, ut sic plurima, quæ ex contrario sequuntur , vitentur pericula , atque damna.



CAPUT XXVIII.

De modestia, & honestate  
Fratrum.

**V** Bique sermo eorum sit honestus, & sine Tex. n. 19  
scandalo: similiter, & eorum omnis actus,  
gestus, vita, actio, & omnia alia honesta in  
eis reperiantur.

**I** Stius Ordinis Religiosorum talis esse  
debet modestia; ut nihil fiat, quod  
cuiusque offendat aspectum, sed quod  
nostram deceat professionem, sermones  
proferamus libra iustitiæ examinatos, ut  
sit gravitas in sensu, in sermone pondus,  
atque in verbis modus: sit in gestu vere-  
cundia, in motu simplicitas, in incessu  
honestas, nihil dedecoris, nihil lasciviæ,  
nihil petulantia, nihil insolentia, nihil  
levitatis in incessu appareat. Animus  
enim in corporis gestu apparet, & species  
corporis simulacrum est mentis, figura-  
que probitatis (secundum illud Ecclesia-

S. I.

ftici:) *Ex visu cognoscitur vir, & ab occur-  
su faciei cognoscitur sensatus.*

*S. 2.* Omnes ergo Fratres nostri, domi ac foris Religiosè incedant, manibus habitu inclusis, & capite cooperto; vt omnibus, maximè cum Clericis, & Religiosis alterius Ordinis humiliter, & modestè loquantur, & ipsis honorem, & reverentiam, cum casus occurrerit, exhibeant, vt sibi titulos Religionis honestos, & condecetes tribuant, & odorem bonæ vitæ, & famæ (quæ Religiosos decent) non amittant.

*S. 3.* Præterea, quia confabulationes inhonestas, & irreligiosas cum sæcularibus omninò vitari volumus, statuimus quod si tales sæculares sint viri, habita licentia, ianuam Monasterij ingrediantur, & honestum aliquem locum, ac omnibus patentem intrent ad loquendum, si verò fœminæ sint, & honestæ: ad ianuam Conventus patentem loqui poterunt per breve tempus.

*S. 4.* Et si gravis aliqua necessitas Fratres è Monasterio ad Villam, seu Civitatem exire compellat, non aliter fiat quam habita prius Ministri licentia, qui cuique

focium fratrem assignabit ex quatuor, vel quinque antiquioribus, & Religiosioribus in domo commorantibus. Qui postquam reversi fuerint, Ministro se præsentabunt, & genuflexo benedici postulabunt, dicentes, *Benedicite*; vt sic constet Ministro de Fratrum exitu, & reditu, quod etiam cum hospitibus Ministri inviolabiliter observabunt: & si in hoc negligentes fuerint, oneramus conscientiam Patris Provincialis, & Visitorum, vt eos graviter puniant.

Ut autem amplius confabulationes, inquietudines, nonnullaque alia inconvenientia vitentur, quæ ex consortio secularium (experientia docente) subsequuntur; inviolabiliter statuimus, & ordinamus, quod nullus Minister ausus sit ad nostras Ecclesias, seu Monasteria confugientes recipere, tamen si pro vitando aliquo magno periculo aliquem recepi contigerit, \* *de discretione Prælati localis fiat*, \* qui vbi receptus fuerit, à Fratribus visitari non permittatur, neque cum eo quispiam confabuletur, nisi de Ministri licentia, aut eius Vicarij, quæ non nisi senioribus concedatur, neque à quibus fugitivus armis offensivis defendere nita-

§. 5.

tur, aut tentet, sed consilio tantum, & monitionibus, aut censuris, utpotè armis Ecclesiasticis. Qui contra prædicta aliquid facere præsumpserit, quatuor diebus carceri mancipetur Minister verò, aut Vicarius hæc consentientes pœnam gravioris culpæ incurrant.

§. 6. Omnes demissa voce, ut Religiosos decet, loquantur; nullusque cum alio contendat, sed si qua in re nobis est diversa sententia, eaque videtur manifestanda, rationes modestè, & cum charitate afferantur eo animo, ut suus veritati sit locus, non ut in ea re superiores videantur. Caveant sibi omnes ab illo affectu, quo aliæ de alijs Nationibus, aut Provincijs, aut Civitatibus, aut domibus sinistrè sentire, aut loqui solent, quin potius, & benè sentiant, & peculiari affectu diversos à sua natione, Provincia, Civitate, vel domo prosequantur in Domino: ac proinde nemo bella, contentionesvè inter Principes Christianos in colloquium inducat, univè parti magis quam alteri adhæreat, aut verbis, aut signis erga vnam factionem se ostendat magis affectum. Secus faciens graviter puniatur.

§. 7. Ut ea, quæ Religiosos decet gravitas

&c.



& modestia retineatur, nemo etiam alium ioco tangat, præterquàm insignum charitatis amplexando, cum quis aut abit, aut redit peregrè.

Ingressuri, egressurivè domo tintinabulum, nec vehementiùs, nec crebriùs pulsent, quam par est. Nemo nisi in consueta domus ianua egrediatur, vel ingrediatur; nemo audeat ingredi, aut egredi per Ecclesiam, secus faciens graviter puniatur.

Nullus Frater caput huc, illucque levitèr moveat, sed cum gravitate, ubi opus erit, & si non opus erit, rectum teneatur cum moderata inflexione in partem anteriorem, ad neutrum latus deflectendo. Oculos demissos, ut plurimum teneant Fratres, nec immoderatè eos elevando, neque in hanc, aut illam partem circumflectendo. Interloquendum cum hominibus præsertim alicuius authoritatis non defigatur aspectus in eorum vultus, sed potius sub oculos.

Vestes sint mundæ. Manus si non in sustinenda veste occupentur, decenter, quietèque sub Scapulario sint. Incessus sit moderatus, sine notabili festinatione (nisi necessitas urgeat) in qua tamen, quan-

§. 8.

§. 9.

§. 10.

170 *Liber I. Constit. Gen. exponent. Reg.*  
quantum poterit, decoris ratio habeatur. Omnes denique gestus, ac motus eiusmodi sint, qui apud omnes ædificationem pariant.

## CAPUT XXIX.

De Singulorum Domorum Capitulis, & de poenarum executione.

Tex.n.20 **C**apitulum (si fieri potest) singulis diebus Dominicis in singulis domibus Minister cum suis Fratribus teneat, & de negotijs domus, & domui, sive Fratribus datis, & familie, nomine ordinis, ut ad Redemptionem Captivorum tertia pars deputetur Fratres Ministro, & Minister Fratribus rationem reddant. Similiter singulis Dominicis diebus (si fieri potest) exhortatio fiat, & quid credere, aut agere debeant, simpliciter moneantur. De omnibus rebus, & clamoribus Fratres in Capitulo iudicentur. Nullus Frater Fratrem suum in publico accuset, nisi bene possit probare, qui autem hoc fecerit

fecerit pœnam subeat , quam reus subiret , si convinci potuisset , nisi Minister ex causa cum eo dispensare voluerit. Si quis scandalum , vel aliquid huiusmodi fecerit , vel ( quod absit ) se invicem percusserint , iuxta arbitrium Ministri , maiori , vel minori vindictæ subiaceat. Si quis Frater in Fratrem peccaverit ( scilicet ) contra Fratrem , idem eo solo sciente , qui iniuriam passus est , suslineat patienter , licet sit innocens : & cum quieverit commotio animorum , benignè , ac fraternè commoneat , & corripiat eum secretè inter se , & ipsum solum , & pœnitentiam agere decommissio , & à similibus in posterum abstinere : quod si non audierit , dicat Ministro , & ille corripiat eum secreto , secundum quod viderit eius saluti expedire. Qui verò scandalum movit , si per se emendare voluerit , totum ante pedes scandalizati petens veniam se extendat , & si semel non sufficit , usque ter illud idem faciat. Si verò hoc in publicum venerit : quæcumque secutura fuerit pœnitentia , hæc sit prior ( scilicet ) ante pedes Ministri petendo veniam totius corporis extensione , & postea secundum arbitrium Ministri emendetur.

§. 1. **Q**uia (experientia teste) Dominicis diebus propter solemnitatem officiorum, & alia capitulum commodè fieri non potest, statuimus, & mandamus, quod huiusmodi capitulum omnibus ferijs sextis post, *Benedictam*, Ministri cum Fratribus suis habeant, nisi fortè ipsa die aliqua magna occurrat solemnitas, tunc enim fiet in vigilia ipsius solemnitatis, in quo capitulo congregatis omnibus, assumpto aliquo scripturæ loco proposito apto, Minister Fratres suos moneat, quod credere, aut agere debeant, & quomodo ad divinæ legis observantiam, regulæquè, & constitutionum procedere debeant.

§. 2. Facta exhortatione, vt de omnibus rebus, & clamoribus Fratres in capitulo iudicentur, Minister dicat: *Agamus de culpis*, statimque soli novitij egrediantur, priùs tamen ipsos poterit de negligentijs, & culpis eorum, si visum ei fuerit, reprehendere, & corrigere, non tamen molestandi erunt in aliquo pro defectibus, seu negligentijs, quas in principio statim committunt.

§. 3. Continuò egressis novitijs, qui culpam commi-



Com miserit, antequam proclametur, veniam petere debet, & humiliter genuflexo culpas suas confiteri, & se de defectibus manifestis, nullus enim de occultis in capitulo se teneatur accusare, commissis contra regulam, constitutiones vel ordinationes, seu diffinitiones nostri Sacri Ordinis accusare. Si verò, qui culpam commisit, se accusare neglexerit, à Prælato vocetur, seu ab alijs illo antiquioribus charitative proclametur. Mitiùs verò semper agatur cum ijs, qui se sponte accusaverint, nam culpa levior efficitur, quæ confessione voluntaria aperitur. Observandum tamen est, ne duo simul procedant ad petendum veniam, nisi ambo clamati, vel vocati fuerint, sed vno genuflectente, & se ipsum accusante, cæteri sedeant, donec finierit.

In capitulo, nisi duabus de causis, non loquentur Fratres, videlicet, culpas suas, vel aliorum dicentes, vel Prælati suis tantum ad interrogata respondentes. Nullus item sedens loquatur cuiuscumque sit qualitatis, & authoritatis, sed semper surgant, quando loqui, vel ad loquendum licentiam petierint, vel petere voluerint: nec Prælati aliquem sedere inbeat ad

S. 4]

loquendum, nisi sit Magister in Sacra Theologia, vel alia persona gravis. Si quis autem sine licentia loquatur, vel etiam licentia petita, & obtenta modum exceſſerit, nisi ad iuſſum Prælati ſtatim omninò ſiluerit, à Capitulo expellatur, à quo exire ſilenter ſine mora teneatur: quod ſi noluerit, diſciplina ei ſtatim imponatur; omnes namque ibi reverenter ſe habere tenentur, cum iudicium capituli imago quædam iudicij divini futuri ſit.

- S. 5. In proclamationibus autem culparum hunc modum obſervari volumus. Proclamans detecto capite ſtans dicat, *Benedicite*, & Prælatuſ reſpondeat, *Dominus*, ſtatimque proclamans non exaggerans verba (nè eius accuſatio, ſit accuſabilis) dicat *Frater*, vel *Pater N. debet dicere ſuam culpam*, & tunc ille, qui proclamatus fuerit ſurgat, & ſi non recorde- tur, ſubiungat proclamans, *Recordetur Frater*, vel *Pater N. quali die, vel loco, tale quid dixit, vel fecit, ſeu facere ommiſit*, tunc proclamatus genibus flexis humili- ter dicat ſuam culpam, vel modeſtè ſe excuſet cum propoſito cavendi de cæte- ro. Si autem proclamatus negaverit, vel ſe

se excusaverit, proclamans non instet; nisi iussus, vel interrogatus à Prælato, in proclamante enim charitas, & modestia apparere debet; vterque verò suum sermonem dirigat ad Prælatum, ne mutuo loquantur, ne fortè (quod absit) in capitulo contentiones oriantur, & culpæ culpis addantur. Caveat tamen proclamatus, ne foris cum Fratrem se proclamante contendat, sed totum ad emendationem disponat. Nullus in Capitulo de defectibus, qui ibi manifestantur audeat redire, sed potius compatiatur, & pro eis oret. Nullus alium proclamet, nisi de culpis levibus, & regularibus, neque de ijs, quæ solo auditu scit, nisi à quo audierit, declaret, & ille præsens in domo sit.

Quoniam legum adimpletio ex pœnarum executione maximè pendet (experientia hoc docente) præcipimus omnibus Provincialibus, & Ministris, quod pro culpis, de quibus Fratres confessi, aut convicti fuerint, secundùm hanc regulam, & statuta Ordinis pœnitentiàm imponant, ne prohibito pœnas infligant, sed iuxta delicti qualitatem, & harum seriem constitutionum eas exequantur inviolabiliter. Si verò alicuius culpa talis erit, quæ

S. 6.

quæ correctione indigeat, & disciplina, se ad illam præparet, & Minister, vel eius locum tenens det illam. Iustitiam autem eius, qui præest, debet comittari discretio, pietas, & mansuetudo. Qui verò constitutionum pœnis non perpensis delicta, vel impunita abire permiserit, vel ad arbitrium suum correxerit, sive illius Minister Conventualis, sive Provincialis, pœna quæ erat reo infligenda, irremissibilitèr puniatur.

§. 7. In pœnis gravioribus infligendis, caveant omninò Prælati, ne aliquem, nisi confessum, vel convictum puniant: accusatus tamen à pluribus, ab vno de vno actu, à secundo de alio eiusdem speciei, talis, non est convictus, neque condemnari potest, nisi præter accusantem, seu denuntiantem ad minus duo testes idonei vocentur: poterit tamen ad veritatem fatendam arctari, & torturam subire, quæ non nisi pro valdè atrocibus casibus adhibeatur & forma, quæ Religiosos decet. Qui autem de alijs minoribus delictis suspectus, & non convictus deprehensus fuerit, puniatur prudentialitèr secundùm delicti suspicionis qualitatem. Caveant etiam Fratres, ne Fratrem aliquem



quem in publico accusent (maximè de gravioribus culpis) nisi bene possint probare, alias poenam subeant quam reus subiret, si convinci potuisset, nisi Minister ex causa cum eis dispensare voluerit.

His expletis, vel si de particularibus §. 8.  
culpis nihil occurrat dicendum, ad iussum Prælati omnes Fratres genibus flexis, & distinctè veniam petant, & dicant in hunc modum, *Benedicite: Pater dico meam culpam, quod maximè defeci in præcepto Regulæ, & Constitutionum, præcipuè in cantu, in recitandis horis, in observatione silentii, & in multis alijs præceptis, & obedientijs mihi iniunctis, de quibus omnibus, & alijs peto veniam à Deo, & vobis,* Minister vero Sacerdotibus iniungat Psalmum. *Laudate Dominum omnes gentes: non Sacerdotibus verò. Pater noster, & Ave Maria, quæ statim sic genibus flexis dicant: postea verò surgant, & sedeant.*

Tandem in hoc capitulo, si opus fuerit, de negotijs domus, & de his, quæ §. 9.  
ad Redemptionem Captivorum spectaverint, Fratres Ministro, & Minister Fratribus, (iuxtà regulæ præceptum) rationem reddant, præsertim, si ad eorum

tum manus aliquæ notabiles eleemosynæ pervenerunt, eas quales, & quantæ, & quare, & quibus datæ sint, ibidem in capitulo coram omnibus declaretur, & dicatur, vt ad Redemptionem Captivorum aliqua pars separetur; & huiusmodi personæ, à quibus, vel pro quibus datæ sunt, devotè Fratribus commendentur Minister vero legendo in constitutionibus dicat hæc præcisa verba.

§. 10. *Multa sunt beneficia (patres, & fratres in Christo dilectissimi) quæ quotidie nobis à Domino Deo per fideles suos misericorditer conferuntur, quibus vivimus, sustentamur, & recreamur; unde ne Domino Deo, & benefactoribus nostris inveniamur ingrati, commendo sacrificijs, & orationibus vestris Summum Pontificem N. Eminentissimum Dominum Cardialem Protectorem nostrum, Reverendissimum Patrem Generalem, & omnes Ministros Provinciales, & Conventuales, Priorissas, Fratres, ac Moniales totius Ordinis nostri. Commendo etiam vobis Serenissimum Regem nostrum N. Dominumque huius domini, sub quo vivimus, ac omnes benefactores, amicos, confratres, & familiares istius Provinciæ N. & præcipuè huius Conventus, omnes etiam habitatores istius Civi-*

tatis, vel districtus maximè illum, vel illor,  
 qui in præsentì capitulo recitatus fuit, vel  
 recitati fuerunt. Multæ etiam sunt personæ,  
 quæ in tribulationibus, & angustijs positæ  
 sæpè rogant commendari vestris orationibus,  
 habentes fiduciam, & devotionem in eis: illas  
 igitur omnes, & singulas secundum earam  
 fidem vobis commendo. Præterea commendo  
 sacrificijs, & orationibus vestris animas om-  
 nium fidelium defunctorum, in particulari ve-  
 rò animas parentum nostrorum, Fratrum, &  
 sororum, ac amicorum Ordinis nostri, &  
 benefactorum, qui nobis annuales, vel quoti-  
 dianas elemosynas reliquerunt, vel pro qui-  
 bus à suis nobis collatæ sunt, & conferun-  
 tur. Insuper commendo animam Fratris N.  
 vel talis personæ, quæ his diebus è vita mi-  
 gravit. Et si quæ essent obligationes, vel ele-  
 mosynæ datæ pro aliquibus animabus, pro  
 quibus non esset plenariè satisfactum ob ali-  
 quam negligentiam, vel oblivionem; ego accep-  
 to eas ad participationem Missarum, & om-  
 nium bonorum nostrorum, donec fuerit pro  
 eis satisfactum coram Domino Deo, pro qui-  
 bus omnibus, & alijs merito nominandis,  
 tam vivis, quàm defunctis dicamus (Mini-  
 ster surgens dicit orationem.)

Retribuere dignare Domine Deus S. II.

omnibus bona facientibus propter nomen tuum, vitam æternam. Resp. Amen. Et Minister dicat. *Adiutorium nostrum, &c.* Resp. *Qui fecit Cælum, & Terram.* Psalm. *Laudate Dominum omnes gentes, &c.* Resp. *Quoniam, &c.* Vers. *Gloria Patri, &c.* Resp. *Sicut erat, &c.* Vers. *Vias tuas, &c.* Resp. *Et semitas tuas, &c.* Vers. *Domine exaudi, &c.* Resp. *Et clamor meus, &c.* Vers. *Dominus vobiscum.* Resp. *Et cum spiritu tuo.* Oratio. *Actiones nostras quæsumus Domine, &c.* Et conferens benedictionem, ibunt in nomine Domini.

## CAPUT XXX.

## De Capitulo Generali.

**Text. n. 21** **G**enerale Capitulum semel in anno celebratur, quod fieri debet Dominica quarta post Pascha; in quo Capitulo Correctores maioris Ministri quolibet anno eligantur, qui una cum maiori Ministro, vel eius Vicario corrigendi, & diffiniendi omnia, que corrigenda, & diffinienda sunt in Capitulo Ge-



nerali tempore ipsius Capituli Generalis, assignandi habeant potestatem.

**C**apitulum Generale, quod post nostræ S. 1.  
 regulæ modificationem, singulis annis celebrari \* *incipi* debebat Sabbato ante Dominicam *quartam* \* post Pascha de ordine scilicet record. Innoc. X. fuit ad sexennium dilatatum: cuius institutioni inhærendo statuimus, & ordinamus, quod de incepto de sexennio in sexennium \* *celebrari* incipiat Sabbato ante Dominicam quartam post *Pascha* \* & in eo sine personarum acceptione secundum Deum, sacrosque Canones, & nostri Ordinis instituta, tam Superiorum, quam subditorum quorumcumque corrigantur excessus: ac de salute animarum, de Redemptione Captivorum, de conservatione, & propagatione nostri Ordinis: denique de omnium domorum indemnitate tractetur, & statuatur, quod fuerit regulariter statuendum.

Ut autem omnis confusio, aut ratio dubitandi de medio tollatur, declaramus S. 2.  
 primum sexennium ab hisce actis compleri Dominica quarta post Pascha anni venturi millesimi sexcentissimi sexagesimi

quarti, illoquè completo (ac cæteris similitè) absque aliqua prævia convocatio-  
ne debere omnes Provincias, sivè illarum  
vocales ad locum assignatum concurrere,  
& in illo convenire ad dictum Capitulum  
celebrandum, quod si ex aliqua Provincia  
non accesserint: nullum exindè præiudi-  
cium subsequatur; sed quidquid in illo  
fuerit statutum, ab omnibus, & in omni-  
bus debeat inviolabiliter observari.

§. 3. Nec alicui nostri Ordinis Generali, aut  
Superiori liceat aliquo titulo, colore, aut  
prætextu dictum tempus immutare, vel  
quovis modo antè, aut post illud, Ordini  
Provincias convocare, etiam morte  
interveniente Ministri Generalis, vel  
qualibet alia causa deficiente; quod si ali-  
quis contrarium facere præsumperit, ab  
officio deponatur, simulquè activa, & pas-  
siva voce careat ad decennium; ultra quod,  
nec Provinciæ accedere teneantur, nec  
(si aliquæ accesserint) sit alicuius valoris  
quidquid ab eis fuerit ordinandum, aut  
stabilendum, sed totum irritum, & ina-  
ne habeatur.

§. 4. Locus autem, in quo Capitulum cele-  
brabitur, ille erit quem Vocales in ante-  
cedenti Capitulo Generali designaverint,  
iux-

iuxta nostræ regulæ dictique Innocentij  
Decimi sanctæ memoriæ constitutionem:  
sed curent semper dicti Vocales illum as-  
signare locum, ad quem (iuxta distantie  
proportionem) maiori cum commodita-  
te, minoribusque expensis ex omnibus  
Provincijs concurrant, nec semper in ea-  
dem domo, aut Provincia, sed in diversis  
(prout temporis, & aliarum rerum oppor-  
tunitas dictaverit) assignetur: sed neque  
alicui nostri Ordinis Superiori in dicta  
assignatione dispensare, aut quovis mo-  
do variare liceat. Quod si aliquis hoc fa-  
cere præsumpserit, nullius sit valoris, sed  
semper Vocales debeant ad locum assigna-  
tum concurrere, & illac concurrentes  
legitimum Capitulum constituere decla-  
ramus.

Ad Capitulum ergò generale celebran-  
dum debeant concurrere, & in illo vocem  
habere in primis Reverendissimus Pater  
Minister Generalis (tanquam nostri vni-  
versi Ordinis primum caput) qui conse-  
quenter in omnibus capitulis debet præ-  
sidere; quod si ad aliquod qualibet ex cau-  
sa per se ipsum non accesserit, debeat in  
tali casu præsidere, & primum locum ha-  
bere Reverendus Pater Minister Provin-

§. 5.

cia'is, aut Præses illius Provinciæ, in qua (iuxta assignationem prædictam) fuerit Capitulum Generale celebrandum. Item accedere debeat, & vocem habere Procurator Generalis totius nostri Ordinis in Romana Curia, omniumque rerum sibi ab omnibus Provincijs commissarum, & aliorum, quæ sui muneris erunt, statum, & progressum ipsi Capitulo repræsentare, vt de necessarijs ad ipsarum procuratorem, aut conservationem possit opportunè provideri.

§. 6. Prætereà debeant etiam vocem in dicto Capitulo habere Correctores, aut Definidores Generales in antecedenti Capitulo generali electi, quorum officium, & authoritatem durare volumus vsque dum alij de novo in sequenti capitulo eligantur, in quibus, & alijs electionibus faciendis suprædicti duo antiquiores simul cum Præside erunt Scrutatores, necnon, & suffragiorum Examinatores, aut Qualificatores. Quod si mors, vel infirmitas, aut aliud legitimum impedimentum alicui ex dictis Correctoribus Generalibus contingat, propter quod non possit in dicto Capitulo inveniri, nullus alius loco illius huic muneri subrogetur, sed quotquot in



venti fuerint, ea per seipfos præstare possint, quæ omnibus simul quomodolibet poterunt incumbere.

Demùm concurrere debeant, & suffragium pro suis Provincijs ad Capitulum Generale deferre singularum omnium Ministri Provinciales, & vnus Socius pro quolibet, in proximè antecedenti Capitulo Provinciali vniuscuiusque Provinciae ad hoc specialiter, & canonicè electas, & qui teneatur ad capitulum deferre rationem, & statum suæ cuiuscumque Provinciae, videlicet domorum augmentum, aut ruinam: numerum Fratrum, Captivorum liberationes, literarum progressum, & alia huiusmodi, quæ memoratu digna inventa fuerint, necnon omnium, & quorumcumque Religiosorum quærelas, aut negotia sibi ab illis commissa: de quibus omnibus Diffinitorium Generale consilium facere debeat, vt in omnibus de opportuno remedio valeat providere.

Quod si Minister Provincialis obierit, loco illius accedat, qui sigillum, aut regimen Provinciae habuerit. Si autem aliqua infirmitate, aut legitimo impedimento detineri contingat, possit vices suas committere, cui voluerit: dummodo sit ex nu-

me-

§. 7.

§. 8.

mero Diffinitorum, aut Magistrorum illius Provinciæ: si verò alicui Socio, quid simile acciderit, debeat vice illius ad Capitulum accedere primus superstes ex quatuor ad hoc specialiter suo Ordine nominatis à Diffinitorio Capituli Provincialis proximè antecedentis.

**S. 9.** Ultra quos debeat etiam suffragium prestare Minister Conventualis illius domus, in qua Capitulum Generale celebrari contigerit. Quibus omnibus, & singulis prædictis Vocalibus præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis utriusque vocis per sexennium, ne absque legitimo impedimento, aut per se, aut per alios modo supradicto in teresse prætermittant.

**Tex. n. 21.**

**N**ullus ergò simplex Frater ad Generale Capitulum accedat, nisi vocatus à maiori Ministro, vel missus à suo proprio Ministro, vel aliquam iustam causam in Ministrum suum prætenderit. Quam si in Capitulo Generali non fuerit prosecutus, ad arbitrium maioris Ministri, & Correctorum canonicè puniatur.

**V**Ltrà prædictos nullum alium volumus  
 ad Capitulum Generale accedere, §. 10.  
 nisi licentia in scriptis prius obtenta à  
 Reverendissimo Patre Ministro Generali,  
 quam nulli absque iusta causa concedat,  
 & inutiles Fratrum divagationes, super-  
 flueque expensæ in Capitulo faciendæ  
 vitentur.

Liceat tamen vnum, vel alterum §. 11.  
 de strenuis cuiuslibet Provinciæ scho-  
 lasticis ad arbitrium Ministri Provincia-  
 lis nominandum, ad Conclusiones pro-  
 pugnandas mittere, aut secùm deferre.  
 Teneaturque Reverendus Pater Provin-  
 cialis, aut Præses Provinciæ omnes illos  
 qui ad Capitulum ex sua Provincia acce-  
 dere debent, sufficienter providere de  
 nummis pro expensis faciendis, tam tem-  
 pore capituli, quàm etiam eundo, & re-  
 deundo iuxta distantiam loci, & tem-  
 porum qualitatem, conformitèr ad quam  
 debeant omnes, & singuli Conventus  
 eiusdem Provinciæ contribuere pro-  
 ut vnusquisque possit, & prout visum  
 fuerit Disinitorio Capituli Provincia-  
 lis.

Text. n. 22. **S**I pro necessitate domus, debitum aliquod fuerit contrahendum, prius in capitulo fratrum proponatur, & cum eorum fiat consilio, & assensu, ut sic suspiciones, & murmura vitentur. Si quis de substantia domus violentiam fecerit, & ad Iudicem oportuerit referri, non antè hoc fiat, quam charitativè ille à Fratribus moneatur.

S. 12.

Ea, quæ in huius textus expositionem dicenda erant, dicta manent ad ultimum cap. 10. ubi actum est de Conventus Procuratore, & de ipsius officio, aut potestate, vitra quæ nihil dicendum occurrit, aut expositione dignum huius capitis superaddendum.

## CAPUT XXXI.

De electione Ministri maioris,  
seu Generalis totius nostri  
Ordinis.

Text. n. 23. **E**lectio Ministri de communi consilio Fratrum Clericorum fiat: nec eligatur secundum dignitatem generis, sed secundum vitæ



meritum, & sapientie doctrinam : ipse verò,  
qui eligitur, siue maior, siue minor Mini-  
ster, Sacerdos sit, & professus.

**I**Nitium cum cæpit hic noster Sacer  
ordo propagari per solum vnum ma-  
iorem totius Ordinis Ministrum, alio-  
què minores singulorum Conventuum  
solitus erat gubernari : postquam verò  
augeri cæpit per tot Provincias dilata-  
ri, per totquè domos multiplicari ma-  
iores nostri (Ietro consilium sequenti) ne  
maior Minister vniversa iudicaret ne-  
gotia, alios Ministros Provinciales, &  
Conventuales statuerunt, eligendos fore,  
qui minora iudicantes, maiora ad Supe-  
rioris deferrent tribunal. Ut autem ho-  
rum omnium Prælatorum electiones di-  
lucidè, & districtè tractentur ; primo  
de maioris, & Generalis Ministri ele-  
ctione, secundò de Provincialium Capi-  
tulis, & tandem de Ministris Conuen-  
tualibus, & eorum electionibus agendum  
erit.

Tempore igitur præscripto advenien-  
te convenient omnes vocales in Civitate  
& Loco, vbi est Conventus ad Capitu-  
lum designatus ; in quem intrantes feria  
quinta

S. 17

S. 21

quinta ante Dominicam quartam post Pascha (præstitaque in primis obedientia Reverendissimo Præsidenti Capituli, simulque accepta ab illo benedictione, se ad invicem salutabunt, non tanquam extranei, aut in diversis Regionibus nati, sed tanquam Fratres in vna, & eadem Religione regenerati, & in Domino procreati. Quibus, & alijs charitatis, & vrbauitatis officijs expletis, vnusquisque ad cellam sibi designatam progredietur. Minister autem domus suprascriptæ munitas, & præparatas debeat habere cellas, & secundum domus dispositionem, personarumque dignitates, distributas, atque suis inscriptionibus (in ipsarum liminibus apponendis) signatas, omnibus, & singulis per se, aut per alios ostendere teneatur.

§. 3. Post hæc omnes Vocales, \* *assignati* in cap. 30. *præcedenti*, \* qui debent, & possunt capitulo interesse, afferent instrumenta authentica, quibus constare possit ius suffragandi in Capitulo Generali (secundum nostrarum Constitutionum seriem) illis competere, eaque Diffinitorio Generali per manus Secretarij exhibebunt, vt ab ipso Diffinitorio examinen-

minentur, & approbentur; examinata-  
que, & approbata ipsis restituantur, re-  
manendo apud prædictum Secretarium  
notata nomina eorum, qui approbantur,  
& in ipsis instrumentis apponantur appro-  
batio, aut reprobatio nominibus Diffini-  
torum, & Secretarij subscripta.

Feria sexta post Vesperas, Præsides S. 4.  
capituli campanellam pulsare faciat (quæ  
de more ad similia pulsari solet) ad cu-  
ius sonitum omnes Capitulum ingredian-  
tur, & sedentibus suo ordine (iuxta ea,  
quæ dicentur in Capitulo de sessionibus  
Fratrum) ibiquè Præsides faciat legi à Se-  
cretario Capituli copiam omnium Vo-  
calium approbatorum, quorum vnus-  
quisque surgat, & iterum sedeat, quan-  
do fuerit nominatus: lectisque omnibus,  
præcipiat in virtute sanctæ obedientiæ  
à capitulo exire quotquot non fuerint  
nominati, qui omnes illicò teneantur  
egredi absque aliqua mora.

Egressis ergò omnibus, Præsides S. 5.  
proponat electionem pro crastino die faciendam  
tam de Ministro Generali, quam de Pro-  
curatore, & Diffinitoribus Generali-  
bus, & hortetur in Domino omnes Vo-  
cales, vt tales personas eligant ad prædi-  
cta

Et munera, quæ salutis, & commodo animarum prospiciant, quæ conservare sciant, & augere honorem, & observantiam Ordinis, & de quibus spectetur maius nostræ Religionis incrementum. Similitèr moneat, ut interim ea modestia, & silentio procedant, ut in nullo appareat ambitionis vestigium, aut partialitatum contentio: ad quem finem unum, aut duos ex ipsis Vocalibus, qui sint ex antiquioribus, deputabit, qui toto tempore silentij curabunt nè fratres è suis cellis egrediantur, nisi cum magna necessitate, & licentia priùs obtenta à Capituli Præsidente, & nè ullus in alterius cellam quovis colore, & prætextu ingrediatur.

S. C.

Minister autem localis illius conventus, in quo Capitulum celebratur, distribuere teneatur officia ordinaria ad Altare, ad Chorum, & Refectorium spectantia: quod si aliquid speciale, illi velit committere Capituli Præsidentis, uti licentias concedere, & benedictiones egredientibus, & ingredientibus Conventum, coram omnibus faciat. Quibus peractis surgent omnes, & processionaliter cum Psalmo: *Deus iudicium tuum Regi dabit*; ibunt in Ecclesiam, in qua more solito dicetur, *Benedicta*, & ea  
fini-



finita hora competenti ad Refectorium cum solito tintinabulo voentur, in quo ad primam mensam nullus præter Vocales permittatur intrare, nisi qui ad legendum, & serviendum fuerint destinati.

Reverendus Pater Provincialis, aut §. 7.  
Præses illius Provinciæ ubi Capitulum est celebrandum provideat de necessarijs pro dicti Capituli celebratione, ex pecunijs ab vnaquaque Provincia contribuendis iuxta taxationem Diffinitorij Generalis: ita vt nulla earum inæqualiter gravetur, & ex illis quas omnes solverint, provideatur eis toto tempore, quo Capitulum duraverit.

Die ergo Sabbati antè Dominicam §. 8.  
quartam ità tempestivè omnes surgant, vt si fieri possit, nullus Capitulum ingrediatur, qui Sacrificium Missæ non celebraverit, in quo omnes curent Deum ex intimis visceribus exorare, vt ad tanti ponderis negotium, id vnicuique, & omnibus suggerat, quod magis congruat ipsius servitio, & nostræ Religionis augmento: In quem finem dicatur Missa solemnis de Spiritu Sancto, cum Gloria, & Credo, cui

N

in-

interesse teneantur omnes Vocales (immò,  
 & in omnibus nostræ Religionis domi-  
 bus eadem Missa, eadem hora celebretur  
 præcedentibus alijs precibus in for-  
 mulario positis pro capitulari foelici even-  
 tu) qua finita, & tintinabulo pulsato,  
 conveniant omnes Vocales ad locum  
 Capituli, vbi fiet collatio, aut concio  
 ad Fratres Latino Sermone (quam Pro-  
 vincialis, aut Præsidentis illius Provinciae,  
 in qua celebratur Capitulum, cui expe-  
 diens visum fuerit, teneatur iniungere)  
 & postea non Vocales à capitulo iubeant  
 exire, quod continuo claudatur, &  
 postquam omnes sederint, iterum pro-  
 ponatur, & intimeretur electio Ministri  
 Generalis faciendâ à Capituli Præsidente:  
 brevique exortatione facta, moneat om-  
 nes, vt si aliquis ex ibi præsentibus ali-  
 qua censura se senserit ligatum, à capi-  
 tulo exeat, quod si non exierit, prote-  
 stetur nullum præiudicium inferri debe-  
 re electioni faciendæ.

§. 9. Ultrâ quod ad maiorem cautelam  
 fiat absolutio generalis in hunc modum:  
 Fratres omnes flexis genibus, & reli-  
 quo corporis inclinato dicant, *Confiteor*  
*Deo, &c.* quo finito Præsides surgat.

& dicat : *Misereatur vestri, &c. Indulgentiam, &c.*

Si tenemini aliquo vinculo , vel aliquibus vinculis excommunicationis , suspensionis , aut interdicti ( in quantum se extendunt Privilegia Ordinis , atque etiam gratiæ ) autoritate mihi commissa , & vobis concessa , ad effectum dumtaxat eligendi in præfenti capitulo , ego vos absolvo , & restituo Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ Sacramentis , & communioni , & unitati fidelium. In nomine Patris , & Filij , & Spiritus Sancti. Amen.

*Absolutio  
electoribus  
danda ante  
quamcum-  
que electionem  
faciendam*

Absolutione facta à Patre Præsidente Capituli , ipse accedat ad mensam , in qua erit liber Evangeliorum , & manus

S. 10.

super illum imponendo ( & reliqui electores post ipsum eodem modo, vicissim, suo Ordine ) clara, & intelligibili voce dicat.

*Iuramentum ante quamcumque electionem præstandum.*

Ego Frater N. iuro per verba Sanctorum Evangeliorum, & promitto Sanctissimæ Trinitati, & Beatis Patribus nostris Sanctis Ioanni, & Fœlici: in his electionibus instantibus illos eligere, quos credam secundum Deum, & meam conscientiam futuros nostro Ordini, eius Provincijs, & Conventibus in spiritualibus, & temporalibus vtiliores, & probiores.

**S. II.** Quod iuramentum fieri debere declaramus in cæteris electionibus aliorum Prælatorum, Lectorum, & Generalium Prædicatorum.

Postea immediatè genibus flexis ( ut erant ) dicatur Psalmus: *Ad te levavi, &c.*



quo finito dicatur : *Kyrie eleison, Christe eleison, &c. Pater noster*, in silentio : postea surgat Præsidens, & dicat : *Et ne nos inducas intimationem* Resp. *Sed libera nos à malo.* Vers. *Fiat pax, &c.* Resp. *Et abundantia, &c.* Vers. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam.* Resp. *Et salutare tuum, &c.* Vers. *Domine exaudi orationem meam.* Resp. *Et clamor meus ad te veniat.* Vers. *Dominus vobiscum.* Resp. *Et cum spiritu tuo.*

O R E M U S.

**D**Eus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius sancta consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

De indè omnes surgent, & electio Ministri Generalis fiet, hac forma, scilicèt. §. 12.]

Per secreta schedularum suffragia maioris partis Capitularium præsentium Electi suffragio non computato.

*Forma in electionibus essentialiter servanda.*

Aliàs electio sit irrita, & inanis.

§. 13.

Sed cum medijs Scrutatoribus incognitionem electi sit deveniendum: ne locus maneat fraudi, aut suspitioni; ordinamus, quod deinceps Scrutatores cuiuscumque electionis, tam Ministri Generalis, quàm Procuratoris, & Correctorum, aut Diffinitorum Generalium, sint Præfides Capituli, & duo antiquiores Diffinitores, qui in Capitulo antecedenti fuerunt electi, quotquot Superstites inventi fuerint in Capitulo celebrando; quod si duo saltem non adfuerint, assumantur vice illorum duo ex Ministris Provincialibus antiquiores à die suæ professionis.

§. 14.

\* *Ritus autem suffragandi* hic erit, vnusquisque schedulam, in qua suam voluntatem manifestet, mittat in urnam, quæ erit super mensam, coram tribus Scrutatoribus ad ipsam mensam sedentibus, & nihil aliud aspicientibus, nisi quod vna tantum schedula ab vnoquoque Electore mittatur, sine eo, quod possint legere, quid in ea scriptum sit, & nè fiat confusio in suffragiorum exhibitione, ita lentè, & distinctè procedatur, vt nullus ex suo loco ad suffragandum surgat, donec ad suum

suum fuerit reversus, qui illum in sessione antecedit, qua suffragatione finita omnes in silentio persistant & Scrutator, qui praesidet, extrahat ab urna omnes schedulas, & eas numeret in omnium Electorum praesentia, & si tot inventae fuerint, quot fuerint Electores praesentes, singuli Scrutatores illas legant, faciantque collationem numeri ad numerum, & ea facta Praesidens publicet nomina eorum, qui fuerint electi, exprimendo suffragiorum numerum, quem unusquisque Electus habuit, etiam si nullus sit electus a maiori parte Vocatum: quod si aliquis ex Vocalibus reclamaverit contra publicationem electionis dubitando: tres Electores antiquiores a die professionis Scrutatores superaddantur, qui iterum suffragia cum tribus primis examinabunt, & secunda per hos sex facta declaratio, & publicatio prorata, firmaque habeatur. Ut autem tranquillitati, quietique animorum Consultetur, atque iurgia, aliaque damna, quae suboriri poterant evitentur, praecipimus, & ordinamus, quod electiones quaecumque, tam in Capitulis Generalibus, quam Provincialibus faciendae intra 24. horarum spatium ab ea, qua Vocales pro talibus

200 *Lib. I. Const. Gen. exponent. Regul.*  
electionibus Capitulum ingressi sunt, fiant,  
& absolvantur: intra quod dictum spa-  
tium, tot possint fieri scrutinia pro  
qualibet electione, quot electoribus vi-  
sum fuerit expedire, quoadusque Cano-  
nica electio facta reperiatur. Si verò (quod  
Deus avertat) Vocales ita discordes fue-  
rint, vt Canonicam Electionem non fe-  
cerint intra dictum 24. horarum spatium,  
electiones, quæ in Capitulo Provinciali  
faciendæ erant, devolvantur ad R. R. P. N.  
Generalem: ille autem, quæ in Capitulo  
Generali debebant peragi, devolvantur  
ad Summum Romanum Pontificem. Si  
autem aliquis inventus fuerit Canonicè  
electus, Præsidens proferat decretum ele-  
ctionis (licet ipse suffragium electo non  
contulerit) hoc modo,

*Decretum  
super ele-  
ctionibus fa-  
ciendum.*

Ego Frater N. istius electionis  
Præsidens voce, & nomine præ-  
sentium Vocalium eligo P. N. in  
Ministrum Generalem totius Ordi-  
nis Sanctissimæ Trinitatis. In no-  
mine Patris, & Filij, & Spiritus  
Sancti. Amen. \*

Et



Et protinus Scrutatores schedulas omnes in præsentia omnium Electorum comburant. Sed si in scrutinio inventæ fuerint plus, aut minus schedulæ, quot sunt Electores, non lectis, comburantur, & ad aliud scrutinium procedatur, in quo cum maiori cura recipiantur suffragia. §. 15.

Si autem tot schedulæ repertæ fuerint, quot sunt Electores, fiat collatio numeri ad numerum, ut dictum est, & ubi invenerint, quod aliquis extrâ numerum eligentium existens fuerit electus à maiori ex duabus partibus, eius electio rata, & legitima habeatur. Si verò aliquis de numero eligentium electus fuerit, & talis numerus ex duabus partibus inæqualibus constet, ut eius electio censeatur valida, debet habere unum suffragium ultra maiorem partem ex duabus inæqualibus. §. 16.

Quod ut clariùs fiat, & locus non maneat dubijs, aut interpretationibus, declaratur exemplis sequentibus. Si Vocales sint triginta, qui numerus ex duabus partibus æqualibus constat, quarum unaquæque habet quindecim, ille censeatur legitimè electus (sive sit, sive non sit de §. 17.

de numero Eligentium) qui decem, & sex habuerit suffragia. Si verò Vocales fuerint viginti & novem ( qui numerus ex duabus partibus in æqualibus constat, quarum vna habet quindecim, alià verò quatuordecim ) ille, qui habuerit quindecim suffragia, dummodo non fuerit ex numero Eligentium sit legitimè electus. Si verò ex numero illorum sit, indigeat alio suffragio vtrà quindecim, vt suum ipsius suffragium sibi profuisse non existimetur, quod in casibus vtriusque exempli, & similibus sufficienter præcaveatur.

§. 18.

Si in aliqua schedula, seu suffragio Scrutatores reperiant aliquam subscriptionem, vel signum, aut chirographum, ratione cuius deveniant in cognitionem eligentis, vel si nihil reperiant scriptum; non propterea aliquod præiudicium electioni sequatur: sed talis schedula subscripta signata, vel alba, separetur, vt cum cæteris posita comburatur, & pro suffragio cassato reputetur, & habeatur.

Posteà Scrutatores ad sua loca revertantur, & eodem ordine, & forma, qua electus fuit Generalis, eligatur Procurator

rator Generalis ad Romanam Curiam,  
& postea sex Diffinitores, seu Correcto-  
res Generales maioris Ministri, prout  
in Regula nostra præcipitur, tali ordi-  
ne, vt qui primo loco fuit electus, sit  
primus Diffinitor, qui secundo loco se-  
cundus: & sic de singulis. Et postquam  
omnes fuerint electi duo Scrutatores Re-  
verendissimum Ministrum Generalem ele-  
ctum, & reliquos omnes, qui de novo  
electi sunt ad suas sedes, aut sessiones  
adducant, atque ianna capituli aperta, ge-  
nuflexi omnes capitulares cantabunt in  
tono, Psalmum, *Leuavi oculos meos, &c.*  
quo finito, *Kyrie eleison, Christe eleison.*  
*Pater noster*, quo dicto in silentio, Præsi-  
dens dicat. *Vers. Et ne nos inducas in*  
*tentationem. Resp. Sed libera nos, &c.*  
*Vers. Dominus custodiat introitum tuum,*  
*& exitum tuum. Resp. Ex hoc nunc, &*  
*vsque in sæculum. Vers. Domine exaudi ora-*  
*tionem meam. Resp. Et clamor meus ad*  
*te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp.*  
*Et cum spiritu tuo.*

## O R E M U S,

Famulum tuum Ministrum Generalem nostrum quæsumus Domine tua semper protectione custodi, vt libera tibi mente deserviat, & te protegente à malis omnibus sit securus, & nos famulos tuos, & Ordinem istum ab omni adversitate custodi, per Christum Dominum nostrum. Amen.

**S. 20.** Sacrista debet habere paratam Crucem cum Acholitis, & thuribulario, & super pelliceam, & cappam pretiosiore, quibus indutus Præsidens Capituli exeat processionaliter ad Ecclesiam, & cantor incipiat hymnum: *Te Deum laudamus*, & prosequatur ab omnibus vsque ad finem. Debet quoque Sacrista paratum habere tapetum, vbi Pater Generalis genuflectat, & etiam sellam paratam habeat. Finito hymno



no dicet, qui indutus est Cappa. *Kyrie,*  
*Christe, Kyrie, Pater noster*, totum in si-  
lento, & prosternent se Fratres vsque ad  
genua postea dicat. Vers. *Confirma hoc*  
*Deus, quod operatus es in nobis.* Resp. *A templo*  
*santo tuo, quod est in Hierusalem.* Vers. *Exur-*  
*get Deus, &c.* Resp. *Et fugiant, qui ode-*  
*runt, &c.* Vers. *Saluum fac servum tuum,*  
*&c.* Resp. *Deus meus sperantem in te.* Vers.  
*Mitte ei Domine auxilium, &c.* Resp. *Et*  
*de Sion tuere, &c.* Vers. *Esto ei Domine turris*  
*fortitudinis.* Resp. *A facie inimici.* Vers. *Ni-*  
*hil proficiat, &c.* Resp. *Et Filius iniquitatis*  
*&c.* Vers. *Benedicamus Patrem, & Filium,*  
*&c.* Resp. *Laudemus, &c.* Vers. *Domine*  
*exaudi orationem meam.* Resp. *Et clamor*  
*meus, &c.* Vers. *Dominus vobiscum.* Resp. *Et*  
*cum spiritu tuo.*

## OREMUS.

Omnipotens sempiternus Deus mise-  
rere famulo tuo Ministro nostro  
Generali, & dirige illum secun-  
dum tuam clementiam in viam

salutis æternæ , vt te donante,  
 tibi placita cupiat , & tota virtute  
 perficiat , & nos famulos tuos ab  
 omni aduersitate custodi. Per  
 Christum Dominum nostrum.  
 Amen.

§. 21. Dicta oratione , qui eam dixit , sedeat  
 in sella, & ibi sedens , petat obedientiam,  
 & iuramentum à Reverendissimo Mi-  
 nistro Generali electo , & coram illo ge-  
 nuflexo , manibusque super Evangeliorum  
 librum positis, in hunc modum dicat.

§. 22.

Promittit , & iurat , Paterni-  
 tas tua , quod eris obediens Sum-  
 mo Pontifici , eiusdemque San-  
 ctæ , & Apostolicæ Sedi ? Pro-  
 mittit Paternitas tua , & iurat,  
 quod nostrum Ordinem reget , &  
 gubernabit iuxtà tenorem nostræ re-  
 gulæ , vt modificata fuit à sanctæ  
 me-

*Iuramen-  
 tum prestan-  
 dum à R. P.  
 Generali an-  
 te confirma-  
 tionem suæ  
 electionis*

memoriæ Clemente Quarto, & secundum seriem nostrarum constitutionum, quæ confirmatæ fuerunt à Sanctissimo Domino nostro Alexandro Septimo, & ab ipso propositæ in nostro Ordine observandæ? Quibus omnibus, & singulis Pater Generalis sic genuflexus respondeat: Promitto, & iuro.

Statimque Capituli Præsidens eum confirmet in hunc modum. §. 23.

Et ego autoritate mihi concessa, te confirmo in officio Ministri Generalis totius nostri Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Post hæc surgat, qui eum confirmavit, & (tunc enim desinit esse Capituli Præsidens) sedere faciat in eadem sella Reverendissimum Patrem Ministrum Generalem, illique ante omnia tradat librum §. 24.

nostrarum Constitutionum, & nostri Ordinis sigillum, & postea genuflectens, præstabit illi obedientiam; quod idem facient Reverendissimi manum osculantes, quotquot præsentés fuerint, unusquisque sui, & suæ nomine Provinciæ, & postea ingredientur omnes domum dicentes Psalmum. *Laudate Dominum omnes gentes*, quo finito. *Kyrie eleison, Christe eleison, &c. Pater noster.* Vers. *Et ne nos inducas in tentationem.* Resp. *Sed liberanos à malo.* Vers. *Salvos fac servos tuos.* Resp. *Deus meus, &c.* Vers. *Mitte eis Domine auxilium, &c.* Resp. *Et de Sion, &c.* Vers. *Domine exaudi, &c.* Resp. *Et clamor meus, &c.* Vers. *Dominus vobiscum.* Resp. *Et cum spiritu tuo.*

## O R E M U S.

Actiones nostras, &c.

Deindè hora competenti ibunt ad Refectorium, ubi sedebunt secundum formam in capit. de sessionibus fratrum dicendam, & post prandium figantur conclu-



clusiones, & collocentur in loco, in quo ab omnibus legi, & videri possint.

Post Vesperas illius diei Reverendissimus Pater Generalis, simul cum Diffinitoribus & de eorum assensu eliget aliquem Fratrem, qui pro Diffinitorio sit à secretis, qui omnia agenda, & decernenda scribat, de omnibus fidem faciens, & à quo iuramentum accipiatur super legalitate, & fidelitate servanda. Aliquis etiam Frater pro ianua Diffinitorij deputetur, qui nullum intrare permittat sine licentiâ Diffinitorij: quæcumque visa fuerit expedire, designabit.

Ibi ergo congregatis, hora statuta, Reverendissimo Generali, & Diffinitoribus cum Secretario (quod fiet omnibus diebus, postquam quilibet seorsum celebraverit, vel omnes simul alicuius Missæ celebrationi adstiterint) & genibus flexis dicent Psalm. *Ad te levavi*: cum reliquis (vt dictum fuit, quando pro electione facienda capitulum fuerunt ingressi) post quæ vocabuntur, vel vocari præcipientur suo Ordine Electores Provinciarum, & ab vnoquoque seorsim status suæ Provinciæ in scriptis representetur; videlicet quas, & quales domos

habeat Provincia, qui numerus Fratrum in singulis reperiat, quot, & quales sint talis Provinciae Graduati, & vtrum ad gradum admissi iuxta nostrarum constitutionum dispositionem, qui Conventus sint pro scholasticis assignati, qui pro novitijs recipiendis, & qualiter observentur constitutiones, aut si aliqua illarum ob temporum iniuriam, vel loci incommoditatem indigeant dispensari: quot Redemptiones Captivorum fuerint in illo sexennio factae, quot Captivi Redempti, & alia huiusmodi, quae pro casuum occurrentia poterunt repraesentari ab ipsis Electoribus, & à Diffinitoribus minutius interrogari, vt de omnibus conscij possint in omnibus de opportuno remedio providere.

§. 27.

Prædicta autem volumus, ita accurate fieri, vt si necessè sit integer dies, aut amplius in rebus, & negotijs vniuscuiusque Provinciae discutiendis, & proponendis consumatur.

§. 28.

Quandocumque à Diffinitorio surgent, dicat Reverendissimus Pater Generalis. *Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit Caelum, & Terram. Vers. Sit nomen Domini, &c. Resp.*

Resp. *Ex hoc nunc, & usque, &c.* Vers. *Domine exaudi orationem meam.* Resp. *Et clamor meus ad te veniat.* Vers. *Dominus vobiscum.* Resp. *Et cum spiritu tuo.*

## OREMUS

**A**ctiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adiuvando proseguere, ut cuncta nostra oratio, & operatio, à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Dominum.

Nihil statuatur, aut diffiniatur extrà prædictum locum, in quo tantum liceat capitularitèr dictum Diffinitorium congregari. §. 29.

Si aliquis accesserit, qui de gravamine sibi ab aliquo Patre Provinciali, aut aliquo alio Superiore illato conqueratur, benignè audiatur, & prout tempus, & locus permiserit, veritas inspicatur, inspectaque, vel de gravamine §. 30.  
O 2 ne

ne exoneretur, vel in onere consoletur; ita ut non solum tanquam Iudices, sed tanquam Patres omnium aliorum in bonum, pacem, tranquillitatem, & solatium filiorum Religionis Reverendissimus Pater Generalis, simulque Diffinitores se sciant debere procedere.

§. 31. Si aliquid statuendum fuerit pro perpetuis futuris temporibus, vim constitutionis in universo Ordine habiturum; non aliter fiat, nisi integro capitulo congregato, & de consensu maioris partis ultra medietatem Vocalium.

§. 32. Quæ à Diffinitorio statuenda erunt (etiam si pro universo ordine sint) usque ad aliud sequens Capitulum suum robur habere declaramus; quod si in duobus sequentibus Capitulis à Diffinitorio Generali confirmantur (quidquid illud sit) eandem vim habeat deinceps, quam cæteræ constitutiones habebunt. Sed ut clariùs constet, volumus, quod quando aliquid de novo statuitur; pro prima vice hoc verbo notetur: *Incipimus præcipere*: pro secunda vice ità dicatur: *Ordinamus, & mandamus, prout in tali Capitulo, in tali loco, aut Civitate celebrato fuit præceptum*:  
Pro



Pro tertia tandem vtatur his verbis: *Con-*  
*firmandus, & prout in talibus capitulis fuit præ-*  
*ceptum, & ordinatum in tali Civitate, &*  
*anno.*

Volumus insuper, & statuimus quod in  
magno aliquo libro, qui in domo, in qua  
Capitulum est celebrandum haberi debet,  
scribantur cuiuscumque Capituli Genera-  
les diffinitiones, & statuta, necnon, & cæ-  
tera acta; videlicet qualiter, & quomodo  
fuerit Capitulum apertum? Et initiatum?  
Qualiter electio proposita? Quis ad Ministri  
Generalis officium fuerit assumptus? Quis  
in Procuratorem pro Romana Curia ele-  
ctus? qui etiam in Diffinitores fuere crea-  
ti?

Capitulo autem finito tradatur prædi-  
ctus liber principaliori ex Vocalibus illius  
Provinciae, in qua domus est designata  
pro sequentis Capituli celebratione, vt in  
eius Archivio vsque ad tempus alterius  
Capituli clausus, & signatus custodiendus  
reponatur.

Dominica sequenti, quæ erit quarta  
post Pascha, post horam tertiam fiet pro-  
cessio in Claustro, & habebitur concio in  
maiori Missa, ac post vespas defensa-  
buntur conclusiones.

§. 33

§. 34

§. 35

§. 36.

Feria secunda sequenti ante horam tertiam pulsetur tintinabulum, ad cuius sonitum omnes Capitulares, etiam si Vocales non sint, immo, & omnes reliqui Fratres ad Capitulum conveniant; ibique stantibus Fratribus omnibus, dicat Reverendissimus Minister Generalis, vel qui illi in sessione succedit, vel post eum sequitur.

OREMUS. *Pro fidelibus defunctis*, cui omnes respondebunt: *Requiem æternam, &c.* postea sedentibus omnibus incipiant suo Ordine legi nomina, & cognomina omnium Fratrum nostrorum, qui in illo sexennio, ex præsentis vita migrarunt in qualibet Provincia, quod debent facere singuli Electores Generales, unusquisque pro sua, & postquam omnes finierint, dicitur responforium solemne pro omnibus defunctis cum oratione, *Absolve quesumus Domine*: quo finito pulsabitur ad Chorum, in quo fiat solemne officium pro eisdem defunctis, in cuius fine habebitur concio ad populum, & post concionem fiat processio in Claustro, aut cæmeterio more solito.

§. 37.

Cæteris diebus fient officia de illis solemnitatibus, quæ occurrerint, aut quæ Capitulum præcedens designaverit, taliter,

ter, vt vnaquæque Provincia vno, & eodem die Concionatorem pro mané, & Conclusionum Defensores pro vesperè iuxta cuiuscumque antiquitatem habeat.

Sed ne Capitulares nimium detineantur in suarum Provinciarum gravamen; statuimus quod neque Capitulum, neque Diffinitorium Generale durare possit, aut debeat vltra quindecim dies à Dominica quarta post Pascha inclusivè computandis; quod si aliquid grave contingat, propter quod finire non possit, de omnium Diffinitorum consilio, & assensu differatur per breve tempus, in quo omnia concludantur, & Diffinitorium dissolvatur. Illo autem soluto nullus super aliqua re, quæcumque illa sit, vltèrius audiatur capitularitè.

§. 38.

Intra dictum tempus teneatur Procurator Generalis præteriti sexennij exactam rationem dare in scriptis ipsi Diffinitorio, de rebus, & negotijs omnibus apud Curiam Romanam pendentibus quæ examinata, & recognita Reverendo Patri Procuratori noviter electo tradantur, illique iniungatur, qualiter se debeat gerere in omnibus, quæ ad illum pertinent in dicta Romana Curia agendis, & prosequendis.

§. 39.

§. 40.

Similiter teneatur Procurator Generalis præteritus rationem reddere accepti, & expensi in toto suo sexennio de pecunijs sibi ab vnaquaque Provincia missis, quæ non fuerint ad eius sustentationem ordinatæ, & tandem si aliquid contra ipsum aliquis prætenderit, vel ob gravamen acceptum, vel quia eum de mala sui officij administratione voluerit accusare, coram Diffinitorio Generali hoc fiat; ibique audita accusatione, ac defensione, omnibusque præmissis, quæ secundum ius fieri aut permitti debent absolvatur, aut puniatur, prout merita causæ, inspecta veritate postulaverint. Et sic absolutus, aut punitus non possit ulterius à quoquam alio Superiore Ordinis super illis molestari: poterit tamen adimplendam pœnitentiam sibi impositam (si quæ fieret) obligari.

§. 41.

Debeant etiam, ipso tempore Capituli durante, Reverendissimus Pater Generalis, & Diffinitores capitulariter congregati assignare sex ex gravioribus Patribus nostri Ordinis pro expulsionem incorregibilium, iuxta Decretum Sacræ Congregationis Concilij, sanctæ memoriæ Urbani Octavi iussu editum die



vigesima prima Septembris , anni millesimi sexcentissimi vigesimi quarti , quos Reverendissimus Minister Generalis teneatur consulere , & iuxta eorum assensum , aut maioris partis illorum ad dictos incorrigibiles è nostra Religione expellendos procedere. Quod nullatenus fiat , nisi omnibus alijs servatis, quæ in dicto Decreto ordinantur , adhibitisque declarationibus ab eadem Sacra Congregatione postea editis , iuxta quas poterunt etiam dicti sex Patres assignari pro vnaquaque Provincia , seu Regno , sicut Capitulo visum fuerit expedire.

Teneantur etiam monere , ante quam Capitulum dissolvatur , omnes quotquot Superiores , aut inferiores , qui in illo fuerint inventi de iniuncta omnibus observantia , & de executione litterarum Apostolicarum , Constitutionum , & Decretorum ad Sanctum Officium Inquisitionis pertinentium , prout habetur ex decreto sanctæ memoriæ Urbani Octavi in Generali Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis Romanæ die vigesima quarta Aprilis , anni millesimi sexcentissimi trigesimali tertij, vbi hoc pre-

S. 42.  
ci-

cipitur omnibus Superioribus sub pœnâ privationis officij, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendæ, quod idem sub eisdem pœnis facere teneantur Ministri Provinciales in suis Capitulis Provincialibus, ac omnes Ministri Conventuales in suis Conventibus feria sexta infra Octavam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, vt ibidem ordinatur.

§. 43. Debeant etiam Diffinitores Generales in dicto Diffinitorio congregati, Conventum, & locum, vbi celebrandum est Capitulum Generale futurum assignare, vt ordinatur in nostra regula, simulque in Brevi sanctę memoriæ Innocentij Decimi, & in supradiçto libro capitulari dictam assignationem exprimere, & eam cum ceteris Decretis, & statutis in Capitulo, & Diffinitorio, immò, & cum ipsius Capituli actis publicare coram toto Capitulo; & à Secretario authenticari, & sic mittantur ad omnes, & singulas nostri Ordinis Provincias.

§. 44. Die ergo ultimo, quando dimittendum est Capitulum ad pulsationem Campanellæ congregentur omnes Frates, tam Vocales, quàm non Vocales in loco capi-

pituli, vbi postquam omnia stabilita, tam à capitulo integro, quàm à solo Diffinitorio pro vniversi Ordinis bono regimine publicata, & intimata fuerint, fiat exhortatio à Reverendissimo Patre Generali pro eorum omnium observatione, ac pro maiori totius Ordinis nostri, omniumque illius Fratrum reformatione: qua peracta cum hymno, *Te Deum laudamus*, ibunt in Ecclesiam processionaliter, in qua postquam omnes fuerint ingressi, & hymnus fuerit finitus, habeatur oratio Latino Sermone in gratiarum actionem pro scelici comitiorum celebratione, commendenturque Fratrum, tam præsentium, quàm absentium sacrificijs, & orationibus, primò Summus Pontifex, Eminentissimi Cardinales, inter quos specialitèr Eminentissimus nostri Ordinis Protector, Reverendissimus Minister Generalis, Illustrissimi, Archiepiscopi, & Episcopi, Patriarchæ, cæterique Prælati omnes gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentes, maximè illi, in quorum locis Monasteria nostræ Sacræ Religionis existunt. Deinde Serenissimus Imperator, Reges, Principes, Republicæ, Duces,

Duces, alijque Domini Christiani Sacro-  
 Sanctæ Ecclesiæ Romanæ obedientes, &  
 nostræ Sacræ Religioni faventes: nec  
 obliviscantur commendari Captivi Chri-  
 stiani apud infideles detenti, vt dum  
 operibus ex nostro instituto debitis non  
 faventur, orationibus saltem adiuvari non  
 desinant.

J. 45.

Oratione peracta Reverendissimus Pa-  
 ter Generalis accedat ad gradus Altaris,  
 ibique stola, & pluviali indutus, dicat  
 in cantu. Vers. *Adiutorium nostrum in  
 nomine Domini.* Resp. *Qui fecit Cælum, &c.*  
 Vers. *Oremus pro Pontifice nostro N.* Resp.  
*Dominus conservet, &c.* Vers. *Oremus pro  
 benefactoribus nostris.* Resp. *Retribuere dig-  
 nare Domine, &c.* Vers. *Pro afflictis, &  
 captivis.* Resp. *Libera eos Deus, &c.*  
 Vers. *Mitte nobis Domine auxilium, &c.*  
 Resp. *Et de Sion tuere nos.* Vers. *Domine  
 exaudi orationem meam.* Resp. *Et clamor  
 meus ad te veniat.* Vers. *Dominus vobis-  
 cum.* Resp. *Et cum spiritu tuo.*



OREMUS

Adesto Domine supplicationibus nostris, & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, vt inter omnes huius viæ, & vitæ varietates, tuo semper protegamur auxilio. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde vertat se ad Fratres, & det eis benedictionem generalem, cum qua solvat, capitulum, dicens. §. 45]

Benedictio Dei Omnipotentis. † Patris, & Filij, † & Spiritus Sancti descendat super vos, & maneat semper. Resp. Amen.

Ex tunc Fratres recedant, & vnusquis-

222. *Lib. I. Const. Gen. exponent. Reg.*  
quisque ad suum locum revertatur in no-  
mine Domini.

## CAPUT XXXII.

De Capitulis Provincialibus cele-  
brandis, & de electionibus Patris  
Provincialis, & aliorum in  
eis faciendis.

**§. I.** EX antiquis Constitutionibus, & imme-  
morabili omnium ferè Provinciarum  
consuetudine Capitulum Provinciale huc-  
usque celebratum est tertio quoque anno  
Dominica quarta post Pascha; quod  
idem deinceps in omnibus nostri Ordi-  
nis Provincijs indispensabiliter exequen-  
dum precipimus, & ordinamus, sub pœ-  
na nullitatis, \* *nisi aliqua necessitas urgeat,*  
quæ necessitas declaretur à Provinciali  
cum Diffinitorio; in quo casu poterunt  
ipsi aliam assignare diem pro Capitulo  
celebrando, dummodo sit intra 15. dies,  
ante, vel post dictum *Sabbatum*, \* &  
quod in eo (sicut in Capitulo Generali ad  
vni-

vniversum Ordinem) omnia ad vniversam Provinciam, & ad omnium domorum suarum statum, & augmentum, tam temporale, quàm spirituale spectantia diffiniantur, & stabiliantur; omniumque, tam Subditorum, quam Superiorum quorumcumque corrigantur excessus, iuxta nostræ regulæ, nostrarumque constitutionum decreta, & statuta.

\* *Quod si in aliqua Provincia contingat* §. 2.  
triennium compleri eodem anno quo Capitulum Generale est celebrandum, tunc differatur Capitulum Provinciale ad Sabbatum ante Dominicam quartam sequentis proximi anni, quod si Provincialis non accesserit ad Capitulum Generale, non censeatur eius officium duraturum vsque ad celebrationem dicti Capituli Provincialis; sed illico accedente dicto Sabbato, in quo celebraretur Capitulum Provinciale, nisi Generale tunc celebraretur, Minister Provincialis sigillum, & regimem Provincie tradat primo Superstiti ex quatuor Diffinitoribus Provincialibus suo Ordine donec Diffinitorium Capituli Generalis assignet, & nominet vnum ex Graduatissimis in Præsidentem illius Provincie, cuius Minister Provincialis non accessit ad Capitulum

lum Generale. Cui sic à Diffinitorio nominato Præsidi Provinciali, teneatur dictus Diffinitor, qui loco Patris Provincialis successit, sigillum tradere, liberumq; Regimen Provinciæ illi relinquere in ijs omnibus, quæ ad Ministrum Provincialem pertinent statim, ac requisitus fuerit literis Diffinitorij pro parte Præsidis Provincialis assignati à Diffinitorio Generali; cuius huiusmodi officium durabit usque ad sequens Sabbatum ante Dominicam 4. post Pascha. \*

§. 3. Locus autem ubi Capitulum Provinciale celebrabitur, ille erit, quem Diffinitores Capituli Provincialis antecedentis in ipsomet Capitulo, seu in eius Diffinitorio existentes designaverint; sed semper debeat esse in aliqua nostri Ordinis domo, ad quam cum maiori commoditate, ac minoribus expensis possint ex omnibus totius Provinciæ domibus Capitulares accedere; nec semper in eadem domo, aut Civitate, vel oppido; sed in diversis, prout qualitas temporum pitierit assignetur: neque in huiusmodi assignatione semel facta possit alterari, aut immutari, nisi de consilio, & assensu Diffinito-



nitorum Provincia'ium illius triennij;  
quod non fiat sine aliqua gravi, & vrgen-  
ti causa.

Vocem in dicto Capitulo habebunt ad  
omnia, quæ in eo fuerint agenda \* *Patres*,  
qui Provinciales fuerunt, omnesq; *Gradua-  
ti*. \* videlicet *Magistri*, *Præsentati*, & *Pre-  
dicatores Generales* iuxta vniuscuiusque  
Provinciae numerum in his constitutioni-  
bus præfinitum. Insuper ex non Graduatis  
illi, qui in aliquo Conventu, quantumvis  
minimo sunt *Ministri*, ac demum qui in  
illo triennio antecedenti extitere *Diffi-  
nitores* licet tam *Ministorum*, quam *Diffi-  
nitorum* officia in Capitulo faciendo ter-  
minentur. Nec ultra prædictos possit  
aliquis Ordinis Superior (quisquis ille sit)  
Vocalem, aut Vocales alios constituere,  
aut creare, nec creati debeant admitti,  
aut pro Vocalibus haberi.

Quando in aliqua Provincia in qua *Mi-  
nistri* Conventuales eliguntur per *Diffi-  
nitorium*, aliquis *Minister* obierit intra  
sex menses proximos Capitulo Provinciali  
futuro, *Vicarius*, qui loco eius succedit,  
tanquam *Præsidens* talis Conventus, &  
nomine illius suffragium ferat ad Capitu-  
lum Provinciale proximè celebrandum,

non minus, ac si esset electus in Ministrum  
 talis domus.

**S. 6.** Præter dictos nullus alius ad Capitulum  
 Provinciale venire præsumat absque li-  
 centia Patris Visitatoris in scriptis habita  
 (quam non nisi iusta, & rationabili causa  
 alicui concedat, aut nisi fuerit ex illis, qui  
 vel ad concionandum, vel ad conclusio-  
 nes defendendas pro comitijs Provincia-  
 libus sunt destinati: qui verò aliter acce-  
 dere ausus fuerit arbitrio Diffinitorum  
 severè puniatur.

**S. 7.** Postquam autem omnes prædicti ac-  
 cesserint ad domum designatam, quam  
 ingredi non præsumant, nisi feria sexta  
 ante Dominicam quartam post Pascha,  
 aut licentia prius obtenta à Patre Visita-  
 tore, illi, utpotè Præsidenti Capituli se  
 præsentabunt, *Benedicite*, postulantes, illi-  
 que debitam obedientiam præstantes, qui  
 eos omnes benignè, & cum hilaritate reci-  
 piat, & salutabit iuxta singulorum digni-  
 tates, aut gradus, & postea secundum  
 easdem distribuantur in cellas, quas mun-  
 datas, & præparatas (non more sæcula-  
 rium, sed honestè, & religiosè, sicut de-  
 cet paupres) debeat habere Minister illius  
 domus, in qua Capitulum celebratur.

Si aliquod dubium oriri contingat super voce activa, aut passiva alicuius ex venientibus ad suffragandum, Capituli Præsidenti proponatur, qui simul cum Definitoribus, quorum officium in dicto Capitulo spirat, dubium determinabit iuxta nostræ Regulæ, & Constitutionum nostrarum statuta, & quidquid ipse determinaverit de consensu Definitorum (vel saltem duorum) ratum habeatur ad effectum suffragandi, vel non, in dicto Capitulo, omni appellatione postposita.

Post Vesperas eiusdem feriæ sextæ Præsidentis Capituli pulsare iubeat tintinabulum, quod de more pulsari solet, ad cuius sonitum convenient omnes ad locum Capituli, ibique congregatis fiat exhortatio à Capituli Præsidente, in qua omnes Vocales in Christo moneat, ut in electionibus pro crastino die faciendis ita Deum præ oculis habeant, ut nullus, quæ sua sunt, sed quæ Omnipotentis Dei servitio, & nostræ Religionis honori, & observantiæ, magis congruant, respiciant.

Postea proponat, & intimet omnibus Vocalibus electiones, tam Ministri Provincialis, quam Definitorum, & aliorum pro crastino die faciendas, omnium,



& quorumcumque sacrificijs, & orationibus sc̄elicem exitum in eis commendans.

**§. 11.** Post hæc Secretarius Diffinitorij legat nomina omnium Vocalium, qui iuxta prædicta in hoc capite debent ad electionem admitti suo Ordine, iuxta dignitates, & gradus, antiquitatesque, ut postea dicetur, cum de Fratrum sessionibus agetur, qui omnes, & singuli suis nominibus auditis surgant, & iterum sedeant. Ex quibus Pater Præsidentis designabit duos ex senioribus, aut antiquioribus, qui præsertim tempore silentij curabunt, ne Fratres, è proprijs cellis sibi destinatis egrediantur, nisi magna cum necessitate, & licentia prius obtenta à Capituli Præsidente.

**§. 12.** Tandemque re iqua omnia circa ceremonias, orationes, Missam de Spiritu Sancto (quæ die sequenti celebrabitur, tam in illa domo, quàm in reliquis eiusdem Provinciæ) absolutionem, iuramentum, formam electionis, qualitatem, & quantitatem Scrutatorum, modum suffragandi, & suffragia examinandi, electionem publicandi, & decretum electionis formandi, eadem hæc omnia serventur,



tur, quæ in Capitulo præterito iuxta electionem Reverendissimi Patris Generalis dicta manent, illis solum mutatis, quibus exprimitur talem electionem esse Ministri Provincialis illius Provinciæ, in qua tunc eligitur.

Postquam autem decretum electionis fuerit prolatum, statim procedatur ad electionem Visitatoris eiusdem Provinciæ, & postea ad electiones quatuor Diffinitorum: tandemque eligatur Socius Patris Provincialis pro Capitulo Generali, in quorum omnium electionibus, eadem etiam forma servetur, quæ pro electionibus Diffinitorum Generalium tradita fuit in Capitulo præcedenti.

Quibus omnibus peractis, & eadem forma publicatis, eadem prorsus fient, quæ pro tradenda possessione Reverendissimo Patri Generali fuerunt ordinata usque ad orationem, *Omnipotens sempiternæ Deus*, qua finita qui eam dixit, sedeat in sella, & petat obedientiam, & iuramentum loco Reverendissimi Ministri Generalis à Provinciali electo in hunc modum.

§. 13.

§. 14.

**P. I.** Promittit Paternitas tua, quod eris  
 obediens Summo Pontifici: ac  
 Reverendissimo Patri nostro  
 Ministro Generali fidelis, &  
 quod istam Provinciam reges,  
 & gubernabis iuxta tenorem re-  
 gulæ modificatæ à sanctæ me-  
 moriæ Clemente Quarto, & se-  
 cundum seriem nostrarum Con-  
 stitutionum, quæ confirmatæ  
 fuerunt à Sanctissimo Domino  
 nostro Alexandro Septimo, &  
 ab ipso propositæ in nostro Or-  
 dine observandæ: & quod nec  
 per te, nec per alios curabis te  
 perpetuare in officio Provincia-  
 latus, sed potius, quod finito  
 tempore tui officij illud relin-  
 ques absque aliqua violentia?

*Ipsè*

Ipse autem P. Provincialis genuflexus  
toram eo, manibusque super Evangelio- §. 16  
rum librum positis dicat.

Ita promito, & iuro.

Tunc ille, vice Reverendissimi Pa- §. 17  
tris nostri Generalis cum confirmabit,  
his verbis.

Et Ego auctoritate mihi conces-  
sa te confirmo in officio Mi-  
nistri Provincialis istius Provin-  
vinciæ per sex menses sequen-  
tes, intra quos debes à Reve-  
rendissimo Ministro nostro Ge-  
nerali confirmationem petere, &  
procurare. In nomine Patris, & Fi-  
lij, & Spiritus Sancti. Amen.

Et hoc iuramentum mitetur Reve- §. 18  
rendissimo Patri nostro Generali cum  
æctis capituli à Patre Provinciali, quan-  
do petit confirmationem.

Post hæc Pater Provincialis sedeat §. 19  
in sella, & publicè præstent illi obedi-  
tiam



tiam omnes Capitulares totius Provincie nomine, tradaturque ei liber Constitutionum, & sigillum Provincie, & postea ingrediantur domum dicentes *Psal. Laudate Dominum omnes gentes*, vt in capitulo antecedenti dictum est, vsque ad Orationem, *Actiones nostras*.

S. 20.

Deinde hora competenti ibunt ad Refectorium, & ante prandium in loco, qui dicitur, *De profundis*, referantur à Secretario Capituli nomina, & cognomina Fratrum in præterito triennio defunctorum, pro quibus fiat communis absolutio, dicendo *Psal. De profundis, Kyrie, Christe, Kyrie, Pater noster. Vers. A porta inferi, &c. Resp. Et Oratio. Absolve*. Post prandium figantur conclusiones, & collocentur in loco, in quo ab omnibus legi, & videri possint.

S. 21.

Reverendus Pater Provincialis (cuius officium in illo capitulo terminatur) vel Præses Provincie (si mortuus iam fuerit, vel absens) provideat de necessarijs pro capitulo celebrando ex pecunijs Provincie (si habeat; sin vero solvet vnaqueque domus quod visum fuerit pro expensis ad arbitrium Patrum Diffinitorum.

Sed



Sed ne superflua, & immoderata  
fiant expensæ in similibus Capitulis Pro- §. 22.  
vincia'ibus, præcipimus, quod illa so-  
lum ad cibum, & potum tribuantur,  
quæ communiter tribui solent in maio-  
ribus Conventibus diebus solemnibus,  
paulo plus, minusvè: illud memoria  
recinentibus omnibus, videlicet: Reg-  
num Dei non esse escam, & potum, sed  
iustitiam, pacem, & gaudium in Chri-  
sto Iesu.

Post exitum Refectorij: Pater Præ- §. 23.  
fidens assignabit Diffinitoribus locum, &  
horam, qua debent in Diffinitorio con-  
venire, simul cum Patre Provinciali de  
novo electo, de quorum consilio, &  
assensu eligatur aliquis Frater pro Secre-  
tario Diffinitorij, qui omnia, quæ ne-  
cessaria fuerint scribet, & à quo acci-  
piatur iuramentum super legalitatem, &  
fidelitatem servandam. Alium etiam Fra-  
trem designabit pro ianua Diffinitorij,  
ad cuius curam prohibere pertineat, ne  
aliquis non vocatus, aut sine licentia  
ingrediatur tempore Diffinitorij, & ne  
aliquis ad audiendum accedat, quæ in-  
tradictum Diffinitorium tractantur, aut  
disputantur.

S. 24.

Ibi ergò congregatis hora statuta Patre  
Præsidente, & Reverendo Patre Provin-  
ciali cum Diffinitoribus, & Secretario  
(quod fiet mane, & vespere cuiuscumque  
diei) & genibus flexis dicent Psalmum  
*Ad te levavi, &c.* Cum oratione: *Deus,*  
*qui corda fidelium, &c.* Postquæ Diffinito-  
res literas legant, vel legi faciant, quæ  
à Conventibus in communi, vel ab aliquo,  
aut aliquibus in particulari fuerint missæ,  
& quid respondendum sit, decernant, & si  
eis debeaturs responsum. Si quis sine li-  
centia ad Capitulum venerit, primò eius  
culpa audiatur, & pœnitentia iniuncta ex-  
cludatur.

S. 25.

Ut verò aliqua gravissima inconvenien-  
tia vitentur, quæ ex propagatione eorum,  
quæ in Diffinitorio discutiuntur, possunt  
oriri; præcipimus omnibus, & singulis,  
qui in dicto Diffinitorio reperientur sub  
pœna privationis vocis activæ, & passi-  
væ per quinquennium sine dispensatio-  
ne, ut ea omnia, quæ in Diffinitorio pro-  
poni, tractari, decidi, ac fieri contigerit,  
immò, & ea, quæ super huiusmodi à  
quovis alio in ipso Diffinitorio existente  
prolata fuerint, nullo quovis modo, abs-  
que totius Diffinitorij speciali commis-

sio-

hione, vel licentia alicui extraneo à corpore Diffinitorij revelare præsumat, etiam transacto tempore Capituli, aut Diffinitorij: quod ipsum omnes observare iurabunt, ponentes manus super Sancta Dei Evangelia: & primus omnium iuret Pater Præsicens, deinde cæteri suo Ordine.

Hoc ipsum iuramentum pro silentio observando faciant Diffinitores Capituli Generalis, & eidem pœnæ subiaceant transgressores: quod si aliquis, aut animi levitate, aut quavis alia de causa hoc tam fallubre, & rationabile præceptum, & ius iurandum impingere præsumpserit, prætaxatam pœnam sine aliqua dispensatione se noverit incurrisse.

Si verò transacto quinquennio per misericordiam in Diffinitorem assumi iterum contigerit, & ipse denuo, aut proposita in Diffinitorio, aut sententias, sive verba prolata alicuius, vel aliquorum Patrum de Diffinitorio, vt supra, detegere, aut propalare non erubuerit, ipsum tamquam ad huiusmodi dignitatem penitus inhabilem præsentis constitutione à quovis nostræ Religionis Diffinitorio perpetuis futuris temporibus abijcimus, & omninò relegamus,



§. 28.

Antiquior Graduat<sup>us</sup> ex vnaquaque domo, vel (si nullus sit) Socius Patris Ministri teneatur ad Capitulum secum deferre rationem exactam status cuiuslibet domus, videlicet, si debitis obnoxia remaneat, debitorumque quantitatem, & speciem; si aliquod ædificium, quod ruinam minatur, reparatione, quam citius indigeat, necnè? quantum frumenti, hordei, & similium maneat in horreis; quantum vini, & olei in apothecis, aut promptuarijs, quem numerum Fratrum Conventualium talis domus habeat: si aliquis ex illa fugerit in illo triennio, quis sit, & ob quam causam fugerit: si quod augmentum (tàm circa temporalia, quàm circa spiritualia) habuerit in illo triennio; si prædia, & possessiones venerint in melius, aut indeterius. Si Pater Minister dederit suo tempore debitum Fratrum vestiari<sup>um</sup>, & reliqua quæcumque, quæ vel corrip<sup>i</sup>, vel laudari debeant: quæ omnia à Depositarijs, & Vicario Conventus verè, & accuratè scribantur, & ab illis subscripta, clausa, & sigillata ad Capitulum mittantur, à Diffinitoribus inscienda, & consideranda, ut secundùm ea omnia convenientius possint



Sint providere de Ministro competentis,  
pro sequenti triennio. Et si contingat  
Ministram, absque socio ad Capitulum  
ire: status Conventus ab ipsis Depositarijs  
per tutiorem viam clausus, & signatus  
mittatur: nec vnquam ipsi Ministro tra-  
datur ad Capitulum ferendus.

Ergo antequam aliquid in communi, §. 29.  
aut in particulari statuatur, & antequam  
ad aliquid aliud agendum procedatur: hu-  
iusmodi status domorum in Diffinitorio  
videantur, & suo ordine legantur, iuxta  
domorum antelationes hucusque obser-  
vatas in omnibus Provincijs, & postquam  
lecti, inspecti, & scrutati fuerint Secre-  
tario tradantur custodiendi, vt postea  
suo tempore dentur Ministris eligendis  
singularum domorum, vt vnusquisque  
(iuxta ibi contenta) rationem petat à  
Vicario suæ cuiuscumque domus de his,  
quæ in ea remansisse constiterit.

Volumus insuper, & ordinamus, §. 30.  
quod in magno aliquo libro, qui in do-  
mo, in qua Capitulum celebratur, ha-  
beri debet, scribantur, quæ in eo ca-  
pitulo sancita fuerint, necnon & omnia  
eiusdem acta, vide icet, qui ad Pro-  
vincialatus officium fuerit assumptus;  
quis

quis in Visitatorem electus, qui etiam in Diffinitores nominati (suo Ordine sicut electi fuerunt (quis Socius ad Capitulum Generale fuerit electus, & qui ad eius defectum suppiendum fuerint à Diffinitorio deputati, suo etiam Ordine (sicut nominati fuerunt) distinctè. Qui, & pro quibus domibus fuerunt in Ministros creati. Scribantur quoque illi, qui ad aliquem gradum fuerint assumpti, nec non, & ij, qui in Prædicatores domorum fuerint assignati, quorum assignatio ad Diffinitorium semper spectat. Tandem in prædicto libro scribantur officiorum tabula ad sequens capitulum, & locus, ubi celebrandum fuerit, & omnia alia memoria digna, quæ Diffinitoribus visum fuerit, & in his constitutionibus suis locis præcipiuntur in eo adnotari.

§. 31.

In vnoquoque etiam Conventu habeatur liber, in quo omnia, quæ in capitulo facta sunt, scribantur, de ijs enim, quæ ad omnem Provinciam, & ad eius regimen conducunt, omnibus Conventibus debet transmitti authentica copia, & ea omnia, quæ dum Pater Provincialis, aut Visitator domum visitaverit, eis fuerit visum statuere, similiter in tali libro notentur.

Seq

Sed vt minores (quantum possibi-  
le fuerit) expensæ fiant, præcipimus  
nullum capitulum, aut Diffinitorium  
Provinciale durare debere, aut posse, mi-  
nùs quam vsque ad feriam quintam illius  
hebdomadæ: aut plus quam vsque ad Do-  
minicam sequentem, quæ erit quinta post  
Pascha, quibus diebus illæ solemnitates  
fiant pro capituli celebratione (tam circa  
conciones, quàm circa conclusiones, &  
alia huiusmodi, quæ de more solent in  
vnaquaque Provincia haberi, dummodo  
saltem in vno prædictorum dierum non  
desinat fieri officium solemne pro Fra-  
tribus nostris defunctis, & specialiter  
pro his, qui ex illa Provincia in ante-  
cedenti triennio obierunt cum processio-  
ne per claustrum, aut cimiterium.

Taliterque distribuantur omnia, quæ  
in capitulo agenda sunt prædictis die-  
bus, vt quam citiùs Vocales possint,  
in suas domos revertantur, ita vt ele-  
ctiones Ministrorum (si faciendæ sint)  
quam primum fiant; deinde conferan-  
tur gradus eo ordine, & forma, quæ  
in tractatu de graduatis continetur, suo  
quoque Ordine in libro capitulari no-  
tentur omnia supradicta, vt inde postea



extrahantur instrumenta, aut literæ patentes prout in formulario, quæ à Præsidente, & Diffinitoribus subscriptæ, sigillatæ, & refrendatæ à Secretario, ipsis electis (si præsentibus fuerint) tradentur, aut in domos, quarum Ministri fuerint electi, mittantur suo tempore publicandæ.

**S. 34.** Advertendum autem non est, quod nulla petitio nomine Conventus debet offerri Diffinitorio, nisi a conventu, pro quo petitur, fuerit approbata, & si talis sit, provideatur de necessarijs, sicut cuiusque domus exposcit necessitas, & petitiones etiam exposcunt, diligenterque studeant, qui Diffinitorio intersunt omnium Fratrum consolationem, & omnia, quæ agenda erunt, maturo consilio, & pia consolatione discutiant: attendendo solum ad ea, quæ Dei sunt, & illa decernendo, quæ Religionis reformationi, & nostri Sacri Instituti maiori observantiæ congruunt.

**S. 35.** Si aliquis Conventus accusationem aliquam ad Capitulum voluerit mittere, scribantur numerus, & nomina accusantium, & an sint de visu testes, aut de auditu: accusatio verò per unum solum facta ad Capitulum non mittatur, nec si

Mis-



missa fuerit à Diffinitorio admittatur.

Tempore etiam, quo duraverit Diffinitorium, teneantur Reverendi Patres supradicti quatuor Fratres deputare, & suo Ordine successivè nominare ad supplendum defectum Socij Patris Provincialis ad Capitulum Generale, vt in capite de Capitulo Generali dictum est: tales autem deesse, vel ex graduatis Provinciae, ex ijs, qui ad gradum Praesentaturae, aut Magisterij fuerint iam expositi, & apti, vt mitti possint ad Capitulum Generale, si casus occurrerit ad illud accedendi, quia tunc eligi debent, non in omnibus Capitulis Provincialibus.

§. 36

Teneantur etiam nominare, & deputare aliquem ad officium Administratoris Generalis pro Redemptione Captivorum, eas condiciones, & qualitates habentem, quæ in cap. de Divisione bonorum, ac Redemptione Captivorum exiguntur. Et tandem Examinatores deputare, & nominare pro illis, qui ad Ordines sunt promovendi, aut ad audiendas confessiones approbandi.

§. 37



Ad ultimum capituli reservabitur iudicium, seu sententia proferenda super causam, aut visitationem Patris Provincialis ab

§. 38

soluti, in cuius discussione, iudicium conscientias oneramus, quatenus ita iustitiam cum misericordia temperent, ut ex utriusque osculo verum iudicium ortum habuisse dignoscatur. Testium omnium qualitates, mores, & vitas ita attendant ex vna parte, ut ex alia credant bonos Prælatos subditis de malis placere non debere, nec posse, illos plus exosos multoties haberi, qui pro honori Dei, & Religionis zelo reguntur in gubernando.

§. 39. Sed nec propterea volumus Provincialium excessus quovis modo impunes manere, eos præsertim, qui ad eorum officium attinent, utpotè qui in publicum damnum cedunt, maximè si in eis appareat harum nostrarum constitutionum transgressio, aut contemptus; iustum enim est legum contemptores secundum leges puniri.

§. 40. Exigatur etiam ab eo ratio accepti, & consumpti de pecunijs, quas quomolibet receperit ad Provinciæ expensas, tam de bonis defunctorum, quam de collectis (si quæ fieri contingat) & si facta computatione inventum fuerit impensas superare receptas; solvatur ei excessus

ex ipsius Provinciae bonis (si habuerit) sin autem domus omnes contribuere teneantur, iuxta taxationem in Diffinitorio faciendam: sed si plus receperit, quam expenderit, statim teneatur reponere, ad sequentis triennij expensas, de quibus omnibus maneat in libro Provinciae exacta ratio: sicut etiam de sententia, quae vel in  favorem, seu approbationem  contra illum diffinitivè prolata fuerit.

Post modum antequam Capitulum dissolvatur: vocatis omnibus tam Vocalibus, quam non Vocalibus ad sonitum tintinabuli, & in Capitulo congregatis, Secretarius Diffinitorij legat sententias, quae legendae fuerint, tam circa Patrem Provinciale prae teritum, quam circa alios quoscumque: necnon, & electiones omnes in Capitulo factas.

Legat etiam Diffinitiones, aut statuta illius Capituli, & quidquid deinde (Spiritu Sancto donante) Capitulum, aut Diffinitorium ordinaverit, omnes unanimè, & devotè suscipiant, nullus murmuret, nullus reclamet, nullus contradicat. Legatur etiam tabula officiorum pro futuro Capitulo, & locus, vbi fuerit celebrandum

§. 41

§. 42

dum publicetur. Statimq; postquam omnia fuerint lecta, & intimata, Pater Præsidens surgat à suo loco, & in eo constituat Reverendum Patrem Provinciale, & ipsius manum deosculando (tamquam officio suo functus) occupet locum suæ antiquitatis, aut gradus, prout habebat ante tempus suæ visitationis.

§. 43. Postea immediatè Capitulum dissolvatur, habita priùs à patre Provinciali exhortatione ad Fratres pro moram reformatione, pro perfectione procuranda, & pro Ordinis statutis, necnon Capituli Diffinitionibus observandis, qua peracta surgat, & cæteri genuflexi dicant, *Confiteor Deo, &c.* & fiat absolutio, vt in formulario habetur. Ac tandem vnusquisque ad suum Conventum reverti iubeatur in nomine Domini.

## CAPUT XXXIII.

### De electione Ministrorum.

§. I. CUM nostra Regula præcipiat Ministros eligi per communem consensum Fratrum Clericorum, & hoc præcep-



rum duplici modo sit explicatum : nempe , per consensum omnium Fratrum , vel sanioris partis ; inde est , quod diverso modo , in diversis Provincijs Ministri Conventuales eliguntur ; vt autem viam tutiorem sequamur , permittimus , quod in illis Provincijs , vbi consuetudo viget eligendi Ministros Conventuales per suffragia Fratrum Conventualium vniuscuiusque Conventus prædictus modus eligendi observetur. In cæteris autem Provincijs , ipsi Ministri Conventuales in Capitulo Provinciali eligantur. Sed cum hic duplex eligendi modus sit valde distinctus , in capitulis distinctis de quolibet illorum peragere est necesse.



## CAPUT XXXIV.

De electione Ministrorum in Capitulo Provinciali eligendorum.

S. I. **C**UM fieri electionem Ministrorum Conventualium per suffragia omnium, qui concurrunt ad electionem Provincialis, & Diffinitorum sit nimia implicatio, & confusio: statuimus, & ordinamus, omnem bonam expeditionem desiderantes, quod similes Ministrorum electiones fiant in Diffinitorio, quod constare præcipimus ex septem Vocalibus, quales sunt Præsidens Capituli, Reverendus P. Provincialis de novo electus, Provincialis absolutus (quem ad hoc præcisè vocem activam in dicto Diffinitorio habere volumus, & declaramus) & quatuor Diffinitores, qui in eodem capitulo electi fuerunt, quæ electiones per schedulas secretas fieri debere decernimus, & ea forma observata, vt nullus  
in

in Ministrum electus intelligatur ; in quem quatuor saltem ex supra numeratis non convenerint.

Præterea , vt in electionibus Ministrorum Conventualium , seu Localium §. 2. absque vlla ambitionis nota procedatur: neque Capituli Præsident , neque Diffinitores electi in eodem capitulo possint ad aliquod ministerium ex prædictis eligi , neque assumi , quin potius ipsos , & alios quoscumque Electores exhortamur in Domino ; ita purè , & sincerè in similibus electionibus procedere , vt Deum præ oculis habentes , semotoque timore , & odio , vel amore , concessa sibi potestate modestè vtentes , tales in Ministros præficiant , qui sint bonæ famæ , & quos ætatis maturitas , & morum gravitas commendent , & qui sint Ordinis zelatores manifesti , & Sacris literis eruditi.

Quando contingat aliquem Ministrum §. 3. Conventualem cuiuscumque domus ante sex menses proximos Capitulo Provinciali futuro è præsentis vita discedere , vel alio quocumque modo deficere , Pater Provincialis certiores Diffinitores faciat vt cum illo concurrant in domo sibi vi-

sa commodiori ad substituendum alium  
 Ministrum loco præteriti. Et accedente  
 die ad id in convocatoria præfixo absque  
 aliqua mora Pater Provincialis cum Diffi-  
 nitoribus, qui præsentibus fuerint Mini-  
 sterium vacantem provideant per scru-  
 tinium secretum eodem modo, ac in ca-  
 pitulo fecerunt: \* *Quod si Diffinitores in*  
*domibus ita distantibus habitent, ut sal-*  
*tem duo ex illis ad aliquam domum à*  
*Patre Provinciali designandam cum ipso*  
*convenire non possint, teneatur tunc*  
*præteriti proximi triennij convocare Dif-*  
*finitores. Si autem nec duo ex his, aut*  
*eorum aliquis, & alter actualium com-*  
*modè haberi possint, tunc Pater Provin-*  
*cialis cum Patribus à consilijs illius do-*  
*mus in qua repertus fuerit de huiusmo-*  
*di Ministro provideat.\* In his autem ele-*  
*ctionibus Electores voce passiva ca-*  
*reant.*

S. 4.

Si verò mors Ministri, absolutio,  
 aut depositio intra sex menses proximio-  
 res Capitulo Provinciali futuro contige-  
 rit, volumus, quod Vicarius vices suas  
 in omnibus plenariè gerat usque ad se-  
 quens capitulum, in quo vocem habe-  
 bit non minus, ac si Minister esset, te-

nea-



neaturque secum ad Capitulum deferre omnes vocales dicti Conventus, cæteraque omnia facere, quæ Minister defunctus, aut absolutus facere tenebatur.

## CAPUT XXXV.

De electione Ministrorum Conventualium ab ipsis Conventibus facienda.

CUM aliquæ ex nostris Provincijs (vt **S. I.** dictum manet) habeant consuetudinem eligendi Ministros Conventuales per suffragia Fratrum vniuscuiusque Conventus, eorum directioni providere necessum est, vt recto tramite procedatur. Igitur domus \* *senarium*, vel *quinarium* numerum Vocalium pro Canonica electione *habentes* \* electionem Canonice nunc, & in perpetuum habeant, potiantur, & gaudeant, quam fieri præcipimus hac forma, scilicet.

*Forma electionis Ministrorum essentialiter*

Per secreta schedularum suffragia *observando* maioris partis omnium Capitularium præ-

præsentium, electi suffragio non computato.

Alias electio sit irrita.

Et serventur cæteræ conditiones, nempe absolutio, iuramentum, ritus suffragandi, forma pronunciandi decretum, quæ præfixæ sunt iuxta electionem Reverendissimi Patris Generalis, mutatis solum, quæ mutari debent iuxtam subiectam materiam.

§. 2. Scrutatores in huiusmodi electionibus erunt Vicarius, \* *id est Præsident* \* eiusdem Conventus, graduatus antiquior, vel in eius absentia Theologus Prædicator similiter antiquior: tertius verò erit alter Religiosus antiquior professione.

§. 3. Si verò prædictus numerus minuat, Minister Provincialis operâ det efficacem, ut numerus illè reparetur, & illico in Capitulo Provinciali electio Canonice eis concedatur.

§. 4. Domibus verò prædictum numerum non habentibus (quamvis Prælati Ministri nominentur, ut in regula præcipitur) de Ministris provideatur in Diffinitorio Capituli Provincialis modo, & forma observata à Provincijs, ubi omnes Ministri

nistri eliguntur à Diffinitorio , & eodem modo eligantur Vicarij pro Conventibus Monialium.

Et cum electiones liberæ omnino debeant esse , præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ Provincialibus , vel eorum Vicarijs , & Visitatoribus , quod nullas epistolas ad Conventus , in quibus instat electio mittant , proponentes subiectos aliquos eligendos , neque accedant ad tales Conventus , nec mittant Præsidentem , aut Vicarium , nisi in casu magnæ dissentionis , & sic missus voce activa , & passiva careat in tali electione , nec permittant accedere , qui præsumitur esse prætenfor ministerij.

§. 5.

Insuper præcipimus , quod infra mensem proximum ad electionem nullus Frater illius Conventus , in quo instat electio , privetur voce activa , & passiva à quocumque Prælato nostri Ordinis , nisi ex causa , quæ secum annexam habet privationem ipso facto incurrendam.

§. 6.

Declaramus præterea Ministros cum officia \* quovis modo \* finierint , habere vocem activam in electione Ministri futuri

§. 7.

turi ipsius Conventus, etiam si ipsius non sint filij professionis.

§. 8.

Præcipimus, quod intra tres dies à vacatione cuiuscumque ministerij Electores ad electionem novi Ministri procedant: quod si in hoc negligentes fuerint, & predicto termino transacto ad electionem non processerint, electio devoluatur ad Patrem Provincialem, & Electores, pro illa vice iure eligendi careant: quod si hæc negligentia sit ex parte Præsidentis electionis, antiquior Electorum à die professionis concurrentium, in dicta electione, præsideat. Et similiter electio devoluatur ad Patrem Provincialem, si Electores peccaverint in forma, vel in materia, nempe eligendo aliquem contra Sacros Canones, vel quomodocumque inhabilem, & quando elegerint contra formam præscriptam in his Constitutionibus.

§. 9.

Si autem incipiendo electionem intra dictum trium dierum terminum, per mensem non elegerint, nec in electione conformes fuerint, mense transacto: præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna ipso facto incurrendâ Præsidi Con-

ven-



Ventus, quod in Religiosis præbeat in  
 communi, vel in particulari, sive intra,  
 sive extra Refectorium, nisi panem, &  
 aquam vsque dum eligant Ministrum. Si  
 autem Præsidens Conventus hanc nostram  
 Constitutionem non servaverit: eo ipso,  
 quod Scrutatoribus electionis constet de  
 facto, illum declarent excommunicatum,  
 & antiquior illorum in Conventu, & in  
 electione præsideat.

Et vt plurima inconvenientia eviten-  
 tur, præcipimus omnibus, & singulis Ele-  
 ctoribus cuiuscumque Conventus, quod  
 incepta electione Ministri nullo prætex-  
 tu limina Conventus exeant sub pœna  
 privationis vocis activæ in illa electione  
 instanti, statim infligenda à Præside, &  
 Scrutatoribus eo ipso, quod constet de fa-  
 cto. Præcipimus insuper, quod toto tem-  
 pore, durante electione, fores Conven-  
 tus sint clausæ, vt nullus sive sæcularis,  
 sive Religiosus non Conventualis ingre-  
 diatur.

Prohibemus, quod Pater Provincialis,  
 eius Vicarius, aut Provinciæ Visitator  
 per sex menses ante quascumque electio-  
 nes faciendas, novas assignationes, seu  
 mutationes faciant à Conventu, vbi ele-



eos, qui in eodem Conventu officium Ministri, vel Vicarij inierunt, tribus annis completis non elapsis.

Et eos, qui in alijs Conventibus Ministri extiterè, seu Provinciales, nisi post duos annos completos à finitione suorum officiorum; si autem intra hoc biennium in aliquo Conventu aliquis electus fuerit à duabus ex tribus partibus Vocalium suffragio electi non computato, talis electio erit firma, & legitima: non obstante Constitutione Apostolica dimanata à sanctæ memoriæ Urbano Octavo, ex dispensatione Sanctissimi Dñi. nostri Alexandri VII.

Similiter declaramus, in habiles esse ad has electiones Ministrorum eos omnes, in quibus non reperiuntur qualitates præfixæ in his constitutionibus, ad cap. de Qualitatibus eligendorum.

Declaramus, quod officium Ministri non à tempore factæ confirmationis currere incipiat, sed à die acceptationis officij, & in calce ipsiusmet confirmationis, dies, & hora notetur, & in Arca Depositi custodiatur, & triennio transacto illicò spiret, & absque vlla declaratione, sive renunciatione sit absolutus, etiamsi Capitulum Provinciale quatumque ex causa differatur.

S. 14.

S. 15.

S. 16.

## CAPUT XXXVI.

De qualitatibus, seu conditionibus eligendorum ad officia, & Ministeria supradicta.

**S. I.** **Q**Uam sit necessaria in Prælato sapientia doctrina, ex illis regulæ verbis *Nec eligatur secundum dignitatem generis, sed secundum vitæ meritum, & sapientiæ doctrinam*, & alijs multis clarè poterit videri, quantaque temeritate ab imperitis pastorale Magisterium suscipiatur (cum sit ars artium regimen animarum) Christus Dominus satis ostendit, dum dixit: *Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foveam cadent.* Ne igitur in nostro Ordine cæci cæcorum sint duces, eas conditiones volumus reperiri in illis, qui ad prædicta officia sint assumendi, quibus apti, & idonei inveniuntur fratres exhortari in doctrina sana, contravenientes, aut contradicentes arguere, ac corrigere, &



& gregem Domini in viam pacis dirigere.

Cum ergo in præcedentibus de omnium Ministrorum electionibus egerimus, & de forma qua fieri debent, nunc in præsentibus de qualitatibus, & conditionibus eorum, qui eligendi sunt, sigillatim tractare duximus opportunum. Et in primis cum (experientia teste) Ministri immatura ætas non modo non ædificet, sed quàm maximè noceat, dum se regere nesciens, cæterorum caput efficitur, & qui modum habere ignorat, alios moderatur in gravem gregis sibi commissi perniciem.

Idcirco statuimus, quod nullus deinceps in Ministrum Generalem eligatur ante quadragesimum suæ ætatis annum ad minus, neque ante vigesimum quartum à die suæ professionis.

Procurator Generalis apud Romanam Curiam nemo fiat, nisi talis inveniat, qui tum scientia, tum intelligentia præditus possit, quoties opus fuerit in Apostolicis Tribunalibus sine nostræ Religionis rubore, aut dedecore comparere: atque ideò in primis debeat esse ex magis circumspectis, & observantibus

R

bus



rus non deficiat ; *et* *si* *quid* *deficiens* *fit* *con-*  
*stituere* *integrum* *trahatur* *ad* *corrigen-*  
*dum* , & *diffiniendum* , vna cum maiori  
 Ministro , omnia , quæ corrigenda , &  
 difinienda fuerint , ordinamus , quod  
 quatuor saltem ex Diffinitoribus eligen-  
 dis debeant esse præsentibus Capitulo Ge-  
 nerali : sed duo etiam possint eligi ex  
 absentibus , vt in capitulo sequenti pos-  
 sint supplere defectum cuiuslibet ( si for-  
 te defecerit ) quod si omnes præsentibus  
 fuerint : æquali potestate , & authorita-  
 te gaudere debeant , tam in præsentibus  
 quam in sequenti capitulo , vsque dum  
 alij de novo eligantur .

Sed neque volumus , quod ille , qui  
 in vno Capitulo Generali fuit in Diffi- §. 6.  
 nitorem electus possit immediatè sequen-  
 ti Capitulo iterum ad tale officium assu-  
 mi : neque quod ex vna , & eadem Pro-  
 vincia duo Diffinitores constituentur , sed  
 singuli ex singulis vsque ad sex : si au-  
 tem aliqua electio Diffinitorum fiat præ-  
 dictis conditionibus non seruatibus ; indis-  
 pensabiliter nullam , & irritam decerni-  
 mus , & declaramus .

Vocem passivam ad officium Mi- §. 7.  
 nistri Provincialis eos tantum habere de-

cernimus in Provincia, qui in ea sint graduati, hoc est Magistri, Præfentati, aut Prædicatores Generales, dummodo quadragesimum ætatis annum attigerint, & vigesimum à die suæ professionis expleverint, nullusque ad tale evehatur officium, nisi ita laudabiliter in aliquo saltem Ministerio præterito se exercuerit, ut de illo in gubernatione Provinciæ possit bonum omen haberi. Neque qui in Capitulo Provinciali Præsidentis munere fungitur, in illo eodem possit in Provinciam eligi. Neque qui semel officio Provincialatus functus est usque dum sex anni elabantur à finitione talis officij iterum eligi possit. Quæ omnia eodem modo intelligantur dicta de illo, qui in Visitatorem fuerit eligendus, taliterque servanda, ut qualibet ex prædictis constitutionibus deficiente, irrita, & inanis debeat una, aut altera electio reputari.

**§. 8.** Diffinitores Capituli Provincialis, de quorum electionibus in capitulo præterito differuimus, debeant eligi ex toto corpore Vocalium dicti capituli, sed taliter, ut saltem duo, videlicet primus, & secundus necessarii sint ex numero Gra-  
dua-



Quatuor illius Capituli: nullusque possit ad tale officium assumi in duobus Capitulis continuatis; neque antequam ab huiusmodi officio per triennium vacaverit, neque ex eadem domo possint eligi duo Diffinitores (quod intelligi debet in Provincijs, illis ubi filiationes sunt in usu, aut consuetudine) sed singuli ex singulis domibus. Pater Provincialis, qui suum finivit officium non possit eligi in eodem Capitulo pro Diffinitore, utpotè, qui debet omnibus eligendis rationem reddere suæ administrationis. Quidquid contra dicta factum fuerit, irritum, & inane censeatur.

In Ministrum Conventualem nullum §. 9.  
 eligant, qui ad minus trigessimum secundum suæ ætatis annum non compleverit, & à cuius professione duodecim anni non elapsi fuerint; neque in eadem domo possit aliquis Minister constitui, nisi transactis tribus annis à finitione sui officij, nec Pater Provincialis possit aliqua ratione, colore, aut prætextu Ministerium aliquod sibi assumere, aut retinere toto sui Provincialatus tempore, neque illo transacto, nisi post duos annos à vacatione dicti officij.

S. 10.

Insuper ordinauerunt, & statuimus, quod in principalioribus domibus nostrarum Provinciarum, videlicet, in Conventibus Civitatum, ubi sunt Ecclesie Cathedrales, aut Sedes Episcoporum, nullus in Ministrum constituatur; qui non sit ex numero Magistrorum, aut Præsentatorum, vel Prædicatorum Generalium Provinciae \* *Fratres tamen* alias habiles, & pro gubernio idonei possint in Ministros eligi talium Domorum, etiam si Graduati non sint: habentes tamen cætera requisita secundum *Constitutiones*. \* In alijs Conventibus præter dictos possint Ministri constitui omnes illi, qui per sex annos in officio electionis scholasticæ, aut prædicationis laudabiliter se exercuerint, vel qui tantumdem temporis fuerint Vicarij in aliquo, vel aliquibus Conventibus, vel Magistri novitiorum in illis, in quibus novitij sunt recipiendi, & educandi iuxta ea, quæ dicentur in capite de Receptione novitiorum, vel qui Grammaticam, aut Rethoricam per sex annos docuerint, aut casus conscientie, seu Theologiam Moralem per alios sex annos in Religione legerint. Si aliquis absquè huiusmodi requisitis fuerit ad Ministerium aliquod assum-

sumptus, eius electio fit ipso facto,  
& utpotè in materia p[ro]p[ri]ans devolvatur  
ad Patrem Provincialem extra Capitu-  
lum; tempore autem Capituli ad Patrem  
Præfidentem.

Ultrà quod inviolabiliter sancimus, §. II.  
quòd nullus Frater nostri Ordinis possit  
gaudere voce activa, aut passiva (idque  
perpetuis temporibus tenendum qui  
fuerit apostata; neque convictus, aut con-  
fessus de peccato carnis, aut notabilis  
proprietas, possit eligi in Ministrum,  
sive Vicarium cuiuscumque Conventus:  
nisi postmodum ita religiosè vixerit, &  
conversatus fuerit, quod per Diffinitores  
Capituli Generalis, vel Provincialis fue-  
rit habitatus, ut possit eligi, quæ  
habilitatio ante octo annos  
ad minus non  
fiat.







tineatur, circa quod, si melius fuisset informatus, aliter forsan sanxisset, ac scripsisset: permittimus, ne huiusmodi literæ executioni mandentur, quin prius super eis Reverendissimus Pater à Ministro Provinciali per literas consulatur, & penariùs informetur. Si verò post prædictam informationem Minister Generalis in sua persistit sententia, & hæc contentis in his constitutionibus expressè non contrarietur; volumus, quod omninò ei obediat; melius est nempe obedire, quam sacrificare.

Minister Generalis, in cuius cura, & prudentia totaliter ordo requiescit, circa ea, quæ sunt substantialia Ordinis, & statum obedientiæ concernunt, diligentissime investigare, & ad ea Definitorum Capituli Generalis, Provincialium, ac Ministrorum sæpè sæpiùs animos incitare debet; Fratres præsentibus verbis; absentes verò literis ad omne bonum promovendo. Debet quoque secum habere regulam, constitutiones, & omnium Privilegiarum Ordinis transumpta, & scire loca Fratibus suis super his omnibus satisficere.

Ipse etiam Reverendissimus Pater, qui

S. 37

S. 4

qui

qui omnibus præest, non se existimet potestate dominantem, sed charitate ferventi fœlicem: circa omnes se ipsum bonorum operum præbeat exemplum; liber etiam ab omnibus inordinatis affectibus sit, oportet, nè interiùs rationis iudicium perturbent: eoque modo laboret, rectitudinem, & severitatem necessariam cum benignitate, & mansuetudine miscere, & nec se flecti sinat ab eo, quod ex officio facere tenetur: nec filijs suis, vt convenit compati desinat.

*S. 5.* Animi etiam magnitudo, ac fortitudo est ei maximè necessaria ad res magnas pro augmento, & reformatione Ordinis aggrediendas, in eisque constanter perseverandam; non propter contradictiones (licet à magnis, & potentibus excitatas) animum relaxando, nec ab eo, quod ratio, & divinum obsequium postulat vllis eorum precibus, aut minis se separari sinendo: paratissimus (si opus esset) ad mortem pro ordine subeundam. Nam bonus Pastor animam suam dat pro vrbibus suis.

*S. 6.* Et vt vni cum Ordinem in sancta regularis vitæ observantia facilius continere

tinere valeat, benevolentiam Sedis Apostolicæ in primis : deinde amorem Regum, & Principum Christianorum habere, & conservare procuret. Indulgentias, concessiones Bullarum, & Privilegiorum confirmationes (etiam solo verbo ordini utiles) quas poterit impetrare; faciatque regulam, constitutiones nostri Sacri Ordinis observari, non solum præcepta imponendo, sed etiam exemplum bonum in earum omnium adimplerione præbendo.

Et licet potestatem generalem habeat in ordine, tamen numquam uti liceat huiusmodi potestate, nisi ubi multum rationabilis causa occurrerit: specialiter verò cavendum est ei, ne intemporalibus gravet Provincias, vel Conventus, vel Fratrem aliquem, utpotè liberos, vel alia pretio digna, quæ unius sunt, alteri concedendo, onus pecuniæ alicui solvendæ imponendo sine causa rationabili evidenti: officia inferiorum non sibi debet assumere libenter, nisi ex urgente causa.

Licentias, quæ per alios expediri possunt, raro debet per se ipsam debet, sed potius Patres ad Præ-

§. 7.

§. 8.

la-

latos suos ordinarios pro eis mittere, & si quas dederit, quæ secretum non requirant, factum Ministris Provincialibus, vel Conventualibus (prout magis conveniens fuerit) significare debet.

§. 9.

Diligenter quidem provideat, quomodo studia, in quibus (post Dei cultum, & iuculpatos vitæ mores) fundamentum Religionis consistit, per univrsam Ordinem sollicitè continuentur, & maximè quomodo studia in fervore, & assiduitate lectionum, & disputationum conserventur, & apti ad studium per singulas Provincias ordinis promoveantur, & ad hæc crebrò per literas (maximè in Capitulis Provincialibus) Ministros Provinciales, Diffinitores, & alios debet inducere, & movere.

§. 10.

Præterea curet sollicitè, & provideat quomodo Ordo noster, si in aliquibus Regnis, aut Provincijs debilis sit, roborari, & augeri possit, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, tam in novarum domorum ædificatione, quam in aiarum reparatione, & ad hæc vigile, & insistat, ac Provinciales instantissimè moneat, & hortetur.

In-



Infuper cum (non sine animi dolore) experti sumus, quàm grave detrimentum univèrsus ordo sit perpeſſus, ex eo, quod (erè per integrum ſæculum) Generales præſentialitèr non viſitaverint Provincas, ideò, vt in poſterum tam pernicioſa conſuetudo pœnitus extirpetur, inviolabiliter ſancimus, quod Reverendiſſimus Pater Generalis, nec Viſitatores, nec alios quocumque, qui eius vices gerant, in Provincijs deputet, ſed quod per ſe meipſum, legitimo impedimento ceſſante, eas moderetur, & viſitet, hortamur in Domino, vt tanquam bonus Paſtor totius gregis, omniumque ovium ſuarûpoſſit vultum ſuum agnoſcere. Alioquin ſuorum Prælatorum ordinariorum auctoritati, aut iurisdictioni præiudicium non inferat. Et cum per ſe ipſum viſitaverit, ea omnia obſervare tenetur, quæ in his conſtitutionibus præcipiuntur, præciſè in Capite de Provinciarum viſitationibus contenta.

S. 111

Si contigerit Reverendiſſimum Miniſtrum Generalem ad altiorem dignitatem (puta Epiſcopatum, aut aliquid ſimile) aſſumi, aut è præſenti vita diſcedere, aut qualibet alia ex ~~cauſa~~ deficere: re-

S. 112

gimen Ordinis manere debeat usque ad Capitulum Generale futurum apud Ministrum Provinciale, vel ( si etiam mortuus fuerit ) ad Præsidentem illius Provinciae, in qua Generale Capitulum celebrandum fuerit, qui Vicarius Generalis totius nostri Ordinis, vacatione durante nominetur, & qui teneatur Vocales mone- re, & convocare tempore debito, ut conveniant ad domum, seu Conventum, ubi secundum assignationem factam in Capitulo Generali antecedenti debet celebrari Capitulum, & elegeri Minister Generalis pro universo ordine.

## CAPUT XXXVIII.

### De officio, & potestate Ministri Provincialis.

**S. I.** **M**inister Provincialis totius Provin-  
ciae curam gerat, ipsique (salvo sem-  
per mandato, & reverentia RR. Generalis)  
Ministri, & Fratres omnes suae Provin-  
ciae, tanquam Patri, & Pastori promptè  
obediant, & debitam subiectionem, &

reverentiam cum humilitate ubique locorum exhibeant. Qui verò Ministro Provinciali obedire recusaverit, & in ipsa inobedientia obstinatus per diem, & noctem permanserit, pœnæ gravioris culpæ subiaceat.

Provincialis postquam electus fuerit, §. 2. debeat maxima cum diligentia curare, ut intra sex menses à die suæ electionis eius confirmationem à Reverendissimo Ministro Generali petat, dummodò non adsit legitimum impedimentum, quod si in hoc negligens fuerit, in Capitulo sequenti graviter puniatur: ipse verò Minister Generalis confirmationem concedere teneatur, constituto sibi de legitimitate electionis, & de idoneitate Electi, quam citiùs possit, ut nullus de negligentia in re tam magni momenti arguatur.

Minister autem Provincialis in principio sui regiminis cum timore, & tremore §. 3. incedat, nullas novitates inducat, quòusque magis per experientiam, quàm per aliam sapientiam sit edoctus mutationes paucas faciat, quòusque de statu Provinciæ, Conventuum, aut Fratrum notitiam habeat plenior. Fratrum Deum timentium, & Religionem zelantium, &

ampliori discretione pollentium consilijſe  
adhæreat, notam faciendi partem ali-  
quam, aut particularitatem (ſi forté inter  
aliquos reputetur) pro viribus declinet,  
& caveat, ne ex amore privato, vel fami-  
liaritate aliquid faciat non faciendum, aut  
facere videatur.

§. 4. In primis autem diligenter legat, & no-  
tet, quæ de officio Generalis ſcripta ſunt,  
& ea, quæ ſibi competunt ſecundum ſuum  
officium opere adimpleat. Regulam, &  
Conſtitutiones, & acta Capitulum ſe-  
cum portare debet, ut ea in primis ſer-  
vet: deindè cæteros ad illorum obser-  
vantiam verbo, & exemplo efficaciter  
inducat.

§. 5. Item ad illum pertinet licentias Ordi-  
nandorum dare, Confessionarios, & Con-  
cionatores ab Examinatoribus approba-  
tos exponere, iſiſ qui ad ſtudium ſunt  
deſignandi, licentias dare, & ſi aliquis  
Religioſus à domo ſuæ aſſignationis ul-  
tra dietam pro aliquo caſu debeat exire,  
de ſua licentia debet eſſe.

§. 6. Ad ipſum etiam pertinet commune  
bonum Provinciæ procurare, ſive erga  
maioſem Miniſtrum; ſive in Capitulis  
Generalibus, & Provincialibus. De hiſ,  
quæ



quæ viderit corrigenda, vel facienda (si ea per se non potuerit commodè expedire) memoriam facere, & ipsa capitulorum tempore repræsentare. In emergentibus necessitatibus Fratrum in diversis locis consilium dare, aut remedium, & sive per recursum ad Curiam Romanam, sive alijs modis (prout necessitates exigunt) ad communem Provinciæ pacem, dare operam efficacem.

Partes aut partialitates (si quæ sint) pro viribus auctoritate, instruendo unitatem, & concordiam ponendo. Quærellas (si quæ sint) inter Conventus circa terminos, vel alia quæcumque terminare, quàm citius. Conventus novos, qui evidenter reputantur vtilis procurare. Quod Fratres ubique pacem habeant erga Clerum, & Populum, & Prælatos alios laborare. Quod metas privilegiorum, vel concessionum in confessionibus audientibus, vel absolutionibus, & dispensationibus Fratres non transgrediantur, & quod ad hæc exequenda, non ponantur Fratres, nisi sufficientes monere, & cavere. Discursus etiam Fratrum debet restringere, nec permittere, quod aliqui discurrant propter negotia, quæ possunt per literas expediri.

S. 71

S Te,

§. 8.

Teneatur etiam quilibet Minister Provincialis quolibet anno ex primis duobus sui triennij suam Provinciam, & singuloseius Conventus per se ipsum personaliter visitare, ita vt, ultra duas visitationes, nullam aliam facere possit: si verò propter aliquam infirmitatem, aut legitimum impedimentum per se ipsum Provinciam visitare non possit, vices suas committat alicui ex gravioribus eiusdem Provinciæ Patribus, qui nomine ipsius, aut omnes domus, aut eas saltem quæ magis indigent, visitet, in quibus si aliquod negotium grave se obtulerit, nihil circa illud sine ipsiusmet P. Provincialis consilio, & assensu resolvatur, aut diffiniatur. Atque tam ipse, quàm illi, qui eius nomine domum aliquam visitaverint, ea omnia observent, quæ in Capite de Visitationibus faciendis præcipiuntur.

§. 9.

Patre Provinciali mortuo, vel amoto, sigillum, & regimen Provinciæ pertineat ad illum, qui in eodem Capitulo Provinciali fuit electus in primum Diffinitorem, qui Præses Provinciæ nominetur, eodem modo, atque cum eadem authoritate, & potestate Provinciam gubernet, quæ concessa erat, & per has constitutiones con-

ceditur eidem Ministro Provinciali usque dum triennium compleatur à celebratione Capituli Provincialis præteriti: quo tempore ea tantum possit, & debeat per se ipsum agere, quæ Pater Provincialis si mortuus non fuisset facere deberet, aut posset: taliter, quod si in ultimo anno sui triennij moriatur, vel amoveatur, nullam visitationem facere possit: sed solus Visitator, ad cuius officium attinet eo anno Provinciam visitare.

Et quia Provinciæ exiguæ sunt, & non nimis latæ, statuimus, quod nullus Provincialis, aut Præses Provinciæ possit instituire Vicarium Provinciale, nisi cum ipse à Provincia dicefferit, vel causa accedendi ad Capitulum Generale, vel alia quacumque, & tunc debeat suas vices committere, cui voluerit ex quatuor Diffinitoribus Provinciæ: quod ad singulorum domorum, & Fratrum bonum regimen attinet, non debet solo vnus arbitrio indiffinitè relinqui.

\* \* \*

§. 102

## CAPUT XXXIX.

De officio, & autoritate Reverendi  
Procuratoris Generalis nostri  
Ordinis apud Romanam  
Curiam.

**S. 1.** **R**everendus Pater Procurator Generalis omnia negotia nostræ Religionis (quæcumque illa sint) in Romana Curia tractanda autoritate præsentis Constitutionis agere, & prosequi in omnibus, & singulis plenariè possit; atque etiam illi facultatem concedimus quancumque necesse fuerit, quod liberè possit vnum, vel plures Procuratores substituere ad lites, & causas, ac cætera negotia expedienda, cum limite tamen, quod in arduis negotijs, si possibile fuerit, Reverendissimus Pater Generalis Minister consultetur.

**S. 2.** Semper præsens debeat esse in Romana Curia, neque ab ea discedere, nisi ad breve tempus, vel ob urgentissimam causam,



iam, ac de licentia Reverendissimi, si non nimis distaverit.

Curam etiam habeat publici depositi, sive archivij, in quo continentur omnes processus, bullæ, tituli, & alia huiusmodi, quæ vel ad totum Ordinem in communi, vel ad aliquam Provinciam, aut Conventum in particulari pertineant, de quibus omnibus promptam, & exactam rationem reddere teneatur.

§. 3.

Eidem quoque Reverendo Procuratori Ordinis, omnes, & singuli Fratres ad locum Curiaë declinantes literas obedientiaë præsentent (nisi adsit in eadem Curia Reverendissimus Generalis) & quam primum fieri possit, causam pro qua venerunt, integrè aperiant ei, & exponant, & tam in his, quàm in alijs negotijs ipsi obediant, & secundum eius consilium, & mandatum se regent.

§. 4.

Nullos Fratres Romam petere Superiores permittant, nisi prius ab Eminentissimo Protectore, vel Reverendissimo Patre Generali licentiam in scriptis impetraverint, quam facultatem Provincialis ipse ex causa communi totius

§. 5.

tius Provinciæ dumtaxat, huiusmodi  
facere valeat. Contrarium facientibus  
declaramus, inflictas esse vocis acti-  
væ, & passivæ pœnam; super quam  
nullus possit dispensare, nisi Summus  
Pontifex, iuxtâ constitutionem fœ-  
licis recordationis Clementis Octa-  
vi.

S. 6.

Ministro, aut Superiori Conven-  
tus cuiuslibet nostri in Romana Curia  
liceat Summum Pontificem, & univer-  
sos Cardinales, ac etiam alios Præla-  
tos, & Curiales interdum pro devo-  
tione, & benevolentia eorum captan-  
da, & retinenda visitare, & pro elee-  
mosynis Conventus dumtaxat petendis,  
vt moris est, ire, vel mittere; alioquin  
neque Minister, aliufvè Superior, neque  
vllus Frater Ordinis pro se, vel pro  
Ordine, aut pro aliqua Provincia, vel  
Conventu, neque pro aliquo Fratre, aut  
persona petere, procurare, aut impetrare  
præsumat absque Reverendi Procurato-  
ris scitu, & licentia: illum verò, qui  
aliter facere præsumperit: tamquam te-  
merarium nostrorum mandatorum præ-  
varicatorem increpet, & corrigat se-  
cundum quod delicti qualitas sibi sua-  
de-

debit, & tenore constitutionum servato.

Illos autem qui in eundo ad Curiam, vel ibidem stando aliquid dicto, vel facto commiserint, propter quod possit noster Sacer Ordo nota infamiae denigrari, corrigat, & puniat secundum quod culpa delictorum requirit. Qua propter praeter carcerem communem Conventus habeat Reverendus Pater Procurator vnum alium carcerem firmum cum compedibus pro apostatis, & scandalosis Fratribus in conspectu Curiae Ordinem deturpantibus inibi detrudendis. Excessus tamen commissos à Fratribus pro Conventu Curiae designatis, aut in eo commorantibus, disciplinae Patris Ministri Conventualis omnino relinquat.

§. 7.

Si quando tamen simul concurrere contingat Reverendum Patrem Procuratorem Ordinis, cum Reverendo Patre Provinciali Italiae, aut cum Ministro Conventuali in Choro, videlicet, aut Refectorio, districtuque suo, infra illos sessionem debere habere declaramus: licet enim ab eorum iurisdictione omnino immunis debeat esse,

§. 8.

volumus; tamen Prælatorum ordinario-  
rum authoritati præiudicium infer-  
ri.

§. 9.

Cum ergo in omnibus, quæ de  
rebus Ordinis in Romana Curia venti-  
lantur, univèrsus Ordo in providentia,  
ac sollicitudine Reverendi Procuratoris  
Generalis omnino quiescat; omni stu-  
dio, & diligentia in expeditione ip-  
sorum negotiorum vigilet, & persistat;  
ne irrecoverabiliter pereat Ordini, quod  
deberet sua sollicitudine procurari; ipsi  
verò Reverendo Procuratori Minister,  
& cæteri alij Fratres de Conventu, tan-  
quam legitimi suæ Religionis filij in  
opportunitate, ut par est, assistant,  
ipsūque revereantur.

§. 10.

Præcipuè verò laborare, & invigi-  
lare debet in eo, ut nostræ Constitu-  
tiones, tam à Superioribus (quicum-  
que illi sint) quàm ab inferioribus in-  
temeraté observentur, videlicet impe-  
diendo, & pro viribus procurando, ne  
ab Apostolica Sede fictis relationibus,  
sinistrisve expositionibus literæ extra-  
hantur subreptitiæ, aut dispensationes  
obtineantur pro dictis Constitutionibus  
non adimplendis.

Habeat



Habeat vnum socium, ac etiam  
vnum famulum, & tam ipsi, quam  
illis de bonis totius Ordinis sufficien-  
ter ad sustentationem provideatur: at-  
que (dum dicta bona non fuerint) con-  
tribuere debeant omnes nostri Ordinis  
Provinciae singulae iuxta ipsarum posse,  
ac iuxta taxationem faciendam in Ca-  
pitulo Generali. Quod si ex dicta con-  
tributione aliquid superfuerit, in com-  
munibus negotijs expediendis poterit  
expendi; atque de omnibus exactam  
rationem accepti, & consumpti in Ca-  
pitulo Generali teneatur praebere.

§. 11

Si vero contingat, Reverendum Pa-  
trem Procuratorem e praesenti vita de-  
cedere, aut privari, aut renunciare  
suo officio, antequam officium illius  
(quod de capitulo ad capitulum gene-  
rale durare debet) compleatur, volumus,  
vt loco illius succedat primus superstes  
ex sex Diffinitoribus Generalibus in Ca-  
pitulo Generali electis pro toto tempo-  
re, quod illi deficiebat ad suum officium  
finiendum cum eadem potestate, & au-  
thoritate; & quod accedente ad Roma-  
nam Curiam tradantur illi claves Ar-  
chivij communis, tituli, processus, bona,  
&

§. 12.

& pecuniæ, quas defunctus habebat; quæ omnia, & alia quæcumque exigere debeat à Ministro Conventuali illius domus, in qua degebat, quem declaramus etiam debere prius succedere in dicto officio, pro toto illo tempore quo ad Romanam Curiam prædictus successor non accesserit.

§. 13.

Si verò primus ex Diffinitoribus superstes noluerit, aut non potuerit, secundus sit, ac deinceps alij. Si autem nullus ex Diffinitoribus voluerit successionem acceptare, in procuratione generali vsque ad finem officij succedat Minister Conventus Sanctæ Franciscæ Romanæ.

## CAPUT XL.

### De Officio, & Authoritate Diffinitorum Generalium.

§. 1. **D**iffinitores Generales, qui secundum nostræ Regulæ præscriptum, durante Capitulo Generali, vna cum maiori Ministro corrigendi, & diffiniendi omnia,

omnia , quæ : corrigenda , & diffinien-  
da sunt , potestatem habent , extra ca-  
pitulum etiã , & vsque dum alij in ca-  
pitulo eligantur , cum nomine , & au-  
thoritate manere decernimus , vt in re-  
bus arduis , & maximi momenti Reve-  
rendissimus Minister Generalis eos con-  
sulat per epistolas , si fuerint absentes ;  
aut per verba , si præsentis fuerint , vel  
commodè possint ad eum accedere , præ-  
cipuè verò circa negotia vniuscuiusque  
Provinciæ , vt ab ipsis habita veritatis  
forma , secundùm eam possit meliùs de  
iustitia providere .

Accedente tempore Capituli Gene-  
ralis convenire teneantur prædicti Diffi-  
nitores in domo ad capitulum designata ,  
vbi vna cum Reverendissimo nostro exi-  
stentes auctoritatem habebunt diffinien-  
di omnes , & quascumque difficultates ,  
quæ circa legitimationem suffragiorum  
ad dictum capitulum rectè celebrandum  
occurrerint , & quidquid ipsi ita diffinie-  
rint ad effectum suffragandi in tali  
capitulo dumtaxat ratum  
habeatur .

S. 27

\* \* \*

## CAPUT XLI.

De Officio , & Potestate Diffi-  
nitorum Provincia-  
lium.

**S. 1.** **D**iffinitores Provinciales , illi videlicet , qui in quolibet Capitulo Provinciali iuxta prædicta eligi debent , non solum existentes in capitulo , ut ibi dictum est , corrigendi , & diffiniendi omnia , & singula , quæ pro sua Provincia corrigenda , & diffinienda sunt potestatem debent habere : sed toto etiam tempore usque ad aliud capitulum , in eadem auctoritate perseverabunt ; illosque Reverendus Pater Provincialis consulere tenebitur , quotiescumque gravitas , vel arduitas rerum diffiniendarum postulaverit.

**S. 2.** Si aliquis ex quatuor Diffinitoribus deficiat qualibet ex causa , videlicet , quia è vita migravit , aut quia in alterius officium successit ( puta Provincialis , aut Vi-

fit a -



fratoris) tunc loco illius subrogari debeat primus ex quatuor in Capitulo Provinciali (vt supradictum est) nominatis ad supple-  
 plendum defectum Socij Patris Provincialis ad Capitulum Generale, hanc  
 optionem in prædictis per sexennium du-  
 rare decernimus: atque sic subrogatus  
 Diffinitor exinde nuncupetur, & ultimum  
 inter quatuor Diffinitores locum habeat,  
 vt nunquam hic numerus ex quacumque  
 causa deficiat. Alia plura, quæ Diffinito-  
 ribus competunt suis in locis dicta ma-  
 nent, & amplius dicentur. Quæ omnia  
 ita strictè observari volumus, vt à nullo  
 nostri Ordinis Superiore possint variari,  
 aut immutari quacumque ex causa, quod  
 si secùs factum fuerit, irritum sit.

## CAPUT XLII.

### De officio, & potestate Ministri Conventualis.

**M**Inor verò Minister omnium Fratrum do-  
 mus suæ audiat confessiones: dummodo  
 verecundia repetiti excessus occasionem mini-  
 me

Tex. II, 245

*mè præbeat tardius Prælati suis, vel minus purè, quam deceat confitendi: sollicitè verò Minister provideat, ut præcepta regulæ sicut cæteri Fratres per omnia teneat.*

§. 1. **M**inister Conventualis omnium Fratrum suæ domus audire debet confessiones, ut in regula disponitur: sic quod per se, vel per alios Fratres à se delegatos id faciat. Quapropter ordinamus, & præcipimus, quod omnes Ministri in suis Conventibus aliquos Fratres nominent, qui loco sui audiant Fratrum confessiones. Qui verò sub Patris novitiorum cura sunt, ipsi confiteri teneantur, nisi ipse novitiorum Pater aliquando cum aliquo dispensaverit. Si quis præter hos alicuius Fratris confessionem audire præsumpserit, tam Confessor, quam confessus graviter puniatur.

§. 2. Inhibemus autem, ne aliquis Frater alicui extraneo Sacerdoti, sive sit Religiosus, sive sit Sæcularis confiteatur, si copiam confessorum nostri Ordinis habere potuerit.

§. 3. Prælati, tam Provinciales, quam Conventuales poterunt absolvere suos subditos ab omnibus casibus reservatis Religio-

gioni, dummodo Reverendissimo Patri nostro Generali præcisè reservati non fuerint.

Casus verò, à quibus nullus confessor aliquem Fratrem Ordinis nostri absolvere potest sine speciali Prælati licentia, hi sunt: videlicet, furtum de re notabili, sive res ablata communis sit, sive alicuius vsui deputata. Voluntarius omnis lapsus carnis: coniuratio omnis, aut conspiratio: simonia, tam in dante, quàm in accipiente: percussio ex animo deliberato facta: incendium; & si quem contigerit sine licentia extra loci septa exire de nocte; apostasiam committere, vel alicui persuadere: claves falsas habere, & Superiorum nomina, vel subscriptiones falsificare: & alij, quos etiam ipsi Ministri poterunt reservare, dummodo sint ex contentis in Bulla sælicis recordationis Clementis VIII. xxvj. Maij M. DXCIII. expedita; confirmata à Sanctæ memoriæ Urbano Octavo die xxj. Septembris M. DCXXIV. vltra quos alij reservari non poterunt, nisi matura discussione, & consensu Capituli Generalis, aut Provincialis.

Quando autem alicui peccato reservato annexa fuerit aliqua censura, non suffi-

§. 4.

*Casus reservari à quibus non possunt absolvi Religiosi, nisi à solo Prælato.*

§. 5.

cit

cit petere licentiam absolventi à peccato, sed oportet, vt fiat mentio censuræ annexæ: & quod confessor petat à Prælato licentiam, per hæc verba: *Concede mihi potestatem tuam ad absolvendum*: aliter nulla erit absolutio, quamvis detur.

§. 6. Minister cuiuslibet domus poterit absolvi à suo Confessore (videlicet ab illo, quem ipse elegerit) ab omnibus casibus sibi reservatis, non tamen ab illis, qui Patri Provinciali, seu Reverendissimo Patri Generali fuerint reservati. Similiter Pater Provincialis absolvi poterit ab omnibus, præterquam ab illis, qui Reverendissimo Patri Generali fuerint reservati.

§. 7. Præterea cum Fratres nostri Ordinis divinis sint officijs mancipati (maximè Presbyteri) statuimus, & ordinamus, quod non solum die Dominica, verum etiam qualibet die, si necessitas exegerit, confiteri debent, & si se dispositos invenerint, celebrare. Cæteri verò omnes non Presbyteri qualibet die Dominica confiteantur, & decimo quoque quinto die communicent; at tempore Adventus, & Quadragesimæ qualibet die Dominica, & confiteri, & Sanctum Eucha-



rística Sacramentum sumere debent : & similiter Feria quinta in Cœna Domini omnes Fratres cuiuslibet Gradus, Ordinis, & Dignitatis de manu Prælati venerabile Eucharistiæ Sacramentum sumere debent humiliter. Qui vero sine manifesta, rationabilique causa, & sine expressa Prælati licentia in aliquo ex prædictis diebus à communione abstinerit, in pane, & aqua semel ieiunet : Sacerdotes etiam aliqua infirmitate impediti, diebus prædictis cum non Sacerdotibus communicare teneantur.

Sed ne lateat, aut ignoretur hora, unde incipit hæc potestas in Ministris electis, & confirmatis, ordinamus, vt quam primùm accesserit vnusquisque ad domum suæ administrationis literas patentes suæ electionis in Capitulo præsentare teneatur, quibus lectis, & intimatis tenentes Chorû incipiant hymn. *Te Deû laudamus.* Et in Processione cum Ministro ad Chorum, vel Ecclesiam ibunt, & finito hymno, Ministro genuflexo, Vicarius, seu Præses clara voce dicet. *Kyrie, &c.* & Conuentus prosequatur, *Christe, Kyrie, Pater noster.* Quo dicto sub silentio, dicat clara voce. *Et ne nos inducas in tentationem.* Resp. *Sed libera*

290 *Liber I. Confit. Gen. exponent. Reg.*  
*bera nos à malo. Vers. Salvum fac, &c. Resp:*  
*Deus meus, &c. Vers. Mitte ei Domine auxi-*  
*lium. Resp. Et de Sion tuere, &c. Vers. Effo*  
*ei Domine turris, &c. Resp. A facie inimici.*  
*Vers. Domine exaudi, &c. Resp. Et clamor*  
*meus, &c. Vers. Dominus vobiscum. Resp.*  
*Et cum spiritu, &c.*

## OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, mi-  
ferere famulo tuo Ministro  
huius nostri Monasterij, & di-  
rige cum secundum tuam cle-  
mentiam in viam salutis æter-  
næ; vt te donante tibi placi-  
ta cupiat, & tota virtute per-  
ficiat, & nos famulos tuos, at-  
que Universum Ordinem no-  
strum ab omni adversitate cu-  
stodi. Per Christum Dominum  
nostrum. Amen.

§. 9. *Sedeat Pater Minister in sella, & om-*  
*nes*

nes Religiosi illi obedientiam præstent, & officiales claves omnes officiorum ei humiliter tradant.

Si aliquis in Ministrum electus ( non tamen in possessione positus ) aliqua ex causa misericordiam petendo, non acceptaverit, Pater Provincialis renuntiationem admittat. Ipse verò qui non acceptavit privatus voce passiva maneat ad aliud quodcumque officium Ministri per sex menses: sed quilibet acceptans intra octo dies teneatur exire à domo, in qua est, & ad suam administrationem cum brevitate pervenire.

Ultra illa etiam, quæ pertinent ad potestatem absolvendi à peccatis, & à casibus supradictis: residet in Ministris Conventualibus obligatio coercendi suos subditos à peccatis, quantumvis minimis, vel leniter hortando, vel acriter increpando, aut tandem puniendo secundum quod gravitas, aut quantitas delictorum postulaverit. Cum enim illi tradita sit cura animarum suorum subditorum, de quibus debet rationem reddere Deo, indè est, quod omnes debeat ad humilitatem, obedientiam, paupertatem, castitatem, aliasque virtutes frequenter hortari, & mo-

vere, maximè Sacerdotes, & antiquiores: nam ad progressum in virtutibus faciendum, multum confert antiquiorum exemplum, iunioresque sic faciant, sicut ipsis facere vident.

§. 12.

Ad horas Canonicas temporibus statutis Domino Deo reddendas in Choro, & extra sollicitet, easque semper in Choro pro more dici, aut cantari distinctè, & devotè faciat, quibus semper intersit, nisi sit negotio communi occupatus.

§. 13.

Fratres ad invicem in vinculo pacis, & charitatis coniunctos conservare procurat. Si autem sciverit, quod aliquis Frater ex deliberatione, & pro animi affectu alicui Fratri non loquatur, statim eum, vel eos moneat, ut omni livore deposito ad invicem loquantur. Si verò aliquis sic admonitus infra diem naturalem, se non emendaverit, illum severe puniat, & corrigat, secundum quod salutis, ac emendationi ipsius visum fuerit expedire, tam ipsi, quam Patribus à consilijs. \* *Ad ipsum*, etiam spectat in casibus emergentibus aliquem ex Fratribus ad id idoneis Secretarium, aut Actuarium instituire pro ijs instrumentis faciendis, quæ in suo *Conventu necessaria fuerint.* \*

*Alia*



Alia plura pertinentia in hac materia ad officium Ministri Conventualis dicta manent in capit. *De Fratrum necessitatibus subveniendis* : à quibus propterea nunc abstinemus, alia multa dicturi suis in locis.

§. 14.

Ultra quod ad illum pertinet Fratribus è Conventu exire volentibus licentiam dare, aut negare, prout illi visum fuerit magis convenire, illosque mone-re quando opus erit, vt domi, ac foris ità modestè, ac religiosè incedant, vt omnibus devotionis signa præbeant, & qui ex aduerso fuerit, vereatur nihil habens malum dicere de illis.

§. 15.

Minister in suo Monasterio toto sui officij tempore debitam residentiam faciat, ita vt rarò admodum ad distantia loca proficiscatur extra ipsum Conventum ultra tres dies sine magna necessitate mansurus : super quo vigilet Reverendus Pater Provincialis, ac si secus fecerit, arguat, & si necessè fuerit, puniat. Si autem pro vtilitate Conventus quandoque forte aliter expedierit, & evidens necessitas exegerit, de licentia Provincialis plus detineri poterit, sicut gravitas rei, & negotij opportunitas postulaverit.

§. 16.

**S. 17.** Et quia gravia incommoda in perniciem nostri Sacri Ordinis insurrexerunt ex perpetuitate Ministrorum in aliquibus Provincijs : ad illa radicitus evel- lenda districtè prohibemus, ne de cæte- ro fiant electiones, nominationes, seu deputationes Ministrorum Conventua- lium ultra triennium ; si secus fiant, sint irritæ, & inanes.

**S. 18.** Quapropter ordinamus : quod nul- lus Minister ultra tres annos sui officij tempus extendere possit, \* *nisi aliquis* ex his qui ad Capitulum Generale concurrunt suffragaturi, aut Concionem, vel publicas disputationes facturi, Minister sit alicuius Conventus, in quo instet electio faciendâ tunc temporis, quando ipse in eundo, stando, vel redeundo est legitimè detentus ; tunc enim ipsius offi- cium prorogabitur, sicut de Provincia- le concurrente ad Capitulum Generale *remanet dictum* : \* & nisi fortè in illis Provincijs, vbi Ministri eliguntur in Diffinitorio, & Capitulum Provinciale extendi contingat : in quibus nec qui intra triennium pro vacatione alicuius domus fuerit electus, in Ministrum illius ultra capitulum sequens possit extendi, sed

sed omnes in Capitulo sua officia finiant  
 vt in eodem capitulo omnes creentur:  
 & quicumque hanc nostram constitutio-  
 nem infringere ausus fuerit , tam Mini-  
 ster , quàm Superior (quicumque ille sit)  
 illum eligens , aut nominans , omni offi-  
 cio , & dignitate Ordinis sint in perpe-  
 tuum privati.

Quicumque Minister toto suæ ad- §. 19.  
 ministrationis triennio nihil utilitatis  
 domui nostri regulari sibi commissæ (tam  
 in ædificijs reparandis , quàm denuò con-  
 construendis , vel in acquirendo bona , &  
 census) attulerit , privetur per triennium  
 sequens voce passiva à Præsidente Capituli  
 cum Diffinitoribus.

Præcipimus etiam , & mandamus §. 20.  
 omnibus , & singulis Ministris , vt maxi-  
 mam curam adhibeant in facultatibus  
 domorum conservandis , & augendis,  
 taliter vt vnusquisque in suo triennio  
 Iudicis \* Regularis , deputati à *Commu-  
 nitate* , \* *authoritate* , visitet , aut visita-  
 re faciat prædia , aut domus , & huius-  
 modi , quæ locata fuerint , atque de hu-  
 iusmodi visitatione ferat ad Capitulum  
 Provinciale testimonium authenticum,  
 aliàs in ipso capitulo graviter puniatur.

S. 21.

De omnibus rebus etiam ad domum spectantibus, tam in spiritualibus, quam in temporalibus Reverendum Patrem Provinciale per literas suas (quolibet mense ad minus) certiore faciant omnes Ministri, ut ipsi de necessarijs provideat, immo etiam si nulla necessitas fuerit, debent scribere, qualiter omnes in domo sint. Contrarium facientes poena gravis culpae puniantur pro prima vice, & si creverit culpa, crescat, & poena.

S. 22.

Item praecipimus, & mandamus, sub gravissimis poenis subeundis omnibus, & singulis Ministris, ne sint Iudices in alienis causis, neque iudicaturas huiusmodi acceptent sine licentia Patris Provincialis, aliter facientes, sciant ab ipso Patre Provinciali graviter esse puniendos.

S. 23.

Tempore ordinato, & praefixo ad Capitulum Provinciale debeat accedere Minister, secumque portare, aut facere, ut accedant omnes Vocales suae cuiusque domus, illius expensis, de quibus tempestive debeat providere non solum de necessarijs pro eundo, sed etiam pro revertendo. Quod si aliquis sine le-  
gi-



gitimo impedimento ire recusaverit, aut aliter fecerit, vel facere omiserit, tanquam huius nostri præcepti transgressor in eiusdem Capituli Diffinitorio ab omni officio cum cura animarum in nostro Ordine exercendo, per quinquennium priuaretur.

## CAPUT XLIII.

De officio, & potestate Vicarij  
Conventualis.

**I**N quolibet Monasterio nostri Ordinis §. 1.  
sit vnus post Ministrum, qui Vicarius Fratrum, seu Conventus nominetur, quem Minister de consilio Discretorum sui Conventus instituat, eorumque consilio absoluat, si instæ sint causæ.

Officium Vicarij postquam institutus fuerit, est quærere diligenter à Ministro, & retinere memoriter cuiusmodi potestatem vult cura habere, siue in absentia, siue in præsentia, & non se ultra extendere. Ipsius etiam est conservare memoriter mandata, & ordinationes sui §. 2.  
Mi-

Ministri, & Provincialis, seu Visitatoris, & Capitulorum Generalium, seu Provincialium, & dare operam, ut Fratres eas exequantur. Item ipsius est, Ministrum adiuuare fideliter, & quærilorum: ac perturbantium non se receptorem exhibere: & de his quorum curam iniunxit Minister (ut hospitum, infirmorum, vel huiusmodi) sollicitè seruire, & curare.

§. 3. Ad ipsum quoque pertinet pacem Ministri erga Conuentum quantum potest procurare; pro his quoque, quæ Conuentui vtilia sunt, siue spiritualia ad ipsum intercedere, & quandocumque occurrerit occasio inter Ministrum, & Conuentum esse fidelem mediatorem. Ipsi etiam Ministro debet maiora (quando emergunt) seruire, & quæ corrigere non valet ei denuntiare, & de ijs, quæ agenda sunt, & corrigenda frequenter tractare. Item notabilia, quæ emerferint in absentia Ministri, debet eidem cum venerit, referre, licet fuerint correctæ, & circa ea, quæ facienda fuerint ab ipso; cum fuerit oblitus, vel alijs occupatus, seu negligens ipsum monere, & sollicitare.

Ad

Ad eius officium pertinet, omnibus §. 4.  
horis, tam diurnis, quam nocturnis  
in Choro interesse, communi mensæ nun-  
quam deesse, & omnibus alijs obe-  
dientijs primus omnium adesse, vt si  
Minister aliquibus negotijs occupatus  
præfens non fuerit, eius vices gerat,  
tunc enim volumus, & præcipimus,  
vt sicut Ministro ita ei obediatur.

Cum propter processionem, vel fu- §. 5.  
nus, vel alios casus similes fuerit convo-  
candus Conuentus debet de convocâdo ip-  
so, & deducendo, ac reducendo diligentem  
curam habere, & quod non moretur inuti-  
liter expectando procurare: providere  
etiã, quod debito modo, & hora  
campanæ pulsentur ab ijs, quibus in-  
cumbit, & signa alia fiant convocandi  
Conuentum ad omnes, & quoscumque  
actus consuetos.

Ad eius etiã officium pertinet fa- §. 6.  
cere inventaria omnium vtensilium quo-  
rumcumque officialium, vtputa infir-  
marij, cellarij, refectuarij, & similium;  
& priusquam aliquis officium relinquat,  
omnia per inventarium consignet coram  
Vicario, & ab eo per ipsum inventarium ei,  
qui in officio successerit consignentur.

Præ-

S. 7.

Prætereà bis in anno cum Deposita-  
tarijs omnes Officinas visitet, & omnia  
in inventarijs contenta videant, & de  
his, quæ invenerint Ministrum infor-  
ment, ne aliquid per iniuriam perdatur,  
vel consumatur.

S. 8.

Officium Vicarij cum Ministri offi-  
cio debet finiri; \* *taliter, quod deficiente*  
quovis modo Ministro, cuius Vicarius  
aliquis frater extitit, nequeat ex vi præ-  
cedentis assignationis in tali officio illud  
cum subsequenti Ministro prosequi, sed  
deficiente quavis ex causa Ministro, Vi-  
carij officium finiatur; succedatque Vi-  
carius in Præsidentem talis Conventus,  
vsque dum Minister de novo eligendus,  
Ministerij possessionem accipiat ab ipso,  
atque electioni faciendæ similiter præ-  
sideat, nisi casu, quo P. Provincialis  
Præsidentem electionis instituat (viti dici-  
tur cap. 35. de electione Ministrorum;  
in Conventibus facienda) tunc enim in  
electione, Præsidentis munere non funge-  
tur. Quod si ante triennium completum  
Minister moriatur, aut deponatur, vel  
propter renuntiationem ab officio ab-  
solvatur, cum illo etiam Vicarij officium  
finiatur: possit tamen, si subsequenti  
Ministro



Ministro cum Patribus à Consilijs, vel Patri Provinciali (quando Minister negligens fuerit in assignando Vicario) expedire visum fuerit, denuo in Vicarium assumi, usque ad complendum triennium in officio Vicariatus. Transactis autem tribus annis, quibus Vicarij officio functus fuerit, non possit in Vicariū eiusdem Conventus eligi, nisi tribus *annis elapsis*. \*

Si autem mortuo Ministro, aut alio modo deficiente, domus Vicarium non habuerit: Patres Discreti illius Conventus aliquem Fratrem de Conventu illo, & in eo præsentem (antequam comedant, vel bibant) eligere, seu deputare teneantur, qui vices susceptas Ministri obtineat quousque de Ministro competenti Conventus provideatur, secundum formam superius adnotatam.

Mortuo Ministro, non possit Vicarius distribuere bona Ministri defuncti, neque aliorum Fratrum defunctorum, sed omnia in custodia habeat, usque dum Minister de novo electus in domo sit, & de omnibus illis rationem reddat, & etiam de statu, in quo domus remanserit, neque habeat facultatem aliquod opus extruendi.

S. 9<sup>1</sup>S. 10<sup>2</sup>

S. II.

Vacante Vicarij officio, nisi intra tres dies Minister de consilio Patrum Discretorum Vicarium nominaverit, Pater Provincialis de Vicario providebit, vt illi visum fuerit. Vicarius verò nominatus, sive à Ministro, sive à Provinciali, si non acceptaverit, voce activa, & passiva careat per sex menses.

S. II.

Egrediente Ministro de domo semper Vicarius debet in illa manere, ita quod nunquam ambo in vno, eodemque die de domo exeant, sed semper vnus ex illis domi remaneat, nisi pro aliqua magna necessitate. Quod si aliquo casu ambo exierint in vno die, suo loco Pater Novitiorum domi maneat, & præsideat, quod etiam debet fieri in Choro, & Refectorio absentibus Ministro, & Vicario. Si absit etiam à domo Magister novitiorum, præsideat tunc antiquior sessione in omnibus actibus communitatis.



## CAPUT XLIV.

De officio, & potestate Visitatorum  
Provinciae.

**U** Numquemque rationem sui officij reddere iustiae æquitas exposcit, & nullum à munere sibi commisso iniudicatum absolvi, ne aliquis absque iudicij timore proprijs affectionibus deductus à recto deficiat regimine. Et licet vltimi, & tremendi iudicij certitudo sufficienter movere posset (immò deberet) quemlibet mediocriter sensatum, vt ab omni iniustitia abstineret; vt tamen sensibilius cohibeamur, sensibilibus huius mortalis vitæ pœnis subiectos, præmijsque expositos nos omnes esse scire convenit, & ad iustè operandum posse non solum præmijs ipsis incitari, sed & obligari terroribus.

Quapropter præter visitationes annuas, quæ in nostris Conventibus fieri debent per Reverendos Patres Provinciales in primo, & secundo anno suorum officio-

rum

§. 1.

§. 2.

rum in quibus tam de Fratrum moribus, ac vita, quam de eorundem Ministrorum excessibus, seu defectibus, rationem habeant eorum omnium, aut virtutes remunerentur, aut vitia corrigantur, oportet etiam ut in tertio anno alia visitatio fiat, in qua non solum de predictis, verum etiam de ipsorummet Ministrorum Provincialium rectitudine habeatur examen, illoque habito, vel sui ipsorum officio satisfecisse monstretur, vel ad aliud simile occupandum reprobati existimentur in posterum.

**S. 3.**

In quolibet ergo Capitulo Provinciali (ut supradictum est) post electionem Ministri Provincialis immediatè debet aliquis ex gravioribus Provinciae Religiosis eligi in Visitatorem illius Provinciae. Qui tametsi ad id munus electus, & deputatus, non possit aliqua in re, aut nomine, aut munere Visitatoris fungi usque dum accedat tempus suae visitationis faciendae, quod incipit à die festivitatis Omnium Sanctorum proximiori Capitulo Provinciali, & ex tunc teneatur, omnes, vel saltem principales Conventus per se ipsum, & non aliter visitare, Fratrumque omnium, tam subditorum, quam

Su-



Superiorum culpas, & excessus secundum ordinis statuta corrigere visitationis tempore. Et si consuetudo aliqua in aliquo Conventu à regula, seu constitutionibus, ordinationibus, vel diffinitionibus inolevit aliena, ab illa præcipiat Fratribus ibidem commorantibus de cætero abstinere, & tam in spiritualibus, quam in temporalibus Provinciam reformare, & ad debitum modum vivendi redigere conetur.

Quod si Reverendissimus Pater Generalis talem Provinciam per se ipsum visitet, & usque ad Capitulum sequens, in eadem persistit, prædictus Visitator toto tempore suæ visitationis, quasi non fuisset electus in Visitatorem reputari debebit ad huiusmodi effectum. \* *Debeat tamen prædictus Reverendissimus Pater Generalis in visitationibus Provinciarum, à se personaliter faciendis, duos secum habere Fratres ex singulis Provincijs, ad hoc in Capitulis Provincialibus eligendis, qui ipsi Generali in visitatione assistant, unus pro Consultore, & alter pro Secretario, quod invalidum prorsus sit quicquid præter Consilium dicti Consultoris, aut ante dictum Secretarium non retu-*

S. 4.

§. 5. Aliter verò eadem auctoritate, & potestate ligandi, atque solvendi, corrigendi, & puniendi gaudebit, quæ huiusmodi Visitatoribus secundum has Constitutiones competunt, salva tamen ordinaria iurisdictione Reverendi Patris Provincialis, cui præiudicium fieri debere non decernimus.

§. 6. Et ne quod in nostri Ordinis scelicio-rem progressum fit, in ipsius Ordinis confusionem vertatur, statuimus, & præcipimus, quod tempore visitationis faciendæ Reverendus Pater Provincialis non permaneat in eadem domo, quæ visitatur, sed ad aliam divertat, in qua cum suo Secretario possit, quæ sui officij sunt (Visitatori non contravenientia) qualia sunt, licentias pro ordinandis conferre, confessionarios, aut Concionatores ab Examinatoribus approbatos exponere, illos qui digni, & idonei inventi fuerint ad nostrum habitum recipiendum admitti, confirmare electiones Ministrorum (si fiant à Conventibus) & denique omnia illa, quæ ad ordinarium gubernium Provinciæ pertinent.

§. 7. Abstineat tamen à Fratibus movendis  
de

de vno ad alium Conuentum, immò & à licentijs concedendis, vt Fratres extra dietam è suis Conuentibus egrediantur, nisi causa prædicationis: eas autem, quas hac de causa concesserit, non possit Visitator (nisi pro aliquo negotio ad ipsius visitationem attinenti) retardare, aut impedire; semperque tempore visitationis diuagationes Fratrum (quamvis licitæ) non permittantur, quin potius absentes, vocentur, & intra Monasterij septa, quantum fieri potest, vt decet, contineantur.

Nullus intra sex menses Capitulo celebrando proximiores possit voce ad ipsum Capitulum quouis modo privari, nisi ex causa, quæ secum annexam habeat privationem ipso facto incurrendam.

§. 8.

Præcipimus etiam, vt tam Patres Provinciales, quàm Visitatores in visitatione vniuscuiusque domus suo tempore facienda non plus quam triginta dierum spatium consumant, & interim visitationem celeriter, ne sint Monasterijs onerosi, debita tamen cum diligentia absoluant, vt sic, & gregem suum meliùs agnoscant, &

§. 9.

quæ necessaria fuerint domui inquirant  
& nullum gravent.

**§. 10.** Accedente autem tempore Capituli, teneatur Pater Visitator suam visitationem complevisse, ita vt quindecim diebus ante illius celebrationem ad eandem domum accesserit, & in ea Reverendo Patri Provinciali dederit copiam culparum, aut gravaminum eidem impositorum à Fratibus eiusdem Provinciæ intra tempus visitationis, vt de illis omnibus ( si quæ fuerint ) satisfaciat suo tempore, & secundùm seriem nostrarum Constitutionum in Diffinitorio ipsius Capituli auditus possit condemnari, aut absolvi iuxta merita, aut demerita, & conformiter ad iustitiam.

**§. 11.** Si contingat Patrem Visitatorem ( postquam ad hoc munus in Capitulo fuit electus ) è præsentis vita migrare, aut alia ex causa deficere, potestas, & authoritas visitandi in integrum pertineat ad primum Diffinitorem in eodem Capitulo electum; quod si etiam hic deficiat, pertineat ad secundum, & sic de singulis.

**§. 12.** Quod idem intelligendum est casu, quo ex defectu Reverendi Patris Provincialis

lis



lis primus Diffinitor acceperit regimen, & sigillum Provinciæ, tunc enim ius visitandi pertinebit ad secundum Diffinitorem ex defectu prædicti Visitatoris. Itaque tali modo duo primi Diffinitores habeant ius ad prædicta officia obtinenda, vt primus succedat loco illius, qui prius obiit, aut defecit. Secundus vero locum occupet illius, qui vltimus obiit, aut quoquomodo defecit.

Si accedente tempore visitationis Visitator electus ad illa facienda aliquomodo se excusaverit, debeat consilium facere primum Diffinitorem, ita tempestivè, vt paratus sit eius defectum supplere, & pro eo, vel loco illius Provinciam visitare: in quo casu declaramus prædictum Visitatorem electum, & à suo munere exequendo se (\* nisi \* ex iustissima causa) excusantem pro sequenti capitulo voce passiva ad omnes, & quascunque electiones in eo faciendas carere debere, vt qui prædicto muneri insufficientis, alijs etiam ineptus existimari debeat.

Quicumque autem Provinciam visitaverit, in Capitulo Provinciali immediate sequenti debet præsidere, non solum

lum pro electione Ministri Provincialis facienda, sed etiam in alijs, imò, & in Diffinitorio toto tempore, quo duraverit, usque dum omnia in dicto capitulo facta publicentur, ut supra dictum est in capite de Capitulo Provinciali, atque huiusmodi præsentia incipere debet post Vesperas feriæ sextæ proximioris ipsi capitulo.

## CAPUT XLV,

De visitationibus, & forma procedendi in eis omnium Superiorum.

**S. I.** **A**ccedente Ministro Generali, five Provinciali, aut Visitatore ad domum nostri Ordinis, Minister Conventualis cum Fratribus suis exeat ad illum recipiendum, ea præbendo urbanitatis, & benevolentia signa, quæ Religiosos decet intra ipsius domus limina: nec aliquis (quicumque ille sit) sæculari apparatu recipiatur, aut recipi permittat,  
quin

quin potius omnes cum humili fraternitate Religiosam auctoritatem debeant coniungere, vt nimius faustus, vel irreligiosa pompa nemini sit materia scandali, aut murmurationis anfa, sed qui paupertatem profitemur, divitibus similes esse velle in nullo videamur.

Postquam igitur domum intraverit die secunda, aut tertia ( vt magis expedire ei visum fuerit ) & hora ad id magis opportuna ad sonum tintinabuli faciat omnes Fratres in capitulo congregari, & postquam omnes, nullo excepto conuenerint: Divinum auxilium invocetur genuflexis Fratribus, alternatimque, & devotè dicentibus hymnum. *Veni creator Spiritus*: sine cantu, *Kyrie eleison*, *Et c.* *Pater noster*. Vers. *Et ne nos*, *Et c.* Resp. *Sed libera nos*, *Et c.* Vers. *Memento nostri Domine in beneplacito Populi tui*. Resp. *Visita nos in salutari tuo*. Vers. *Domine exaudi orationem meam*. Resp. *Et clamor meus* *Et c.* Vers. *Dominus vobiscum*. Resp. *Et cum spiritu tuo*.

S. 2<sup>a</sup>

## O R E M U S.

Deus virtutum cuius est totum,  
 quod est optimum, infere pe-  
 catoribus nostris amorem tui no-  
 minis, & præsta in nobis Re-  
 ligionis augmentum, vt ea, quæ  
 sunt bona nutrias, ac pietatis  
 studio, quæ sunt nutrita custo-  
 dia. Per Christum Dominum no-  
 strum. *Resp.* Amen.

S. 3. **D**Einde surgat, & omnes in Capitu-  
 lo congregatos salutet in Domino,  
 ac si voluerit, breuem sermonem faciat  
 de aliqua spirituali, & vtili materia suæ  
 visitationi consentanea: causam illius  
 omnibus exponendo, & eos in Christo  
 cohortando, ac si æquam videbitur, præ-  
 cipiendo omnibus, vt in facienda visi-  
 tatione Ite Dei seruitio, atque nostræ  
 sacræ Religionis proventui ita intentos



se gerant, vt omni affectione, odio, aut amore postposito ipsi quantum in Domino poterant, veritatem in omnibus, de quibus requisiti: & interrogati fuerint aperiant: atque si aliquid notabile sciverint, vel audiverint de quolibet Fratre (sive Superiore, sive subdito) quod tolerari non debeat, illud idem ipsi charitative revelent: tandemque assignabit horam, in qua visitatio inchoanda sit.

Antequam Minister domus Sacrarium preparari faciat, quod mundum debet esse, sicuti, & cætera loca, quæ debent visitari, & vbi advenerit, tintinabulum pulsetur, & omnes audito eo ad Sacrarium descendant palijs induti, & ad maiorem cappellam in processione modum eant Minister cum suo Conventu, & Patre Visitatore (quicumque ille sit) pretiosiori cappa induto (si non celebrat) omnium ultimo ceroferarijs precedentibus cum Thuriferario procedent ad altare maius, vbi Fratribus omnibus hinc inde simul cum ipso Prælato genuflexis brevem faciat orationem, qua finita ad locum, qui pro custodia Sacramenti est, Prævatus visitans ascendet,

det, & maxima qua decet reverentia inde arcam, in qua Sacrosanctum Christi Domini Corpus clausum manet, educat omnibus Fratribus cantantibus hymnum.

*Pange lingua.*

- S. 5.** Accepta igitur clave, arcam aperiat, & corpus Dominicum Sanctissimum thurificet, & diligenter inspiciat, si decenter sit, & si apto pretioso, vel mundo loco habeatur, & pannis, & corporalibus mundissimis superpositum sit, atque in reliquis omnibus cum debita, aut possibili reverentia tractatum circumspiciens omnia, quæ circa hoc venerabile Sacramentum, dum visitur, annotari debent, ut postmodum præcipiat, & corrigat quidquid præcipiendum, aut corrigendum invenerit.

- S. 6.** Inspecto reverenter Sanctissimo, & Fratribus ostenso, iterum thurificet, & in arca reponat, quam clave clausam super altari relinquat, thurificans dextrum, atque sinistrum cornu eius, & ad medium altaris Sanctissimo se inclinans profundè illud thurificet, & in custodia reposito Ceroferarij cantent *Vers. Panem de Cælo, &c. Resp. Omne delectamentum, &c.* Et Superior visitans dicat orationem. *Deus,*  
*qui*

qui nobis sub Sacramento mirabili , &c.  
 Qua finita altare maius visitet , num  
 mappæ decentes sint, atquè mundæ, num  
 ara integra , & sufficienter capax , at-  
 que an sint omnia sicut decet , & sicut  
 esse præcipiuntur in manuali Romano.  
 Inde descendens lampadem quoque as-  
 piciet , si munda sit, si accensa, si oleum  
 habeat : denique collateralia visitet al-  
 taria , si sint competenter ornata , &  
 munda.

Altaribus in hunc modum visitatis,  
 & Sacramento , ad Sacrarium , sive Sa-  
 cristiam in modum processions redibunt,  
 dicendo : Vers. *Laudate Dominum omnes  
 gentes, &c.* Vers. *Vias tuas Domine demon-  
 stra mihi.* Resp. *Et semitas tuas, &c.* Vers.  
*Domine exaudi orationem, &c.* Resp. *Et  
 clamor meus, &c.* Vers. *Dominus vobiscum.*  
 Resp. *Et cum spiritu tuo.* Oratio. *Actiões  
 nostras, &c.* Quibus finitis omnes ad suas  
 cellas revertantur.

S. 7.

Posteà ad visitandum Sacrarium, &  
 in eo pixidem Sancti Olei pro infirmis  
 asservati , & reliquias (ex quibus nihil  
 vlla ratione auferatur ) procedat.

S. 8.

Minister autem assenti præcipiat li-  
 brum ex arca depositi , in quo , quæ in  
 Sa-

S. 9.

Sacristia habentur scripta reperiunt ut  
 Omnibus igitur ornamentis à Visitatore  
 inspectis, num diminuta, aut alienata sint;  
 si honestis locis, & quibus decet, custo-  
 dita sint, diligenter notabit, & si quidquam  
 defuerit, vel quia sublatum, vel senio, &  
 antiquitate confectum, aut quidquid actum  
 fuerit; in prædicto libro scribi iubeat.  
 Visitetque (clausa ianua) sedes Confes-  
 sationum, & Ecclesiam, vasa aurea, & regen-  
 tea, & preciosa quæque, omne denique  
 Sacrarum thesaurum, & omnia adnotabit  
 adnotanda, ut postea corrigat corrigenda,  
 & laudet laudanda.

**§. 10.** Deinde ad Fratrum visitationem se-  
 quenti modo procedat. Primo Ministrum  
 interroget, num aliquid urgeat, cui sta-  
 tim sit necessario remedium adhibendum;  
 & visitationes præteritas petat: deinde  
 omnes simul benignè alloquatur, & omni-  
 bus benevolam se exhibeat, ne alicuius  
 mentem subeat suspicio, quòd ob sinistras  
 aliquas informationes minùs hilarem vul-  
 tum illi ostendat, eosque ad renovatio-  
 nem spiritus, & studium perfectionis hor-  
 tetur.

**§. 11.** Petat à Ministro, simulque à Patribus  
 à consilijs, & ab antiquioribus domus,  
 vel



vel præcipuis officialibus, vt ea, quæ sciunt alicuius momenti de statu domus, aut de personis referant. Quod si iudicaverit expedire iubere poterit, vt informationes huiusmodi, vel partem earum breviter scribant, & sibi tradant. Scripta autem, quæ secretum continent, clausa ipse diligentissimè seruet, caveatque ne minimò quidem indicio eos, qui sibi aliquid referunt prodant. \* *Nec possit Visitor, aut Reverendissimus P. Generalis, vel index alius contra Fratrem aliquem procedere propter delicta, ultra decennium antea commissa, nisi de licentia Sacræ Congregationis, vel Capituli Generalis.* \*

Huiusmodi informationibus acceptis, & consideratis percurrat cum Ministro catalogum personarum domus, brevemque de singulis ab eo capiat informationem: deindè vocari faciat sigillatim omnes eo ordine, quo in catalogo sunt, vel magis ei convenire videbitur: & singulos seorsum, iuxta instructionem, seu interrogatorium infrapositum, memoriter potius quàm scripto interroget, & quæ advertenda iudicaverit, sibi memoriæ causa scribat. Quod si quid speciale præter ibi dicenda

à quoquam interrogandum sit, ipsius prudentiæ Superioris relinquatur.

§. 13. Hortetur singulos ad veritatem sincere dicendam, ne ipsis imputetur, si morbi, propter eorum silentium incogniti, & latentes curari non possint.

§. 14. Admoneat teneri eos servare sub secreto, quidquid cum eo (quod secretum requirit) tractaverint, licet à quovis alio (quicumque ille sit) de ea re interrogentur.

§. 15. Non facile credat, si quæ forsan contra alios præsertim Superiores dicentur; sed ea notet, & expendat, ut veritatem assequatur, caveatque ne dum subditus consolari studet, debiliores in obedientia, & reverentia erga suos immediatos Superiores illi reddantur.

§. 16. Si quis divisionis, aut dissensionis eorum, qui vna veniunt inter se, vel cum suo capite author esse inveniatur, diligentissimè ab ea domo, velut pestis, quæ eam potest inficere (si præsens remedium non adhibeatur) separandus est.

§. 17. Regulam, & Constitutiones coram Ministro, Vicario, & Patribus à consilij examinabit, & si quas ex consuetudine, aliavè ex causa non observari intellexerit,

consideratis causis, remedia adhibeat, ut observari possint.

Postremò omnium visitet Ministrum domus, circa ea, quæ ad personam, & officium eius attinent, & iuxta ea, quæ ex acceptis eius informationibus collegerit, culpas illi impositas manifestet, ut excusationibus eius auditis, iustum de illis possit haberi iudicium. §. 18.

Sed ut exactè, & integrè omnium rerum in communi, & in particulari, atque de omnibus, & singulis personis, tam Superioribus, quam inferioribus examen fiat: poterunt nostri Ordinis Superiores sequenti instructione uti pro informatione capienda de cuiuslibet Conventus statu, tam in spiritualibus, quam in temporalibus. §. 19.

**Interrogationes communes secundum quas debent interrogare Superiores de suis Conventibus, atque de Fratibus sibi subiectis in communi, & in particulari sunt sequentes.**

*Interr. 1.* AN in ea Provincia, seu Conventu regula, Constitutiones, statuta regularia, & decreta Sedis Apostolicæ, & ordinationes Superiorum servantur? & præsertim circa essentialia Religionis?

*Interr. 2.* An Minister cognoscat suos Subditos observantes, & devotos? Si Canonicas horas recitent, si Choro intersunt die, noctuque? Si nostri Sacri Ordinis observant? Si confitentur, & celebrant diebus quibus tenentur? An orationi mentali omnes assistant debita cura, & hora competenti? Et an ad perfectionem aspirent, vel contra.

*Interr. 3.* Si sciant de aliquo, vel aliquibus in particulari irreligiosè, ac indevotè vivere: paucis diebus celebrare, Choro non interesse, cæremonias contemnere, & quæ pro illius, aut illorum emendatione sunt remedia adhibita, & an parum, aut nihil profuerint?

*Interr. 4.* Quomodo circa Redemptionem Captivorum agitur, utrum pars aliqua de bonis Conventus secundam Capituli taxationem captivis reddatur? Quæ bona immobilia in illa Civitate, aut Oppido; aut intra eius terminum, vel extra habeat ille Conventus pro Captivorum Redemptione;



ne: & vtrum aliqua illorum reparatione, aut recuperatione indigeant? Quæ, & qualis cura adhibeatur à Procuratore pro eleemosynis congregandis? Et si aliquis defectus in aliquo ex prædictis inveniat, quod nam remedium sit pro illo supplendo appositum, aut possit apponi?

An in illo Conventu sit vera inter Religiosos fraternitas, & mutua Charitas, an verò è contrario sint aliqua partialitates, inimicitia, aut rixæ? Qui sint inter se discordes? & quæ media fuerint apposita pro illis componendis, & vniendis, & an profuerint, necnè?

*Interr. 5.*

Qui numerus Fratrum sit in illo Conventu, & an excedat illius substantiæ possibilitatem, itaut de bonis illius, aut de consuetis eleemosynis commodè sustentari non possit? & quot sufficient ad officia Conventus peragenda, & obligationes solvendas?

*Interr. 6.*

Utrum Pater Provincialis admonitus, ea applicaverit media, quæ sui muneris sunt? Et an in corrigendis, aut puniendis, quæ ab eo corrigi, aut puniri deberent, negligens fuerit? Et in quibus signanter?

*Interr. 7.*

An sciant aliqua dicenda, quæ conveniant,

*Interr. 8.*

322 *Liber I. Constit. Gen. exponens. Reg.*  
niant, & observantiæ Religionis, Provin-  
ciæ, aut Conventus illius, vel alterius.

§. 21. Et omnes prædictæ interrogationes  
possunt fieri singulis Religiosis, paucis  
ablatis. Ultra quod fiant subditis, quæ  
sequuntur?

*Interr. 9.* Si Pater Minister debitam curam adhi-  
beat circa ea, quæ ad Divinum cultum per-  
tinent? Videlicet, si curat, ut diebus statu-  
tis sacrosanctum Eucharistiæ Sacramen-  
tum renovetur, & quod semper sit in ea  
reverentia, & honore, qui debet secun-  
dum Conventus possibilitatem, & quod  
reliqua ad Ecclesiam pertinentia munda,  
& ornata semper habeantur.

*Interr. 10.* Si Choro intersit, ac Refectorio, cæte-  
risque actibus communitatis, & præci-  
pue ad horarum solutionem? Si debita  
pausa dicuntur, & an reliqua Divina of-  
ficia competenti solemnitate celebrentur?

*Interr. 11* Qualiter Religiosis provideatur de  
victu, qualiter de vestitu, & utrum fue-  
rit illis datum debitum vestiarium?  
Qualiter cum infirmis agatur, & qua cha-  
ritate tractentur? Qualiter recipiantur, &  
tractentur hospites. An cum ea benigni-  
tate, & hilaritate, qua in nostris constitu-  
tionibus ordinatur?

Si capitula, quæ ordinantur in constitutionibus cum Fratribus frequenter tenet, & si Fratres hortatur ad observantiam regulæ, & constitutionum, ac eis præcipit legere temporibus statutis?

*Inter. 12.*

Qualiter puniat, aut puniri faciat scandalosos, inobedientes Religiosæ quietis perturbatores, & alios huiusmodi?

*Inter. 13.*

Utrum de aliquo in particulari sciat correctione, aut pœna indigere, videlicet si inhonestè vivit, aut de aliqua alia inhonesta familiaritate sit suspectus, aut verba inhonesta loquatur ex usu, aut consuetudine? Si aliquis assiduè, & absque necessitate iurat? Si contra paupertatis votum aliquid Prælato celatur ab aliquo, vel contra eius voluntatem possidetur, aut sine licentia expenditur, & alia similia, quæ committi possunt?

*Inter. 14.*

An bona aliqua immobilia Conventus fuerint alienata, aut pensionibus onerata absque Sedis Apostolicæ licentia, & cæteris requisitis à iure, vel an aliquid, quod ad censum imponi debebat, fuerit consumptum, & quomodo?

*Inter. 15.*

An in faciendis contractibus ea omnia serventur, quæ in nostris constitutionibus

*Inter. 16.*

præcipiuntur, videlicet, an proponantur de consensu discretorum, an resolvantur per viginti quatuor horarum spatium? Et an de consensu communitatis, necné?

*Inter. 17.* An terræ, possessiones, vineæ, oliveta; & alia huiusmodi, si quæ fuerint, quæ ad **Conventuum** sustentationem coluntur ea cura, & cultura tractentur, quæ in melius crescant, & non in deterius abeant.

*Inter. 18.* An alia bona, quæ locantur, vt domus, prædia, horti, & similia visitentur, aut visitari faciant, sicut in constitutionibus præcipitur, & an debitè reparentur, vel per iniuriam labantur?

*Inter. 19.* An de aliqua fraude in computis commissa aliquid observaverit, & an de reliquis officialibus, vt Procuratore, Sacrista, cellario, aut alijs aliquid contra debitam legalitatem cognoverint, aut intellexerint?

*Inter. 20.* Vbi Scholastici fuerint, interroget quomodo literarum studia vigeant, & quàm exactè ferventur, quæ in tractatu de studentibus scripta sunt.

*Inter. 21.* De novitijs roget; quomodo à Patre Novitiorum instruantur, si humiles, si morigeri sint, & quæ spes de vno quo-



quoque habeatur , si admissi sunt secundum seriem nostrarum constitutionum.

Si visitatio fiat à Reverendissimo Patre nostro Generali , aut à Visitatore Provinciæ : aliquas interrogationes poterit addere pertinentes ad personam , & officium Reverendi Patris Provincialis , videlicet. §. 22.

Si Conventum visitaverit eo animo, & zelo, qui ad remedium spirituale, & temporale omnium in communi, & cuiuslibet in singulari requiritur? Si de aliquo admonitus, quod debeat corrigi, aut puniri non correxit, aut punivit, & qua de causa? Si munera aliqui cuius momenti ab aliquo accepit, & maxime ab illis, qui puniri debebant? Quid de bonis defunctorum fuerit illi pro expensis communibus Provinciæ traditum, & in qua quantitate? §. 23.

Quæ omnia debeant separatim scribi. §. 24.

bi, & observari, vt suo tempore iuxta ea, quæ probata, & contexta fuerint de omnibus petatur ratio ab illo in fine sui officij redenda.

§. 25.

Visitatis personis, visitabit etiam Chorum, libros, & refectorium, cellariam, & cochinam, & cellas Fratrum, infirmariam, hospitum, & carcerem, & horrea, & possessiones: vltimò recipiat computum Depositariorum, & Cellarij.

§. 26.

Visitazione cuiuscumque domus absoluta, & rebus omnibus perspectis, vt laboris sui fructum capiat: denuo omnia, quæ accepit in visitatione consideret, & ea, quæ maioris momenti sunt diligentius expendat, quid item clarum, quidvé tantum probabile videatur, & de quibus Reverendissimus Generalis, vel Capitulum sit consulendum, & quæ cum solo Ministro domus, quæ etiam cum consultatoribus, & quæ cum alijs particularibus sint transigenda.

§. 27.

Quæ ad gubernationem spectantia ipsi ordinanda videbuntur, ijs etiam expendenda tradat, quos de vnaquaque re iudicare posse confidat, & antequam

Ultimam executionis manum rebus imponat, omnia in orationibus, & Missarum sacrificijs Deo commendet, vt iuxta ipsius diuinum beneplacitum dirigantur. Postquam autem omnia apud se constituerit, ex præteritæ visitationis memoriali, vbi ordinationes scribuntur, eas, quæ executioni mandatæ fuerint, expurget. Quibus finitis iterum in capitulo eos salutet in Christo, laudans laudanda, & corrigens corrigenda, monens honestè vivere, & in fine absoluat Fratres dicens: *Si tenemini, &c.* vt latius videbitur in formulario; quo factò, quando ei vissum fuerit, recedat in nomine Domini sine tumultu in ingressu, atque regressu, absque aliquo comitatu.

\* \*  
\*



## CAPUT XLVI.

## De depositione Ministrorum.

Tex. n. 25. **P**ostquam verò electus fuerit, si ex culpa deponi meruerit, per maiorem Ministrum, convocatis tribus, vel quatuor Ministris minoribus, si commodè intra tres dietas à loco valeant inveniri: & si commodè haberi non possint, assumptis secum tribus, vel quatuor Fratibus eiusdem Ordinis (viris Religiosis, & honestis) de quorum consilio, & assensu deponatur, & alius, qui dignus sit, loco eius subrogetur. Si verò pro remotione terrarum, vel alia causa rationabili maior Minister hoc facere non potuerit, vices suas Ministris minoribus magis Religiosis committat. Si verò duo, vel tres pro locorum distantia haberi commodè non possunt, per aliquem Ministrum virum Religiosum, & honestum cum tribus, vel quatuor Fratibus Religiosis hoc fiat, & quod illi fecerint auctoritate Maioris ratum habeatur.

ior



*ior vero Minister, si pro excessibus corrigendus, vel deponendus fuerit: per quatuor, vel quinque Ministros eiusdem Ordinis magis Religiosos hoc fiat, qui tunc auctoritate Generalis Capituli ad hoc eligi debent.*

S. I.

**M**inister Conventualis (iuxta huius regulæ præceptum) per maiorem Ministrum convocatis tribus alijs, vel quatuor Ministris minoribus, si commode intra tres dietas valeant inveniri, vel per alios vicem maioris Ministri gerentes deponi debeat: cum tamen Minister Provincialis circa hoc in sua Provincia vices Reverendissimi Patris Generalis teneat: poterit ipse usque ad depositionem contra Ministros Conventuales si culpabiles fuerint reperti, procedere, ut hætenus in vnaquaque Provincia extitit observatum. Ne tamen in hoc Pater Provincialis odio, vel passione ducatur, præcipimus sub eadem depositionis pœna, ne causam alicuius Ministri deponendi extra proprium illius Conventum, in quo ad præsens est Minister, videat, vel videri faciat, neque ad illius causæ iudicium, seu sententiam profes-

rea-

rendam alios, quàm Diffinitores convocet, aut citet: quod si commodè hoc fieri non possit, ad minus duo ex illis convocentur, & duo Ministri propinquiores. Quidquid autem aliter factum fuerit (sive Minister deponatur, sive non) irritum, & nullius valoris esse decernimus, & declaramus.

§. 2.

Nullus tamen Minister invitus privari, vel absoluti poterit, nec suspendi, nisi in casibus expressis in Constitutionibus, vel diffinitionibus nostris, & in his, quæ sequuntur.

§. 3.

*Si schisma, vel aliquid aliud simile manifestè commisit per quod possit pax Provincie perturbari. Si inter Sæculares est infamis, licet per Fratres delictum probari non possit. Si communitatem cum alijs Fratribus non servat, quod tamen sui corporis valetudo permittit. Si munera, seu dona ab aliquo suo subdito (præter comestibilia, aut parvi momenti) receperit. Si subditum suum secundum Ordinis statuta punire noluerit de excessu, qui per tres, vel duos saltem legitimos testes probatus fuerit, vel (nisi negligentia Ministri intercessisset) probari potuisset. Si quid commiserit propter quod pænæ gravioris culpe deberet subiacere. Si suis Superioribus rebellis,*

*Excessus  
pro quibus  
deponi de-  
bet Mini-  
ster Pro-  
vincialis.*

ve.

vel inobediens fuerit. De quovis istorum confessus, vel convictus poterit à P. Provinciali, vel à Visitatore ab officio suspendi, vel si oportuerit, iuxta regulæ tenorem privari.

Idem poterit, & debet, si Minister aliquis tam infirma valetudine laboraverit, quod domus curam gerere non possit. Volumus autem quod ille, qui infamis inter sæculares inventus fuerit (prout dictum est) omnino sine aliqua misericordia debeat ab officio suspendi, & privari, ne Religionis honor detrimentum patiatur, si infames in officio relictæ fuerint, dummodo infamia sit de materia gravi, & scandalolosa, & sæculares sint personæ, non parvi momenti.

Minister Provincialis, nisi per maiorem totius Ordinis Ministrum simul cum Diffinitoribus, vel alijs duobus, aut tribus Ministris minoribus deponi, privari, aut ab officio suspendi non potest: poterit tamen in capitulo, in quo suum finierit officium corrigi, & emendari, & alijs pœnis puniri. Excessus vero pro quibus Minister Provincialis poterit absolvi à regimine, corrigi, aut puniri, sunt isti: videlicet.

S. 4.

S. 5.

Sz



**S. 6.**  
*Excessus*  
*pro quibus*  
*deponi de-*  
*bet Mini-*  
*ster Pro-*  
*vincialis.*

*Si postposito Dei timore irreligiosè vivit, vel apud Fratres, seu Sæculares de aliquo notabili vitio est infamatus. Si constitutiones, & laudabiles ordinationes, sive diffinitiones Ordinis, vel Provinciæ, per illius domus servare, non facit, transgressores, scilicet, non corrigendo, vel Conventus ad eorum observationem non hortando, & movendo, vel si probatos, manifestos, graves, & enormes Fratrum excessus secundum Ordinis statuta non corrigit. Si munera, aut dona (præter comestibilia, & parvi momenti) vel pecuniam, aut munera pretiosa, à Fratribus, vel Sororibus accipiat, maximè vero ab ijs, qui aut gratiam, aut iustitiam ab eo expectant. Quæ omnia postea communitati Provinciæ (quæcumque illa sint) ad Divinum cultum harum serie applicamus.*

**S. 7.** *Declarantes, quoscumque Superiores (sive Ministri Provinciales sint, sive Visitatores) qui huiusmodi munera acceperint, in crimen proprietatis incurrisse, pœnisvè à Sacro Concilio Tridentino, & à nostris constitutionibus statutis, necnon, & contentis in Bulla Clementis Octavi, de largitione munerum, esse subiectos. Quod si*  
 per



per simoniam, aut propter aliquam dissimulationem, vel palliationem alicuius culpæ compertum fuerit, aliquid accepisse, graviter in Capitulo Provinciali à Visitatore cum Diffinitorio puniatur.

Maiores verò Minister, scilicet Generalis, si pro excessibus puniendus sit, non aliter, quàm per Diffinitores Generales in Capitulo electos, nec aliqua eius causa, nisi in Capitulo Generali, aut cognoscatur, aut iudicetur, vel ex auctoritate, & commissione expressa, ac speciali Sedis Apostolicæ. Excessus verò, pro quibus Generalis Minister puniri, vel deponi poterit, si de re sufficientissimè constiterit, & probationes excessuum fuerint efficacissimæ, morali modo loquendo (nam qui curam aliorum habent præcipuè tam univèrsalem, iniuste calumniam à multis pati varias ob causas possunt) sunt sequentes, videlicet.

*Si Dei timore postposito inhonestam vitam duxerit. Si Constitutiones, ac ordinationes, diffinitionesque laudabiles Capitulorum Generalium nostri Ordinis per ordinem servare non fecerit, ita ut scilicet, quod probatas, vel manifestas, graves, & enormes Fratrum culpas sæpè dissimulet, nec secundum Ordinis statuta*

S. 8.

S. 9.

Excessus pro quibus deponi debet Minister Generalis.

334 *Liber I. Const. Gen. exponent. Reg.*  
puniat, aut corrigat. Si aliquod munus directè,  
vel indirectè ( etiam spontè oblatum ) à quavis  
persona, sivè Superiore, sivè inferiore acceperit  
prætextu literarum, sigilli, electionis, confirmationis,  
licentiæ, & univ[er]saliter cuiuscumque gratiæ,  
aut iustitiæ concessæ, aut concedendæ.

## CAPUT XLVII.

De locis ; & s[ess]ionibus Fratrum  
in omnibus, & singulis actibus Communitatis.

§. I. **L**icèt Religiosa fraternitas, aut fraterna  
charitas, quæ in vnitate mentis consistit, in æqualitates non permittere  
videatur: dicente Christo Domino, quod ille, qui maior vult esse inter nos,  
fiat sicut minor, Cupientes nihilominus nostrum sacrum Ordinem ( quantum loquifas est )  
illi supernæ Civitati, in qua Cherubim, Seraphim, Archangeli, Angelos præcedunt,  
assimilari: volumus, quod

quod meritis diversis, diversæ dignitates, dignitatibusque diversa loca, & sessiones respondeant.

Qua propter statuimus, & decernimus, §. 2.  
quod in Capitulo Generali sequens ordo in Vocalium sessionibus observetur.

|                                  |                               |
|----------------------------------|-------------------------------|
| Reverendus Præfidentis Capituli. | Reverendus Primus Diffinitor. |
| Secundus.                        | Tertius.                      |
| Quartus.                         | Quintus.                      |
| Sextus. Diffinitores.            | Procurator Generalis.         |

Reverendus Pater Provincialis illius Provinciae in qua Capitulum celebratur.

Reverendi Patres Provinciales iuxta antiquitates suarum professionum hinc inde divisi.

Reverendi Patres Diffinitores Generales absoluti.

Minister Conventualis domus Capitularis.

Socij Provincialium ad Capitulum Generale destinati hinc inde divisi, iuxta antiquitatem, & locum suarum professionum.

In

§. 3. In Capitulo autem Provinciali similiter sessionem habeant omnes, qui illi interfunt.

Distributione sequenti.

|                   |  |                     |
|-------------------|--|---------------------|
| R. Pater Prædens. |  | P. Prov. Electus.   |
| Diffinitor Primus |  | Diffinit. Secundus. |
| Diffinit. Tertius |  | Diffinit. Quartus.  |

Diffinitor Generalis, si fortè in ea Provincia inveniatur. \* *Patres Provinciæ*, id est, qui Provinciales fuerunt, hinc inde divisi, servata inter se antiquitate suæ electionis ad *Provincialatum*. \*

Patres Magistri iuxta loca, quæ singuli habent in numero cuiuslibet Provinciæ, hinc inde divisi, observata inter se graduum antiquitate.

Patres Ministri. \* *Illarum domorum*, quæ in vnaquaque Provincia habentur pro antiquioribus, & privilegiatis, quatuor, vel sex secundum usum cuiuscumque Provinciæ iuxta antiquitatem cuiuscumque illarum domorum, & postea subsequantur reliqui *Patres Ministri*. \* iuxta antiquitatem suarum professionum.

Patres Præsentati eodem modo, ac Magistri distributi.



Patres Prædicatores Generales iuxta numerum, & locum, quem vnusquisque occupat à die professionis.

In Capitulo autem Conventuali, ac in cæteris actibus Communitatis cuiuslibet Conventus sequens ordo seruetur. Primus sit Pater Minister, nisi adsit Reverendus Pater Provincialis, vel Reverendus Pater Visitator intra sex menses suæ visitationis, quo tempore præcedere debet, etiam ipsi Provinciali, deinde Diffinitor Generalis, \* Deinde Patres, qui Provinciales fuerunt iuxta antiquitatem suæ cuiuscumque electionis in *Provincialatum*:\* postea quatuor Diffinitores Provinciæ hoc Ordine: si fuerit Magister, Magistros præcedat, & si Præsentatus, Præsentatos: si Prædicator, omnes Prædicatores etiam Generales postea Patres Magistri iuxta antiquitates suorum graduum, infra quos immediatè sedeat Pater Vicarius in Choro sinistro. Deinde Præsentati: postea Prædicatores Generales, servatis etiam inter se professionum suarum antiquitatibus, & infra illos Prædicator Conventualis illius Conventus, & postea omnes Sacerdotes iuxta eorundem profes-

sessio-  
 sionum antiquitates, si-  
 vè sint, si-  
 vè non  
 sint Prædicatores, Lectores, aut alia quæ-  
 cumque officia habeant. Deinde Diaconi,  
 & postea Subdiaconi, post quos cæteri  
 professi ad Chorum destinati, infra quos  
 Novitij sessio-  
 nem habeant; Laici verò  
 professi quantumvis senes, & antiqui, ser-  
 vatis etiam inter se præcedentijs anti-  
 quitatum sedeant omnium ultimi.

§. 5.

Quod si quis Sacrorum Ordinum cau-  
 sa antiquiorem se superaverit, illum tamen  
 Sacros Ordines suscipientem tum sessio-  
 nem, tum etiam antiquitatem, & præ-  
 cedentiam obtinere præcipimus.

§. 6.

Cum autem hoc in toto capite loquimur  
 de antiquitate, sic intelligendum est,  
 dummodo illi, qui antiquiores vocantur  
 in Ordine vixerint continuo: nam alias  
 omne tempus, quo extra Ordinis obe-  
 dientiam permanserint (hoc est extra Re-  
 ligionem, sine Prælati licentia seorsum)  
 dematur, ut illius temporis so-  
 lum, quo  
 in Ordinis obedientia perseveraverunt,  
 ratio habeatur. Et quamvis in alijs habi-  
 litentur, & in alijs dispensentur, circa hoc  
 tamen nec habilitari, nec dispensari pos-  
 se decernimus, & quidquid contra hoc  
 statutum, attentatum, si-  
 vè pro tempore  
 actum

actum fuerit, totum sit irritum, & inane.

Si contingat Ministrum aliquem Conventualem in Choro, aut in Refectorio, & in cæteris actibus communitatis, sive intra, sive extra domum non interesse: Pater Vicarius, qui (vt dictum est) suas vices gerit, suum (scilicet Vicarij) locum obtineat, \* nisi fortè Ministri Conventualis absentia per octo, decemvè dies duret; tunc enim, si transacto dicto dierum numero, domum non redierit, \* ipsius Ministri locum cum nomine Præsidentis tenere debet: quod idem intelligendum est, quandocumque officium Ministri, sive per mortem, sive per absoluti-  
nem, sive depositionem finiatur.

Hospites eandem sessionem habebunt, quam haberent, si Conventuales essent in illa domo, in qua hospites sunt. Sed si aliorum Conventuum sint Ministri, etiam si Magistri non sint, nec graduati, supra locum Vicarij, & super omnes Præsenta-  
tos sessionem habebunt; quod si Magistri fuerint, illum locum habebunt, qui ratione Magisterij illis debetur. Si aliquem ex vna Provincia ad aliam transire contingat, & in ea recepti (quod non fiat sine

utriusque Provincialis expressa licentia;  
vel Reverendissimi Patris Generalis)  
à die professionis computetur eius anti-  
quitas, & secundum eam sessionem ha-  
beat: si fuerit graduatus, inter gradua-  
tos: si Sacerdos, inter Sacerdotes, & sic  
de cæteris.

## CAPUT XLVIII.

De Novitijs, & eorum recep-  
tione.

Text. n. 26.

**S**I quis huius Ordinis Frater esse voluerit,  
primò per annum in habitu Fratrum cum  
expensis suis præter victum (omnibus suis re-  
tentis) in ordine pro Deo deserviat, & post an-  
num, si bonum, & conveniens videatur Mi-  
nistro domus, & Fratribus, & illi, recipiatur.  
Nihil tamen pro receptione sua exigatur. Si-  
quid tamen gratis dederit, recipiatur: dum ta-  
men tale sit, de quo non videatur Ecclesie  
periculum imminere. Si verò de cuiusquam mo-  
ribus visum fuerit dubitandum, prolixior de  
eo probatio habeatur. Si antè professionem ali-  
quis se intemperantèr habuerit, & impatiens  
dis-



*disciplinæ, ad arbitrium Ministri non emendaverit mores suos, tribuatur ei modestè licentia cum omnibus, quæ attulit recedendi.*

Tex. n. 27

*In Ordine verò nullus recipiatur; antequam videatur annum decimumquintum complevisse.*

**E**X præcepto regulæ nullum ad habitum recipi licebat ante vigesimum ætatis annum completum, sed in hac parte dispensata regula est à Sanctissimo Domino nostro Alexandro Septimo, & reducta ad terminos Sacri Concilij Tridentini, cuius decreto inhærentes præcipimus, quod nullus in Fratrem Clericum, aut Laicum recipiatur ante decimumquintum ætatis annum completum, & sine expressa licentia Patris Provincialis; Minister, aut Præsidentis, qui contrarium fecerit, puniatur pœna privationis ab officio, & inhabilitatis ad alia quæcumque munera Ordinis per triennium.

S. 1.

Ut qui sæculo renuntiantes soli Deo servire desiderant, atque mundi pericula fugientes ad nostram observantiam convertuntur, meliùs, ac faciliùs præ-

S. 2.

ceptis regulæ , & constitutionum , ac disciplinæ religiosæ imbuantur , statui-  
 mus, quod in vnaquaque Provincia duæ,  
 vel tres (iuxta cuiusque extensionem) do-  
 mus ad Novitiorum receptionem , &  
 educationem (quæ Capitulo Provincia-  
 li aptiores visæ fuerint) designentur, &  
 in eorum receptione , & educatione , ac  
 professione constitutiones Sacri Conci-  
 lij Tridentini , & Sanctæ memoriæ Pij  
 Quinti , necnon Clementis Octavi , &  
 pro Italia , Insulisque adiacentibus fœ-  
 licis recordationis Innocentij Decimi ob-  
 serventur ad literam.

§. 3. Sed antequam aliquis approbetur,  
 aut admittatur , cum ipso eodem exa-  
 ctum fiat examen de genere , & legiti-  
 mitate , moribus , & scientia , ac de  
 causis ipsius vocationis. Utrum vide-  
 cēt procedat ex animo deliberato , an  
 verò ex aliqua vi , aut periculo immi-  
 nenti , & postquam probabiliter cognos-  
 cetur ex Dei monitu , & Sancto desi-  
 derio provenire , Ordinis austeritates ei  
 proponantur , ac Religiosorum obliga-  
 tiones , vt si eas amplecti voluerit , am-  
 plectatur. Examen verò huiusmodi fiat  
 à Ministro , & à Patribus à consilijs ius  
 do-

domus , ad quam nostrum habitum petiturus accesserit.

Nullum in Fratrem Clericum approbent , nisi in Grammatica eam sufficientiam habeat , qua commodè possit ad audiendam Dialecticam , & Philosophiam admitti. Examinatores qui insufficientem approbaverint , voce activa , & passiva irremissibiliter per triennium careant. Minister verò ab officio sine misericordia deponatur , quoties huiusmodi defectus in admissio cognitus fuerit. §. 4.

Minister tamen Provincialis cum Conventus sibi subditos visitaverit , vocet ad se admissos , atque iterùm examinet eos , quod si insufficientes invenerit , eos ab Ordine expellat , & Examinatores , atque Ministrum prædictis pœnis puniat. Provincialis in hoc negligens careat voce activa , & passiva per triennium , quam pœnam Capitulum Provinciale proximum exequatur. §. 5.

Nullus etiam ad habitum recipiatur , nisi requisitus cum iuramento , an coniugatus , an servus , an alterius sit professionis , an rationibus obligatus , & an occultam habeat infirmitatem , aut contagio sit infectus , an aliud habeat §. 6.

impedimentum ex contentis in Bulla Sanctæ memoriæ Sixti Quinti, quæ incipit: *Cum de omnibus Ecclesiasticis Ordinibus.*

§. 7.

*Protestatio  
facienda  
ante sus-ep  
tionem ha  
bitus. Et an  
te profesio  
nem emi  
tendam.*

Nullus præterea Neophitus in Ordine nostro recipiatur (quem declaramus esse novitèr conversum ad fidem, vel descendentem à patre, matre, aut avo, vel avia ad fidem conversis) neque vehementer suspectus in fide, neque ullus cuius per lineam rectam prædecessores, aut Frater, sororvè, vel quilibet patruus, avunculus, vel amita incarcerati ob hæresis crimen, & puniti fuerint ab hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ita quod adiuraverint de vehemènti. Si aliquis ex supradictis ad habitum receptus fuerit ad professionem non admittatur, & foras protinùs eijciatur. Si verò quocumque modo contigerit profiteri, professio eius, ipso facto, invalida sit, & eam ex nunc irritam, & nullam esse declaramus. Ubi primum aliquis Prælatus de hoc certior factus fuerit, vna cum Ordinario loci habitum privare teneatur, eiusque professionem nullam esse declarare, atque eum statim ab Ordine expellere.

Quod



Quod ut melius fiat, ut nulli cir-  
cà suum, aut suorum propinquorum ho-  
norem, gravamen per nostros inferatur:  
præcipimus, & statuimus, quod ante-  
quam aliquis absolutè admitatur, aut  
proponatur Fratribus recipiendus, seu  
approbandus, de consensu Communi-  
tatis, deputentur duo Fratres ex senio-  
ribus, quorum vnus, ut Iudex, alter  
verò ut Secretarius procedat, qui recepta  
commessione authentica petant Civita-  
tem, aut locum nativitatis ad habitum  
recipiendi: vbi dùm accesserint, in diver-  
sorio, aut alio communi, & honesto lo-  
co (si nostri Ordinis Conventus ibi non  
extiterint) manentes extrajudicialiter  
cum omni secreto, & curiositate inqui-  
rant de recipiendi genere, moribus, &  
vita, & an parentes eius sint ab omni  
labe suprascripta mundi, necnè. Et si  
mundi inveniantur: tunc scribendo (nul-  
lo habito recurso ad Iudicem Sæcularem)  
absque citatione partium, ad informa-  
tionem procedent: & tot adhibeant te-  
stes quot eis visum fuerit, sufficere, ut  
informatio sit plena. Si autem è con-  
trario evenerit, & aliqua macula in eius  
pro-

S. 81

e. 2

of. 2

pro-

progenitoribus appareat : nulla prorsus alia diligentia fiat , sed continuo in Conventum , ynde exierunt , tacite revertantur.

§. 9. Postquam autem informatio fuerit facta, clausa , & obsignata Ministro deferatur , & coram ipsis informantibus ( si adsint ) & Patribus à consilijs aperiatur , & legatur : & si sufficiens fuerit, ille in cuius favorem fuerit facta approbetur ; & recipiendus postea proponatur , vt iuxta formam infra ponendam ad habitum per vota secreta admittatur.

§. 10. Si Novitius sit Lusitanus , exempli gratia , & in alia Provincia recipiendus : aut è contra , si sit ex alia Provincia , & in Provincia Lusitaniæ recipi voluerit , dummodo ad illam non possint commodè prædicti informantes recurrere : possit similis informatio à Ministro domus , in qua Novitius recipi desiderat , de consensu Communitatis committi Patribus alicuius Conventus illius Provinciæ , qui commodius facere possint prædictas informationes eodem ordine servato ; clausasque , & sigillatas mittere , vt eodem modo examinentur,

&

& approbentur, talitèr tamen, vt antequam prædicta fiant, nullo modo recipiatur. \* *Quod si talis* recipiendus ex Provincia longinqua à Conventu, in quo recipiendus est, sit natus, & in eam nulus Conventus nostri Ordinis reperiatur; neque ad illam nostri Fratres commodè mitti possint pro faciendis informationibus possit Minister de consensu Communitatis Reverendissimum Ordinarium Diocesenum illius loci rogare per literas, vt prædictas informationes eius autoritate, iusuquè factas claudat, & sigillet. Curetque Minister, eas sic clausas, & sigillatas, sibi remitti, vt eodem modo examinentur, & approbentur. \*

Hæc nostra Constitutio ante habitus susceptionem Novitio exponatur, & iterum ei legatur in Capitulo, quando coram Fratribus professionem petierit, & antequam ad eam admitatur, Procurator Conventus in libro professionum huius publicationis mentionem faciat, & acceptationis prædicti Novitij in hunc modum,

S. I I.

*Notum sit omnibus, quod in Capitulo Monasterij Sanctissimæ Trinitatis N. in præ-*  
gen-

S. I 2.

Annotatione  
à Procura-  
tore Con-  
ventus fa-  
cienda in-  
scriptis in  
libro profes-  
sionum.

sentia Religiosorum capitularium Frater N. si-  
lius N. & N. talis oppidi, vel Civitatis, &  
Parrochie N. professionem postulavit, &  
antequam ad illam admitteretur, per me  
Fratrem N. ipsius Conventus Procuratorem,  
nostra hæc Constitutio ei fuit pronuntiata  
scilicet: Nullus prætereà Neophitus in  
Ordine nostro, &c. usque ad §. 7. huius capituli  
qui postquam eam totam suis auribus percepit,  
& intellexit: que sequuntur, proprio ore  
contulit, & subscripsit.

§. 13.

Ego Frater N. prædictus, qui profes-  
sionem peto, dico, & volo: quod si ego sum  
Neophitus, videlicet noviter conversus ad  
fidem, vel descendens à patre, matre, aut  
avo, vel avia ad fidem conversis, vel sus-  
pectis vehementer in fide, vel habeo per li-  
neam rectam prædecessores, aut Fratrem So-  
rorumve, vel quemlibet patrum, avunculum,  
vel amitam incarceratos ob hæresis crimen, &  
punitos ab hæreticæ pravitatis Inquisitoribus,  
ita quod abiuraverint de vehementi, professio  
mea ex nunc ipso factò nulla sit, & quando-  
cumque hoc cognitum fuerit, quilibet huius Or-  
dinis Prælati, confestim me possit habitu  
privare, & ab Ordine Sanctissimæ Trini-  
tatis eijcere. In cuius fidem ego Frater N.  
Conventus Procurator hæc Constitutionem per  
legi,



legi, & ab ipso subscribi feci, & à reli-  
quis Fratribus Capitularibus, qui presentes  
fuerunt in dicto loco, tali die, mense, &  
anno.

Nullus alterius Ordinis Religiosus S. 14  
in nostro Ordine recipiatur, quicumque  
ille sit, nequè aliquis Superior (etiam  
Reverendissimus noster Minister Genera-  
lis) in hoc dispensare possit. Quod si  
aliquis fuerit receptus, Minister, aut  
Præsident, qui illum admisit, ab offi-  
cio deponatur irremissibilitèr, atque  
ultra hoc per decennium sit privatus  
voce activa, & passiva. Quod idem  
prohibitum intelligatur, & sub eisdem  
pœnis circa viros monstruosos, vel men-  
te captos, vel homicidas, quos recipi  
posse nullatenus permittimus, cum ex  
eorum receptione dedecus nostro Ordi-  
ni subsequatur. Neque aliquis illegi-  
timo toro natus, nisi de Patris Provin-  
cialis speciali licentia, & Diffinitorum,  
quæ non concedatur nisi ob notabilem  
nostræ Religionis utilitatem.

Quod attinet ad suscipienda suffragia S. 15  
pro his qui ad nostrum Ordinem sunt ad-  
mittendi, ut profiteantur, vel habitum  
recipiant, vel ut ad quartum, & ad octa-

vum mensem admitantur: per scripta occulta esse volumus, in vnoquoque autem scripto istæ duæ litteræ scriptæ reperiantur A, & R: A, admitti: R, reprobari significans eum, pro quo suffragia suscipiuntur, vel per calculos albos approbantes, & nigros reprobantes: hasque litteras, vel calculos vrnæ Minister, & Patres à consilij scrutentur, & si admissus fuerit à maiori parte Capituli, Minister id Conventui exponat, si autem contra, charitativè eum expellat.

§. 16.

Quotiescumque aliquis de sæculo, sive Clericus, sive Laicus ad Monasterium veniens se Dei servitio consecrare voluerit: ille Frater, cui primò id dixerit (Ministro indicet, qui eius qualitate, genere, moribus, scientia, & perseverantia, per Patres etiam Consilij cognitis, si talem prospexerint, pro quo sermo Fratribus producendus videatur, in Capitulo Fratibus quid super eo intelligant, debent proponere, atque eorum assensum verbalitè exquirat, eoque habito saltem à maiori parte, ad Reverendum Patrem Provinciale pro licentia mittat, eaque obtenta, ad informationes faciendas procedatur: quibus approbatis (si sufficien-

res fuerint inventæ ) si probabilem in eò  
invenerint perseverantiam , ad Capitu-  
lum vocetur : postquàm etiam per suffra-  
gia, iuxta dicta in §. antecedenti, admissus  
fuerit , & ibi eo genuflexo coram omni-  
bus Minister dicat.

*Frater : age gratias Deo , quod reciperis* §. 17.  
*ad tam Sanctum Habitum, & ad istam Sacram*  
*Congregationem , vt Deus sic tibi det , omnia*  
*adimplere , quatenus ad vitam æternam perve-*  
*nire possis , & respondeat ille. Amen.*

Deindè Minister præcipiat ei, vt con- §. 18.  
fiteatur, & communicet. Et post Commu-  
nionem ( vt mos fert ) si Clericus est, ton-  
so Capite, veniat ad Capitulum : ille ve-  
rò, qui non ad officium Clericorum reci-  
pitur, non debet rassa, nec tonsa Coro-  
na venire : Congregatis omnibus Fratri-  
bus in Capitulo, & Ministro superpelli-  
ceo, & Stola induto, vel saktem Stola,  
recipiendus coram eo genua flectat, &  
omnia quæ in formulario Ordinis sunt,  
dicat, & vt illic præcipitur, omnia  
fiant.

Novitius à susceptione habitus, vsque §. 19.  
ad annum integrum in probatione per-  
maneat, vt ipse experiatur Ordinis aspe-  
ritates, & Fratres experiantur illius mo-

res: & vt habitus Novitiorum à professorum habitu distinguatur, ordinamus, vt in posterum Scapularium Novitiorum in latitudine palmum cum dimidio non excedat: longitudo verò vsque ad genua, & aliquid amplius non procedat, in quo crux sit secundùm exigentiam, & proportionem Scapularij.

§ 20. Donati verò, sin sint, tunicam albi coloris habebunt medium crucis non excedentem, & pallium ex fusco panno, & longitudo facturæ laicalis sine muza. Scapularium erit, vt communiter portant Novitij: portabuntque birros ex eodem panno factos, & cum exierint extra claustrum Monasterij poterunt galerum portare ex filtro nigro.

§ 21. Toto tempore probationis (excepto victu, & vestitu) quocumque prætextu, à parentibus, & propinquis, aut curatoribus Monasteriorum de bonis Novitij, nihil suscipiat, nè hac occasione discedere nequeat, quod totam, vel maiorem partem substantiæ suæ Monasterium possideat, ne facilè, si discesserit, id recuperare possit, quin potius Sancta Tridentina Synodus, sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus præcipit, vt hoc  
nullo



nullo modo fiat, & abeuntibus ante professionem omnia, quæ sua erant, restituantur. Insuper præcipimus omnibus, & singulis Ministris sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ ad sexennium etiam, & ministerij, & excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, nè vllò modo audeant circa bona hæreditaria profitendorum conventionem, & pactum aliquod facere.

Nullus in Fratrem laicum recipiatur, nisi ante receptionem habitus prius per integrum annum in vestitu fusci coloris humili, & honesto, Monasterio deserviat, & si hoc anno finito à maiori parte Conventus fuerit receptus (modo supra scripto ad Novitij habitum admitatur, in quo rursus per alium integrum annum antè professionem Deo deserviat, & non nisi iuxtà formam in hac constitutione traditam porfiteatur. Pater vero Provincia-  
lis poterit dispensare cum aliquo ex nobili vel illustri familia genito, vel cum eo ex quo Ordini magna possit vtilitas provenire, vt statim ad habitum Novitij recipiatur.

Nequè aliquis Frater laicus discat legere, aut scribere, aut si aliquid scit,

Z

quis-

S. 227

S. 239

plus literarum addiscat, nec eum doceat quisquam, sed satis erit sancta cum simplicitate, & humilitate Christo Domino nostro servire, ne sciens fiat Clericus, aut Sacros Ordines recipiat, quos si susceperit, perpetuo ab eorum exercitio, & dignitate, & activa, & passiva voce sit ipso facto privatus, & humilioribus officijs occupetur. Prælati, sive Religiosus cuiuscumque Gradus, Ordinis, & Dignitatis, qui ad hoc facultatem, favorem, vel consilium dederit, tribus continuis annis activa, & passiva voce careat.

S. 24.

Semper ante susceptionem suffragiorum illius qui in Capitulo admittendus proponitur, quilibet capitularis, quid ei circa hoc visum fuerit, verbaliter, & specialiter poterit exponere præcipue Novitiorum Pater, à quo Prælati petat, ut in hoc iudicium suum coram omnibus ferat. Omnis Prælati, & quicumque alius Religiosus cuiuslibet Gradus, Ordinis, & Dignitatis, qui alterum Religiosum per se, vel per interpositam personam ad receptionem, aut expulsionem alicuius Novitij verbis, & donis induxerit, aut quocumque alio modo corruerit, ipso facto pœnis gravio-

vioris culpæ subiaceat, & iisdem pœnis puniatur Religiosus cuiuscumque conditionis, qui in Capitulo fraudulenter, vel contra rei veritatem ad Novitij receptionem, aut expulsionem suam protulerit sententiam.

Cuicumque qui habitum nostri Ordinis voluerit recipere, hæc nostra Constitutio legatur, & rursus antequam ad professionem admitatur, & si postea inventus fuerit habere quodvis impedimentum in his Constitutionibus contentum, illudque celasse, & non aperuisse quando talis Constitutio fuit ei exposita, si hoc cognitum fuerit ante professionem, protinùs foris expellatur; si verò post professionem innotuerit, & impedimentum non fuerit ex illis, quæ iuxta nostra decreta professionem reddunt invalidam, Pater Provincialis, & Patres à consilio ubi primum pro certo habuerint, declarent, & iudicent eum deinceps in Ordine, activa, & passiva voce, & omni honoris officio per hanc nostram Constitutionem indispensabiliter esse privatum in perpetuum.

Quoniam plurimum conducit, ut facilius, ac maturius, ubi collapsa est,



Vetus, & regularis disciplina instauretur, & constantius (vbi conservata est) perseveret, qualiter, & quomodo instruendi sunt Novitij (nam hæc sunt Religionis femina) cognoscere distinctè: præcipimus, & prohibemus, ne Novitij recipiantur, nisi in aliqua ex domibus prædictis initio huius capituli, in qua debeat esse aliqua domus peculiaris pro Novitijs à Conventu distincta, intra quam contineantur, à Fratribus professis (etiam non Sacerdotibus) ita separati, vt facile possit illis mutua cum eis locutio, aut conversatio prohiberi.

§. 27. Quod si aliqui in alijs Conventibus præter dictos, habitum petierint, ex quorum receptione, & honor, & utilitas illius accrescat, cæteris omnibus præmissis, quæ in hoc capite dicta manent circa licentiam Patris Provincialis, informationem, approbationem, & cætera de communi consensu Ministri, & Capituli ad habitum recipiantur, & ad alios supradictos Conventus statim mittantur, in quibus profitebuntur, pro Conventibus tamen, in quibus habitum receperunt, ad quos etiam pertinebant bona, quæ hæ-





scientia, cantu, regula, constitutionibus;  
 & cæremonijs Religionis studeat in-  
 struere, & enutrire, atque frequenter,  
 §. 2. purè, & discretè eos confiteri doceat.

Cura etiam diligenter, quod iuxta ali-  
 bi dicta assiduè confiteantur, sacrificijs-  
 que sæpè intersint, & humilitatem cor-  
 dis, & corporis eos habere admoneat  
 (iuxta illud Salvatoris: *Discite à me quia,*  
*mitis sum, & humilis corde*) sine proprio  
 vivere, obedientiam voluntariam in om-  
 nibus servare, & castitatem inviolabiliter  
 custodire: Decalogum, & omnem doctri-  
 nam Christianam integrè scire, regulam-  
 que mandare memoriæ, & quomodo se  
 habere debeant, in omnibus instruere.  
 Amabilem se præstet, & vitæ integrita-  
 te, & discretione ita se gerat, vt omnes  
 qui in probatione sunt ad eum in suis ten-  
 tationibus confidenter confugiant, eique  
 se ipsos confidenter aperiant, & ab eo con-  
 solationem, & auxilium in omnibus in  
 Domino sperent: habeatque Pater novi-  
 tiorum potestatem ordinariam absolven-  
 di à casibus reservatis Novitios, & eos,  
 qui sub ipsius cura degunt (nisi Ministro  
 hæc facultas aliqua de causa restringenda  
 videatur) poenitentias, in Novitiatu tan-  
 tum

fūm suis subditis valeat imponere: extra veró non, nisi eas, quæ infrà declarantur, vel consulto Ministro.

Verfatum esse oportet in lectione librorum spiritualium, vt deceptiones, quæ in spirituali vita accidunt, non tantum experimento, sed etiam lectione intelligat. Quibus autem vtiliter ipse vti poterit, ij ferè sunt: Basilij ascetica, & regulæ. Gregorij moralia: Augustini confessiones, & meditationes Bernardi: Bonaventuræ opuscula: Casianus: Hugo de Sancto Victore: Innocentius de Contemptu Mundi: Thomàs à Kempis de eodem: Dionisij Cartusiani opuscula: Albertus Magnus de virtutibus: Ludovicì Granatensis Orationes, & Meditationes: Gregorij dialogi: Eusebij historia Ecclesiastica: Vitæ Patrum selectæ, & cætera huiusmodi. Novitijs tantum eos legendos tradet, qui nostro instituto conveniunt.

Admoneat crebro Novitios, vt in omnibus rebus Deum quærant, & in suis actionibus intentionem puram ad Dei beneplacitum dirigant, vt familiares cum Deo in spiritualibus, præsertim in oratione mentali, & alijs devotionis exercitijs



tijs esse curent, & tandem ita sint instructi, vt nihil perfectionis, quod divina gratia consequi possit in absoluta, & integra nostræ Religionis observatione prætermittant; omnes perspectos habeat, vt magis illis prodesse possit, ad quod iuvabit cum illis frequenter sigilatim agere, & rationem ab vno quoque rerum suarum suaviter exigere: in his autem privatis colloquijs magnam vtilitatem positam esse sciat.

*S. 5.*

Det operam, vt novitij Religiosam modestiam præferant iuxta regulam, & constitutiones, quæ de ea conscriptæ sunt capite de Modestia Fratrum, in quibus diligenter instruendi erunt. Si aliquis sollicitetur, vel perturbetur ad hominibus, qui in via spiritus non benè procedunt, & expediat illum in alium locum transferri, Ministrum domus, necnon, & Ministrum Provinciale[m] tempestivè moneat.

*S. 6.*

Si aliquando permittendum videatur Prælato, vt aliquis consanguineus, vel amicus, quem in sæculo habebat alloquatur cum aliquo, coram illo, vel alio Patre antiquiori id fiat, & breviter, nisi particulares ob causas aliud statuerit Minister domus.

No-



Novitij capitulo interfint, & vbi primum suas culpas humiliter pronuntiaverint, accepta pœnitentia cum silentio in domum novitiorum redeant.

Pater verò novitiorum in die eorundem domo ipsorum culpas agnoscit ad minùs feria secunda, & quinta, omnibus que diebus quibus ei visum fuerit, & eos leviter, ac charitativè corripiat, & pœnitentias anni probationis eos implere faciat: videlicèt, quod puri Novitij semel in vnaquaque hebdomada in pane, & aqua ieiunent, nisi Prælatus aliqua de causa dispensare voluerit, & etiam semel in hebdomada ad matutinas, & primam ante Chori ostium vsque ad egressum totius Conventus prostrati iaceant, & semel in ipsa hebdomada etiam sine culpa à Patre novitiorum virgis in dorso verberentur. §. 7.

Pater novitiorum idoneo tempore diebus supradictis, & quando ei visum fuerit Capitulum habeat cum Religiosis, sibi subditis, & vbi primum omnes congregati fuerint, videlicèt in Oratorio domus novitiorum, illorum Magister, stantibus omnibus, incipiat Psalmum *Ad te levavi oculos meos: quem reliqui omnes* §. 8.  
vf-

362 *Lib. I. Const. Gen. exponent. Reg.*  
vsque ad finem prosequantur, *Cum Gloria*  
*Patri*, quo recitato Pater novitiorum  
dicat Vers. *Salvos fac servos tuos.* Resp.  
*Deus meus, &c.* Vers. *Oremus. Pro Pontifi-*  
*ce nostro N.* Resp. *Deus conservet eum, &c.*  
Vers. *Domine exaudi orationem meam.* Resp.  
*Et clamor.* &c. Vers. *Dominus vobiscum. R.*  
*Et cum spiritu tuo.*

## OREMUS.

[ Deus omnium fidelium pastor  
& rector famulum tuum N.  
quem Pastorem Ecclesie tuæ  
præesse voluisti propitiùs res-  
pice, da ei verbo, & exem-  
plo, quibus præest, profice-  
re, ut ad vitam vna cum  
grege sibi credito perveniat  
sempiternam. Per Christum  
&c. Amen.

Rursus dicat Pater novitiorum. Vers. §. 9.  
Oremus. Pro Ordine nostro. Resp. Domine  
Deus virtutum convertere, & respice de  
caelo, & vide, & visita vineam istam, &  
perfice eam, quam plantavit dextera tua.

OREMUS.

Omnipotens æterne Deus cuius  
spiritu totum corpus Ecclesiæ  
sanctificatur, & regitur exau-  
di nos pro nostro, & nostris  
Ordinibus supplicantes, vt gra-  
tiæ tuæ munere ab omnibus  
tibi gradibus fideliter servia-  
tur. Per Christum &c. Amen.

Deinde dicat. Vers. Oremus. Pro Rege §. 10.  
nostro N. Resp. Domine salvum fac Regem  
nostrum N. & exaudi nos in die, qua in-  
caverimus te.

## O R E M U S.

Omni potens sempiterne Deus, clemenciam tuam supplices rogamus, vt Populo tuo in tanta necessitate posito misericorditer succurras, & Regem nostrum N. quem ei dedisti, benignus illustres, quatenus per te ab omni aduersitate defensus eundem Populum vigilanter regere, & iustè gubernare valeat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

## §. II.

Posteà incipiat Psalmum, *De profundis*, quem omnes alij alternatim prosequantur cum *Requiem æternam, &c.* quo finito dicat *Pater noster, &c.* Vers. *Et ne nos inducas, &c.* Resp. *Sed libera nos, &c.* Vers. *A porta inferi.* Resp. *Erue Domine, &c.*



Et. Vers. *Requiescant*, Et. Resp. *Amen.*  
Vers. *Domine exaudi*, Et. Resp. *Et clamor meus*, Et. Vers. *Dominus vobiscum*,  
Resp. *Et cum spiritu*, Et.

O R E M U S

Deus veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, vt nostræ Congregationis Fratres propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis confortium pervenire concedas.

Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor animabus famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue pecca-

peccatorum , vt indulgentiam,  
 quam semper optaverunt , pijs  
 supplicationibus consequantur.  
 vivis , & regnas in sæcu-  
 l. c. Resp. Amen.

## §. 12.

His peractis Pater Novitiorum se-  
 deat , & servato Ordine Capituli Con-  
 ventionalis tradito , capit. 29. nostrarum  
 Constitutionum , singulorum culpas au-  
 diat , & puniat , & ad id etiam duos  
 proclamatores ex eiusdem Fratibus  
 professis singulis mensibus constituat,  
 qui dum reliqui suas culpas confiten-  
 tur , sedeant ; & quando alios ( modo  
 consueto ) proclamaverint , stent , &  
 post singulas proclamationes iterum se-  
 deant , ultimoque loco surgant , & an-  
 te Patrem Novitiorum genuaflectentes  
 suas culpas similiter proferant , postquam  
 verò suas culpas protulerint , & agno-  
 verint , si verberandi non fuerint , accep-  
 ta alia pænitentia in suis locis sedeant ,  
 alioquin flexis genibus stabunt quousque  
 disciplinam accipiant. In toto hoc capi-  
 tulo , tam puri Novitij , quam Religio-  
 si

si professi, simul adesse debent. Post hæc Novitiorum Pater iuxta formam Capituli Conventualis iam citati capitulum finiat.

Præterea Pater Novitiorum præcipiat, vt locis, & temporibus præscriptis silentium observent, & ubique submissa voce loquantur, oculosque ad terram demissos habeant, & si à Prælato fuerint reprehensi, quo modo petant veniam genibus flexis Pater eorum moneat. Denique eos doceat quomodo, & quid orent, & quam silenter, nè alios impediunt: & quod puri novitij per integrum probationis annum ubique silentium custodire teneantur, nisi ex rationabili causa cum aliquo dispensetur.

Novitij Clerici, & Laici, & professi etiam Subdiaconatus, & Diaconatus initiati omninò sub cura, & correctione Patris Magistri Novitiorum in domo Novitiorum maneant, & habitent, vsque ad Presbyteratum, \* *Et etiam si* sint Presbyteri, dummodo quartum annum post professionem emissam non adimpleverint, maneant sub cura sui Magistri quoad necessè fuerit pro disciplina, & ritibus regularibus addiscendis,

S. 13

S. 14

dis , prout Pater Provincialis prudenter iudicaverit *expedire*. \* Laici verò Fratres etiam per duodennium sint sub cura eiusdem , quos doceat , quæ illorum sunt munera , & cogat , vt choro intersint , & alia quæ iuxta nostra statuta necessaria fuerint , duodennioque transacto præcipiat illos confiteri , & Eucharistiam sumere omnibus diebus pro non Sacerdotibus in his Constitutionibus statutis , & in hoc illi obedire teneantur , quantumvis senes sint , & antiqui.

**§. 15.** Tempore approbationis durante , Novitij , sivè Clerici , sivè Laici extra Conventum non mittantur , neque his officijs occupentur , quibus distractionis præbeatur occasio. Recedentes tamen sine licentia cum habitu à Conventu profutatis ab ordine habemus , dummodo ante octo dierum spatium reversi non fuerint , etiam si ad alium Conventum nostri Ordinis diverterint , quod si reversi fuerint intra dictum tempus , dummodo extra Conventum semel pernoctaverint , possint recipi , recepti verò anno approbationis denuo inchoare teneantur ab illa die , in qua in Conventu sunt admissi. Hortamur etiam universos Fratres , vt



Novitijs ad sæculum redire volentibus tribuant liberè absque vlla molestia recedendi facultatem cum omnibus, quæ de sæculo attulerunt exemplo Christi Domini, qui Discipulis aliquibus, recedentibus, dixit: *Et vos vultis eire?*

Providentes (qua debemus cura) Novitiorum educationi; ordinamus, quod Minister cuiuscumque Conventus eorum approbationem, & profectam Fratribus proponat in Capitulo, quarto quoque mense anni approbationis (vt suprâ diximus) quo examine facto, si Novitius in Religione, & morum probitate visus fuerit proficere, retineri poterit, sin minus statim expellatur, nè suis depravatis moribus alios inficiat, & nè Monasteriorum bona frustra dissipentur; circa quod præ omnibus attendi debet iudicium Magistri Novitiorum, qui de quolibet illorum, qui sunt sub illius cura melius, quam alij poterit testificari; Novitius verò à Conventu in suffragiorum scrutinio, aut calculatione semel reprobatus, {vel à Religione expulsus, in eodem Monasterio, aut in alio nostri Ordinis ad habitum nunquam admittatur.

Etiam pertinet ad Patrem Novitiorum.

370 *Liber I. Con st. Gen. exponant. Reg:*  
rum in tabula officiorum describere officia necessaria ad servitium domus (notata prius Dominica cuiuslibet hebdomadae) recto ordine, & distributione, servata consuetudine Provinciarum. Item in diebus festivitatum, in quibus Pater Provincialis, vel Minister domus celebrare tenentur, & circa Fratres qui simul cum eis in praedicto officio administrare debent, perat ab eisdem nomina eorum, qui in tabula descripta, vel in papiro perlegi faciat in Refectorio, vel ad Chori fores affigat.

S. 18.

\* *Quilibet verò Religiosus*, qui decimum sextum annum à die professionis compleverit in tabula officiorum immunis sit ab officio Subdiaconi, qui verò vigesimum quartum ab officio Diaconi: qui verò trigessimum secundum, exemptus maneat ab omnibus officijs in tabula contentis, dummodo ex Religiosis, qui praedictum tempus non compleverunt, sufficiens maneat numerus pro dictis exequendis officijs: alias nullus exemptus censeatur. Quoad alia officia servetur usus vniuscuiusque *Provinciae.* \*

## CAPUT L.

De profitendis , & eorum pro-  
fessione,

**S**acri Concilij Tridentini Decreto in-  
hærentes, præcipimus omnibus Mi-  
nistris , quod finito tempore Novitia-  
tus omnes Novitios , quos habiles in-  
venerint , ad professionem admittant;  
fin autem è Monasterio eos eijciant. S. I.  
Sic enim professio arbitrio Ministri re-  
linquatur , quo , vel quali die profi-  
teantur , & quamvis ( iuxta regulæ te-  
norem ( si de cuiusquam Novitij mori-  
bus videatur dubitandum , poterat de  
illo prolixior haberi probatio ; nolumus  
tamen hac vti licentia, probationem ultra  
annum differentes, sed quod statim com-  
pleto anno probationis Minister ( si &  
diligenti examine de vita , & moribus  
illius ) illum in capitulo proponat , vt  
vel admittatur , vel è Monasterio eijcia-  
tur. Quod si semel in capitulo propo-  
situs reprobetur ; secundo ( vt dictum  
est)

est) nullo modo pro eo suffragia recipiantur, ne sic inhabilis, & ineptus propter Ministri, vel aliorum importunitatem in Ordine in magnam illius perniciem, remaneat.

**S. 2.** Professionem omninò prohibemus fieri, antequam integro anno à receptione habitus in probatione fuerit Novitius (nisi in articulo mortis, quia tunc Novitij privatam professionem efficere possunt iuxta concessionem fœlicis recordationis Pij V. constitutione 109. etiam non completo anno Novitiatus) irritam namque Sancta Tridentina Synodus professionem ante factam decernit, à quo professionis die numerari volumus antiquitatem Religionis.

**S. 3.** Nullus ad professionem (si Frater Clericus sit) recipiatur, nisi sciat plenè, & expedite legere, & recitare Divinum Officium solus, & sciat, ut dictum est, Grammaticam, & Regulæ, ac Constitutionum, quas observare debet, reddat rationem, & per duos menses ante finem probationis, prædicti Examinatores teneantur eum examinare, & eius sufficientiam Ministro, & Con-



Conventui in capitulo referre, & si multum in his deficiens habeatur, ea quæ dicta sunt, discere præcipiatur intra probationis tempus, aliàs (si eis æquum videbitur) expellatur; tamen si ad professionem admittendus sit, de maioris partis capituli consensu fiat, & per schedulas, seu per suffragia secreta, sicut dictum manet in capite præcedenti, & tunc ante professionem, generalem de peccatis suis faciat confessionem, & professionis die priusquam se votis obliget, de manu Missam Maiorem celebrantis Sacrosanctum Euchariæ Sacramentum accipiat.

Postquam de moribus Novitij, & alijs fuerit consultum, & omnibus, vel maiori parti capituli, seu Vocalium visum fuerit, quod ad profitendum admittatur: signetur illi dies, quo profiteri debet, & professio illi concedatur modo, qui est in formulario.

S. 4.

In quolibet Conventu sit peculiaris liber, in quo scribantur professiones, & qui eas faciunt, notato anno, mense, & die, & Prælati recipientis ad professionem nomine, & sub quo Patre Provinciali, ac Reverendissimo Generali Ministro, &

S. 5.

ex qua Civitate, vel Oppido sit ortus, vel oriundus, scribanturque nomina patris, & matris suæ, & apponatur testimonium fidem faciens de professi baptismo, & ætate, quæ omnia faciat Pater Novitiorum, & suo nomine subscribat testibus adhibitis.

## CAPUT LI.

### De pignoribus, & decimis.

*Tex. n. 28.* **P***ignora non accipiant, nisi decimas cum licentia sui Episcopi, de manu laici.*

**S. I.** **N**E Fratres nostri Deo militantes se implicent negotijs sæcularibus, præcipimus omnibus, maximè Ministris, ut nullo modo pignora accipiant, aut aliquid pignori obligatum, nec pro pignoribus pecunias reddant, aut contractus pignoratitios faciant, hæc enim omnia ad sæculares pertinent, non ad Religiosos quorum domus non negotiationi, sed orationi sunt dedicatæ. Circà decimarum verò receptionem, aut solutionem id in  
vna-

unaquaque Provincia, aut Conventu observetur, quod in consuetudine est iuxta privilegia Summorum Pontificum, & Regum nostræ Religionis concessa.

## CAPUT LII.

### De Iuramentis non faciendis.

**I**uramenta non faciant, nisi magna necessitate cum licentia sui Ministri, vel iussi ab Episcopo suo, vel ab aliquo vices Apostolicas gerente: & hoc pro honesta, & iusta causa. Tex. n. 19.

Si quod vitium in re, quæ venditur, notum fuerit, indicetur emptori. Tex. n. 30.

**P**ræcipimus, quod nullus Frater in manu Iudicis Ecclesiastici, sive Secularis iuramentum faciat, nisi pro aliqua magna necessitate, & hoc non aliter, nisi de licentia Ministri, vel iussus ab aliquo vices Apostolicas gerente. §. 1.

Hortamur tamen nostri Ordinis Ministros, nè huiusmodi licentias subditis suis villo modo concedant, nisi prius illis constiterit qualitas causæ, aut materiæ circa §. 2.

quam iuramentum ab illis exigitur, & si  
 noverint causam esse criminalem, & ex  
 ea periculum mortis alicui infligendæ im-  
 minere, vel famæ, aut honoris minuendi  
 omninò denegent, immò, etsi civilis sit,  
 caveant nè ratione iuramenti faciendi  
 præiudicium aliquod sequatur alicui, quin  
 potius studeant omnibus, quantum fieri  
 possit, proficere, & nullius bonis (sivè  
 amici, sivè inimici) aliquo modo suo  
 iuramento nocere, vel permittere, vt  
 alij noceant.

## CAPUT LIII.

De hospitali, & pauperibus captivis  
 infirmis.

Lex. n. 312

**I**psa die, qua infirmus asportatus fuerit, de  
 peccatis suis confiteatur Ministro, vel ei, cui  
 Minister iniunxerit, & communice, & alia  
 omnia Sacramenta Ecclesiastica percipere valeat  
 p̄ eodem.



**H**ic non de infirmis Fratribus, sed de S. 1.  
 pauperibus infirmis regula præci-  
 pit, quod ipsa die, qua ad hospitalia do-  
 morum nostrarum asportati fuerint, de  
 peccatis suis confiteantur, & communi-  
 cent: ex qua, & alijs regularibus præ-  
 ceptionibus satis colligitur Fratres no-  
 stros, ita ad pauperum subventionem esse  
 obligatos, ut non solum pauperibus per  
 alienas domos Mendicantibus, & extra  
 Monasteria degentibus subvenire tenea-  
 mur, sed etiam in proprijs Monasterijs,  
 vel propè ea pauperes habere, hospitalia-  
 que, vel aliquam domus partem pro pau-  
 peribus recipiendis deputare.

Quaproptèr ne à primæva nostra insti- S. 2.  
 tutione omninò recedamus: præcipimus  
 omnibus Provincialibus, & Ministris do-  
 morum nostrarum, ut singulis in domi-  
 bus locum aliquem pro pauperibus acci-  
 piendis, & curandis deputare studeant,  
 illisque iuxta posse domus necessaria mi-  
 nistrent, aliquam partem bonorum Con-  
 ventus pauperibus applicantes (iuxta cu-  
 jusque posse, & iuxta taxationem facien-  
 dam in Capitulis Provincialibus) ut su-  
 præ de captivis dictum est. Contrarium  
 facientes, & facere omittentes severè pu-  
 nian-

niantur, & Provincialis, qui circa hoc negligens fuerit inventus, in Diffinitorio Capituli sequentis corrigatur, & re-  
præhendatur.

## CAPUT LIV.

### De suffragijs Fratrum defunctorum, & receptione Missarum.

Tex. n. 32.

**O** Mni secunda Feria præterquam in Octava Paschæ, & Pentecostes, & Nativitatis Domini, & Circumcisionis, & Epiphania, & præterquam in festivitibus novem lectionum, & in Octava Omnium Sanctorum, & aliarum festivitatum, finita Missa pro fidelibus, fiat absolutio fidelium defunctorum in cæmeterio.

S. I.

**O** Mni Dominica præcedenti secundam Feriam (in qua est facienda absolutio, & processio defunctorum) debet decantari vigilia trium lectionum pro Fratribus defunctis, & benefactoribus.

bus. Quod si contingat in Feria secunda officium fieri de aliquo festo duplici, omittatur Vigilia dicenda pro Dominica, & prima die similiter non impedita festo duplici decantetur Missa pro defunctis cum tribus Responsorijs in Ecclesia.

Similiter pro eisdem defunctis benefactoribus, & Fratribus: quatuor anniversaria solemnia fiant, ubi Missa, & totum Officium Defunctorum canteretur, & processio fiat, videlicet ante festum Paschæ, hoc est feria quarta maioris hebdomadæ: vigilia vigiliæ festi Pentecostes: Nativitatis Domini; & feria secunda immediata post diem Animarum fidelium defunctorum; in isto autem die pro omnibus fidelibus defunctis fiat officium, ut in usu habet Catholica Ecclesia: atque singulis totius Quadragesimæ Dominicis vespere defunctorum, & Vigilia recitentur, ut in Breviario præcipitur.

§. 2.

Quando aliquis Religiosus obierit in aliquo Monasterio Ordinis nostri, vel si extra illud moriatur, in die, qua eius obitus fuerit in domo suæ habitationis fiat recommendatio ad plenum, nihil

§. 3.



hilque dimittatur, & officium sepulturæ cum officio defunctorum, pro ipso (vt habetur in Cæremoniali Ordinis) dicatur: quod si ob Fratrum paucitatem officium decantari non possit, submissa voce fiat.

§. 4. Ultra quæ si Minister illius Conventus fuerit defunctus, Fratres omnes in pane, & aqua ieiunabunt in ipso die obitus, si non fuerit Dominica, aut festum solemne: quod si post prandium moriatur, pro anima defuncti vespere defunctorum recitentur. Si Sacerdos fuerit defunctus, in humatione eius omnes Sacerdotes ad collum habeant stolam, celebrenturque exequiæ secundum possessionem domus, & personarum dignitatem.

§. 5. Quilibet Frater illius domus in qua defunctus degebat, pro illo tres Missas celebret: Clerici non Sacerdotes, tria defunctorum officia pro eo recitent. Laici autem centum quinquaginta Pater noster. Missam in die obitus pro Fratre defuncto Minister cantet, & totum officium exequiarum faciat.

§. 6. In quolibet etiam Provinciæ Conventu die, quo cuiuscumque Religiosi professi obitus fuerit annuntiatus, solem-



lemnis vigilia trium lectionum, ac Con-  
 ventualis Missa pro eius decantetur ani-  
 ma, & quilibet Sacerdos totius Provin-  
 ciæ pro eodem debeat vnicum sacrifi-  
 cium applicare.

Ultra quod præcipimus, quod per  
 novem dierum spatium cantetur Missa  
 sollemnis singulis diebus pro defuncto  
 quolibet in domo suæ assignationis, &  
 post prandium omnes Religiosi proces-  
 sionaliter ad locum sepulturæ per idem  
 novem dierum spatium vadant, ibique  
 pro eodem cantetur responsorium cum  
 oratione, *absolve, &c.*

Si verò aliquis Religiosus ante pro-  
 fessionem sollemnem è vita discesserit,  
 iisdem cæremonijs, ac si professus esset,  
 sepeliatur, & quilibet Sacerdos vnam  
 Missam pro eo celebret, non Presbyteri  
 vnum Officium Defunctorum, Laici vnum  
 Rosarium, & hoc solum in Conventu vbi  
 mortuus fuerit.

Cognito obitu Patris, vel Matris  
 alicuius Religiosi, prima die non im-  
 pedita, pro quolibet dicatur vnum Offi-  
 cium cum Missa sollemni à Conventu  
 vbi fuerit Religiosus filius professionis.  
 Totum, quod de defunctis dictum ma-

S. 71

S. 81

S. 91

net, observari mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna suspensionis ab officijs per sex menses.

**§. 10.**

Bona Fratrum defunctorum, hoc est, quæ ab illis aliquando fuerunt acquisita, in tres æquales partes dividantur, quarum prima in deposito Conventus reservetur ad fundandos census, vel emenda bona stabilia pro communibus expensis vniuscuiusque Provinciæ iuxta dispositionem Provincialis, & Diffinitorum. Secunda verò pars ad illam domum pertineat, in qua quilibet fuerit defunctus, dummodo saltem per quatuor annos, ibi commoratus fuerit. Si autem ad domum suæ professionis simul cum tertia parte, quæ superat, pertinebit; nisi defunctus in inventario, aut ante illud expræssè, & inscriptis declaraverit se in alio Conventu talia bona acquisivisse, vel concionando, vel ibidem stando, tunc enim ad talem Conventum debent omnia pertinere, excepta illa parte, quæ pro expensis communibus Provinciæ in quocumque eventu debet reservari.

**§. 11.**

Quæcumque autem, quæ ad aliquem Conventum pertinuerint, quocumque

que ex titulis prædictis postquam ad nummos fuerint redacta, nullo modo consumantur, sed in arca depositi reponantur, vt ex illis ematur aliqua possessio, aut census, vel si aliquis fuerit impositus contra Conuentum reddimatur, vt sic substantiæ Conuentuum paulatim augeantur. Contrarium facientes easdem pœnas incurrant, ac si census, aut alia bona immobilia venderent, aut consumerent.

Bona hæreditaria semper sint illius domus, pro qua Religiosi professionem emisierint, neque aliquo modo ex prædictis dividantur, sed in integrum ad domos suarum professionum pertineant, & si mobilia fuerint, & quæ in nummos redigi possunt fiat de illis, quod in §. antecedenti dictum manet de bonis acquisitis sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis contrarium facientibus.

De libris qui pro morte alicuius Religiosi remanserint, nullus venundetur, nec intra, nec extra Religionem, sed omnes quotquot fuerint relictæ pertineant ad domum, vbi professionem emisit, & ponantur in Bibliotheca, vnde præcipimus, & mandamus in virtute

§. 12

§. 13



Sanctæ obedientiæ , & sub pœna ex-  
 communicationis maioris latæ senten-  
 tiæ ipso facto incurrenda , nè aliquis,  
 sive Superior, sive Subditus sit, vlllo modo  
 dictos libros aut alios, quoscumque perti-  
 nentes ad Bibliothecam quamcumque  
 extrahere possit , aut præsumat , nec  
 etiam si in Biblioteca libri similes, seu  
 ijdem inveniantur , adhuc vendi posse  
 permittimus , sed quod in ea reserven-  
 tur , vt ad alium Conuentum pauperio-  
 rem applicentur ad arbitrium diffinito-  
 rij Capituli Provincialis proximi futuri.

S. 14.

Alia verò ad communes vsus per-  
 tinentia , qualia sunt vestes , aut tuni-  
 cæ , sindones , fulcra , & similia , sive  
 ex lana sint , sive ex lino , nullo mo-  
 do vendantur , sed quæ apta fuerint  
 inventa , vel pro hospitibus , vel pro  
 infirmis applicentur , & alia omnia in-  
 ter alios Fratres pauperiores secundùm  
 eorum indigentiam distribuantur.

S. 15.

Ministris verò , & Præsidentibus  
 nostrorum Conuentuum , & alijs qui  
 stipendijs, & eleemosynis Missarum sunt  
 deputati, districtè mandamus, vt Missarum  
 per singulos dies advenientium cum tan-  
 tum numerum admittant, quæ commo-  
 de



dé possunt impleri , iuxta decretum sanctæ memoriæ Urbani VIII. de celebratione Missarum , nec vitra modum gravati occurrentibus alijs occupationibus fastidiscere nequeant , & né hac occasione Sacerdotes , aut non admodum dispositi , aut ex consuetudine potiùs , quàm devotionis affectu ad tremendum altare interim accedant. Si verò maior Missarum numerus , quam qui adimpleri possit , receptus inveniat , inviolabiliter mandamus , elemosynas eorum servari , vt quam primò per se , vel per alios satisfaciants atque circa hoc Provinciales , & Visitatores evigilent.

Et nè deinceps suffragiorum , & Missarum gravamina nostris Conventibus imponantur , nulla perpetuâ obligatio ad certas Missas , vel suffragia admittantur , nisi tale fuerit sustentationis annexum subsidium perpetuum , quod prudentium consilio sufficiens æstimetur : quod si aliquid mobile detur , vt pecunia , aut aliquid aliud vendibile in nummos redactum , in arca depositi custodiatur vsque dum aliqua possit immobilis possessio comparari. Vt verò maio-

S. 16

ri consideratione hoc fiat volumus, quod huiusmodi contractus rati non habeantur, nisi observato ad vnguem decreto Sacrae Congregationis Concilij, sub foelicis recordationis Urbano VIII. de celebratione Missarum, & deinde accedente Praelati, & maioris partis Conventus assensu. Praelati oppositum facientes a suis officijs absolvantur, & poenis in ipso Decreto contentis puniantur.

**S. 17.**

Nullus Frater audeat Missarum stipendia recipere sine sui Ministri licentia, neque Minister facultatem cuiquam concedat, ut ultra Missas illi ab Ordine concessas, plures dicat, aut recipiat; vterque, aut alter secus faciens poena gravis culpae puniatur.

**S. 18.**

Ut autem obligationibus Missarum meliori modo satisfiat, praecipimus in virtute sanctae obedientiae, & sub praecipito formali omnibus presbyteris nostri Ordinis, quod in vnaquaque hebdomada, infirmitate actuali non impeditis, quinquies ad minus pro obligationibus Conventus, in quo degunt, Missam celebrent, exceptis \* ijs, qui Provinciales fuerunt, Magistris, & Praesen-

tatis , & actualibus Lectoribus Theologiae Scholasticae , Scripturae , & Philosophiae , \* quibus indulgemus , vt quatuor tantum diebus pro obligationibus Conuentus celebrare teneantur ; permittimus enim reliquis tribus , aut duobus diebus cuiuscumque hebdomadae , quod in illis possint Religiosi pro suo arbitrio secundum suam voluntatem , & devotionem Missae sacrificium applicare. Annullandoque , vt in praesenti constitutione annullamus , quascumque licentias , permissiones , seu consuetudinem in contrarium. Si autem aliquando super hoc dispensari debeat , facultatem ad id Capitulo Generali privative concedimus.

## CAPUT LV.

De oratione Fratrum , & benedicta.

**S**ingulis quoque noctibus ad minus in Hospitali coram pauperibus pro statu , & pace

Tcx.n. 329

Bb 2

pace

388 *Liber I. Constit. Gen. exponet. Reg.  
pace Sanctæ Romanæ Ecclesiæ , & totius  
Christianitatis , & pro benefactoribus , pro  
quibus generalis Ecclesia consuevit orare com-  
munis fiat oratio.*

**S. I.** **Q**uia nihil ad retinendam regularis  
vitæ disciplinam , & ad conser-  
vandam , & instaurandum etiam  
pium Religionis nostræ Institutum ma-  
gis necessarium arbitramur , quàm fre-  
quens sanctæ orationis exercitium , quo  
deficiente , omnia corruunt , nam &  
præclaro Christi Domini exemplo , &  
Apostolicis traditionibus , & pijs Eccle-  
siæ sanctionibus , & regularibus Sancto-  
rum Patrum institutis ad hoc , vel ma-  
ximè excitamur , & divinitùs excitati  
quodammodo incendimur; nec sanè Re-  
ligioso nomine verè dignus est, qui singu-  
lis diebus sanctæ orationis , & devotio-  
nis studio non incumbit: ideo præcipimus,  
& mādamus omnibus; & singulis fratri-  
bus , sive Superioribus , sive inferioribus  
cuiuscumque Conventus , etiam mini-  
mi , in virtute sanctæ obedientiæ , vt  
iuxta laudabilem , & probatam cuiuscun-  
que Provinciæ consuetudinem singulis  
diebus , saltem per vnus horæ spa-  
tium



tium, orationem mentalem habeant.

Ut autem nullus huic tam sancto, §. 27  
 ac necessario exercitio deficiat, statui-  
 mus, quod ad orationem non pulsetur  
 ante unam horam post Solis Occasum  
 transactam, & quod illi teneantur in-  
 teresse omnes cuiuscumque qualitatis, &  
 conditionis Fratres, etiamsi graduati  
 Magistri, aut Patres Provinciæ sint,  
 dummodo aliqua gravi infirmitate in-  
 lecto non detineantur, immò, & om-  
 nes cuiuscumque Conventus Officia-  
 les, sive Clerici, sive Laici debeant  
 prædicta hora omnia sua officia com-  
 pleta habere, vel incompleta relin-  
 quere, ut communi orationi intersint;  
 quicumque verò aliter fecerit, poenis  
 gravis culpæ subiaceat.

Et postquam omnes, sive in Cho- §. 37  
 ro, sive in Ecclesia, aut alio loco oppor-  
 tuno convenerint, Prælati incipiat in  
 tono Antiphonam, *Benedicta sit Sancta,*  
*Ec.* & Hebdomadarius dicat in fine.  
*Vers. Benedicamus Patrem, Ec.* Resp.  
*Laudemus, Ec.* Oremus. *Omnipotens sem-*  
*piterne Deus, Ec.* Deinde ex aliquo spiri-  
 tuali libro ipse Hebdomadarius legat  
 capitulum, vel partem capituli accom-

modatam ad meditationem , vt nunquam deficiat in oratione materia meditandi. Finita lectione omnes sub silentio maneat in oratione mentali, vel genuflexi , vel alio modo decenti iuxta singulorum devotionem , aut vires (meritum enim , aut valor orationis non minuitur per corporis rectam , aut obliquam positionem , dummodo mentis intentio recta in Deum dirigatur) & illic pro vniverso statu Ecclesiæ , pro Beatissimo Romano Pontifice , pro Regum , & Principum Christianorum salute , & pace , pro nostræ Religionis incremento spirituali , & temporali , pro vniuscuiusque fœlici huius vitæ progressu , & fœliciori exitu omnes , & singuli Deum ex intimis visceribus precentur , & pro omnibus illis , pro quibus Ecclesia consuevit orare , & in fine facto signo à Prælato , Cantor incipiat Antiphonam, *Conceptio tua* , quam reliqui solemniter prosequantur , & cantent cum versu, & orationibus, atque cum alijs deprecationibus consuetis (prout in Ceremoniâ continentur) ita tamen , vt à principio vsque ad finem in oratione videlicet mentali , & vocali tempus vnus horæ

horæ (vt dictum est) plus, minusvè consumatur. Minister autem, qui in hoc negligens fuerit in prima visitatione ab officio per quatuor menses suspendatur. In secunda autem irremissibiliter deponatur, si non se emendaverit.

## CAPUT LVI-

### De Regularibus, & Canonicis horis.

**I**n regularibus horis morem Beati Victoris observent, exceptis Fratribus servitijs Principum, & Prælatorum deputatis, & Fratribus itinerantibus, exceptis etiam pausionibus, & prolixitatibus, & vigilijs, quæ occasione laboris, vel paucitatis servientium poterunt eis remitti de consilio piorum, & Religiosorum virorum ad hoc in suo capitulo generalis de sui Ministris, vel Fratribus specialiter electorum, propter paucitatem etenim suam tantas pausiones in psallendo facere non tenebuntur, nec ita tempestive surgere.

Tex. n. 3.

§. 1. **C**um nihil operi Dei sit præponendum : præcipimus verbis Constitutionis sanctæ memoriæ Clementis VIII. inhærentes, quod nullus Religiosus prætextu cuiuscumque Privilegij, vel Superioritatis, etiam Generalatus, à servitio chori censeatur immunis, nisi tempore quo quis in proprij officij munere actu fuerit occupatus : cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus Superiores eis tantum diebus, quibus eos legere, & prædicare contigerit, dispensare possint. Idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causa legitimè impeditis : in eos verò, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari poenitentia Superiores animadvertant ad præscriptum regulæ, & constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerit, subtractione.

§. 2. Nullus incæpta hora canonica, usque ad eius finem è choro exeat, sine necessaria causa. Si quis autem exierit, moram non faciat, quam si fecerit, culpam suam in capitulo agnoscat.

§. 3. Ministere cum suis Fratribus simul in choro intersit, diligentèrque studeat,  
vt



ut horæ Canonicæ cum reverentia , &  
 Dei timore dicantur , non magnæ vo-  
 ces , seu viulationes in cantu fiant , sed  
 leniter , & succintè dicantur sine exclama-  
 tione , & longo puncto , ita quod in media  
 clausula fiat mora. Neque alter chorus ver-  
 sum suum incipiat , donec versus alte-  
 rius chori plenè fuerit terminatus. Nul-  
 lus alium in psallendo præveniat , aut  
 sequatur , sed simul omnes convenient:  
 hoc tamen omninò in perpetuum obser-  
 vari volumus , ut ultimus versus Psal-  
 morum , aut Hymnorum , qui Trinitatis  
 Misterium continet , expressè in choro ca-  
 natur sine aliqua interruptione , aut or-  
 gani pulsatione , & quod in fine om-  
 nium horarum cum à choro fuerit disce-  
 dendum , dicatur semper oratio , *Sacro-*  
*sanctæ* , pro defectibus , ut habetur in Cære-  
 moniali. In magnis solemnitatibus , quales  
 sunt nostri Ordinis , aut Conventuum  
 Titulares , Natalis Domini , Pascha Re-  
 surrectionis , & alijs similibus , Ministri  
 Conventuales agant officium , vel si ad-  
 fuerit Minister Provincialis , aut Visita-  
 tor dummodo legitima occupatione im-  
 pediri non sint. In cæteris autem mi-  
 no-

noribus festivitatibus iuxta earum gravitatem Magistri, & Graduati iuxta ordinem, seu distributionem à Ministris faciendam officia celebrabunt.

§. 4. Cætera ad Divinum officium spectantia à Romano Cæremoniali assumi volumus: solumque inpræsentiarum hortamur in Domino omnes nostri Ordinis Ministros (quorumcumque Conventuum sint) nè laudabilem, & religiosam consuetudinem, quæ ab antiquis temporibus viguit, recitandi horas matutinas tempore mediæ noctis villo modo labi permittant, quin potiùs omni cum sollicitudine illam instaurari curent, & vt cæteræ horæ temporibus aptis, & congruis suo ordine dicantur; nè id quod ore in hymnis Ecclesiæ exprimitur, dissonet ab eo quod opere completeretur in choro.

§. 5. Quia sacrilega res est in choro, aut in Templo divinis rebus dicato cantilenas prophanas, aut divinas tonis sæcularibus cantare distrahentibus à divinorum contemplatione, ad cachinnos, aut risum provocantibus; nam graviter obiurgantur ab Amos Propheta, divites

tes Samariæ ; quod concentibus le-  
vibus , & parum pudicis Psalmos Da-  
vidicos modularentur : *qui canitis* , in-  
quit , *ad vocem Psalterij* Ideò decerni-  
mus , & mandamus nè noctè Nativi-  
tatis , , aut Epiphaniæ , aut Resurrectio-  
nis Domini , vel alio quovis die quis-  
quam sit ausus in choris nostris modula-  
tionibus huiuscemodi gravitatem divi-  
norum officiorum labefactare : secùs fa-  
ciens , vt publici scandali auctor punia-  
tur , & Minister , aut Prælatas quivis  
id permittens suspendatur per vnum  
mensem ab officio.

Qualibet secunda , quarta , & sexta  
feria Quadragesimæ post Solis Occa-  
sum omnes simul disciplinam habeant S. 6.  
cum Psalmo *Miserere* , Antiphona,  
*Christus factus est*, &c. & versu , *Dederunt*  
*in escam meam fel.* R. *Et in siti*, &c. & ora-  
tione. *Respice quasumus Domine.* In maio-  
ri hebdomada erit disciplina quarta,  
quinta , & sexta feria , idemque fiat in  
omni sexta feria Adventus Domini. Pa-  
ter verò Novitiorum cum illis , qui  
sunt sub eius cura , habebit disciplinam  
omni sexta feria anni : qui disciplinæ  
non

non adfuerit ( excepta infirmitatis causa ) panem , & aquam in terra comedat.

**S. 7.** Sanctum præterea Sacramentum Eucharistiæ quod in mundissimis corporalibus , & custodia clausum esse debet , omni quinta feria solemniter innovari volumus.

**S. 8.** Quia scriptum est , *maledictus qui facit opus Dei negligenter* : statuimus , & ordinamus nè de cætero in maioribus Missis celebrandis , sive de festo , sive Dominica , sive pro defunctis Sacerdos celebrans alta voce canere omittat Præfationem Ecclesiasticam , & præceptis salutaribus moniti , vnà cum *Pater noster*.

**S. 9.** Neque volumus organorum pulsationem , ac concionem Evangelicam occasionem præbere abbreviandi aliquid à consuetudine Ecclesiastica in Missarum celebratione , cum fieri possit maturior rerum divinarum inchoatio. Porro volumus , vt in choro cantetur alta voce , *Gloria* , cum organis , & *Credo* , sine organis : sitque in choro cantus planus. Quod si cantor in choro , & Sacerdos celebrans contrarium fecerint , in



refectorio vescantur pane, & aqua, ac si deinceps neglexerint, in carcerentur. Postremò tandem, si omiserint, gravi disciplina corporali puniantur: Minister vero, sive Vicarius, qui aliter permiserint, arbitrio Provincialis puniantur.

Omnes illi, qui sub cura Magistri §. 10.  
Novitiorum sunt, debeant omnibus diebus, vel in choro post vespervas, aut matutinas, vel in oratorio Domus Novitiorum officium parvum Beatæ Mariæ nisi aliàs idem fuerit recitatum cum toto Conventu recitare, vel officium maius de aliqua illius festivitatum factum fuerit, tunc enim poterunt loco illius dicere vigiliam pro defunctis. Semper tamen post vespervas, & matutinas remanebunt in choro, ibique ad minus per vnicum vnius horæ quadrantem, genuflexi orationem mentalem habebunt.

Fratres verò laici ( qui etiam dum §. 11.  
vacant ) debent choro interesse, ad matutinas dicant, *Pater noster*, *Ave Maria*, & *Credo*. Quod idem facient ante primam, & post completorium,

398 *Lib. I. Const. Gen. exponent. Reg.*  
2c post, *Domine labia mea aperies, &*  
*Deus in adiutorium*, cum *Gloria Patri*,  
ter quinque, *Pater noster*, dicent, &  
pro laudibus decies: & in fine addant,  
*per Dominum nostrum*, & deinde, *Be-*  
*nedicamus Domino*. In Vesperis verò qua-  
tuordecim *Pater noster* dicant. In alijs  
verò horis prima, tertia, sexta, &  
nona, & completorio dicant pro qua-  
libet hora septies, *Pater noster*. Pro  
officio minori B. Mariæ dicant tot  
*Ave Maria*, pro qualibet hora, quot  
*Pater noster*, dicunt pro officio maiori, & in  
fine cuiuslibet horæ Beatae Mariæ, *Sal-*  
*ve Regina, &c.*

§. 12.

Omni die festivo anni fiat concio  
in omnibus nostri Ordinis Monasterijs,  
necnon, & omni feria quarta, & sex-  
ta Quadragesimæ, vel iuxta consue-  
tudinem omnium Provinciarum, seu  
Conventuum.



CAPUT LVII.

De rasura Fratrum.

**I**N rasura similiter Ordinem Beati Victoris sequantur Clerici : Laici vero barbas non radant sed eas ad modum conversorum Cisterciensium crescere permittant. Tex. n. 34.

**I**N rasura Ordinem Sancti Victoris sequantur Clerici , videlicet Coronas amplas paucorum capillorum quantitate trium digitorum ita super aures. Et eas discoopertas habeant , & in capillorum circulo iuxta proportionem capitis paulo plus , minusvè eadem mensura observetur. Fratres verò Laicos nullo modo Coronas habere permittimus , sed in superficie capilli capitis tondeantur, barbas similiter tonderi volumus , ita quod nullatenus novacula cum radantur, sed eas ad modum Conversorum Cisterciensium crescere modestè permittant, ut in regula exprimitur. Minister , qui S. I.  
Co-

400 *Lib. I. Const. Gen. exponent. Reg.*  
Coronam, aut barbam rasam Laico  
concefferit, suspendatur per mensem.  
Si vero Minister Provincialis fuerit, per  
Capituli Provincialis Diffinitores severe  
puniarur, & corrigatur, & nihilomi-  
nus Frater Laicus tali conces-  
sione privetur.

\* \* \*

Finis expositionis Regulae.



LIBER





# LIBER II.

De Constitutionibus Extravaganti-  
bus agentibus de alijs , quæ in Re-  
gula non continentur , maximè  
tamen necessariæ sunt , & an-  
tiquissimæ.

## TRACTATUS I.

De Regimine Collegiorum.

**L**ITERARUM præcipuè divina-  
rum exercitium plurimum valet  
ad contemplationem , & ad trium  
votorum observantiam , & sic  
magnoperè congruit Religiosæ perfectio-  
ni

S. 11

ni : contemplationem iuvat , illuminando intellectum , & contemplationis pericula , scilicet errores , qui in contemplatione divinarum frequenter accidunt his , qui scripturas ignorant , removendo. Unde dicit Gregorius , quod non nulli dum plus exquirunt contemplando , quam capiunt , usque ad perversa dogmata erumpunt. Iuvat etiam ad votorum observantiam , & primo ad vitandam carnis lasciviam , iuxta illud Hieronymi dictum : *Ama scripturarum studia, & carnis vitia non amabis.* Secundo ad auferendam divitiarum cupiditatem , iuxta illud Sapientiae 7. *Divitias nihil esse duxi in comparatione illius , & illud Philosophi , melius est Philosophari , quam ditari.* Iuvat tandem ad obedientiam , dum ex doctrina scripturarum obedientiae documenta monstrantur. Unde Augustinus , ait : *Quae est ista perversitas lectioni nolle obtemperare , dum vult ei vacare.*

**S. 2.**

Né igitur tanto bono fraudetur nostra sacra Religio , praecipimus omnibus Superioribus , ut maximam curam adhibeant in statuendis , conservandis , & augendis literarum studijs , illisque diligenter provideant , tam de studentibus ,  
quàm

quàm Magistris , & vt omnia suo pondere , & mensura dirigantur , sac inconvenientia vitentur , eis etiam specialitèr prohibemus concedere , aut permittere in puris Collegijs aliquam , seu aliquas Conventualitates perpetuas , illadumtaxat excepta , quæ ratione fundationis , vel iure patronatus processerit , nec item quod in Collegijs persona aliqua sæcularis cuiuscumque conditionis commorari possit titulo studendi. Contrarium facientes gravitèr in capitulo puniantur.

## CAPUT I.

### De Rectoribus Collegiorum.

**C**Vm educatio iuvenum magnopere pendeat ab exemplo , & vigilantia maiorum , statuimus firmiterque observari volumus , vt non possint eligi Rectores nostrorum Collegiorum , nisi Religiosi maiori virtutis exemplo , & scientia præditi , qui primò observantiam nostræ sacræ regulæ , & constitutio-

S. I.

tionum, secundò literarum splendorem sancto, & prudenti zelo intendant, nullo modo consentientes, quod vita scholastica Religiosis obligationibus præferatur, sed vtrumque exactè observetur, cum inter se non opposita, sed maximè conformia sint.

§. 2. Officium Divinum sine cantu recitetur infallibiliter in Collegijs nostri Ordinis, videlicèt, matutinæ prima nocte ante studium, quatuor horæ minores prima luce diei, vespere, & completorium hora secunda post meridiem, & vt maiori reverentia, ac Dei timore dicantur, tenebuntur Patres Rectores choro interesse cum suis fratribus.

§. 3. Dominicis diebus, & festis non desit Missa maior hora debita, & statuta. In solemnitatibus autem primæ classis, & Sanctissimæ Virginis Mariæ, si commodè fieri potest, cantetur. Similiter etiam *Salve*, & *Litanie*, eiusdem Virginis omnibus Sabbatis, prout moris est in toto nostro Ordine.

§. 4. Et quia sine cœlesti orationis exercitio toties à Christo Domino commendato, nec vera Religio stabiliri, nec  
lire-



literarum studia incrementum habere possunt, ordinamus, & districtè præcipimus Patribus Rectoribus, quod singulis diebus habeant in choro orationem mentalem cum suis Fratribus, & (nisi obstet vrgens impedimentum) antequam studio incumbant, iuxta doctrinam Sanctorum Patrum, & Doctorem, inter quos iure numerandus venit venerabilis Thomàs à Kempis de hac re ita loquens: *antequam legas, præcedat oratio.*

Feria sexta cuiuslibet hebdomadæ fiat in Collegijs capitulum de culpis, sicut fieri solet in reliquis Conventibus, & ibi admoneant Patres Rectores suos subditos de pertinentibus ad honorem Dei, ad cuius maiorem gloriam, & proximorum profectum dirigatur totus studiorum labor, postea de spectantibus ad honestatem Ordinis, & studiorum augmentum, & si quos in quolibet horum repererit delinquentes prudenter ad hortetur, vel corrigat secundum gravitatem culpæ

Regenti studiorum, Lectoribus, Collegis, & Collegiorum servitio destinatis tenentur Patres Rectores providere

dere de vestibus, & calceamentis iuxta aliorum Conventuum consuetudinem, & Collegiorum possibilitatem, \* *ac secundum* usum in vnaquaque Provincia super hoc hactenus *observatum*. \* Qui huic nostrae sacrae regulae precepto non satisfecerit, rigorose puniatur a Patre Provinciali,

**§. 7.** seu Visitatore Provinciae.

Post pertinentia ad observantiam regularem, inter alia, quae ad Ordinem, formamque studiorum conducunt, in primis numeratur, & praefixum lectionis tempus, & certae lectionum horae: ideo statuimus, quod in Collegijs nostrae sacrae Religionis infallibiliter inchoentur studia a die Sancti Lucae & perseverent usque ad festum Sanctissimae Trinitatis, quod ibi etiam celebrare tenemur tota solemnitate possibili.

**§. 8.**

Et quia horologii dissimilitudo, climatis inaequalitas, & nationum diversitas eandem prorsus normam, ac legem ferre non possunt, quoad distributionem horarum eam relinquimus iudicio Praelatorum, & Regentium, ut in suis Provincijs decernant, quod ad maiorem in literis profectum viderint expedire,

Inchoato studio, nè inutilibus occupationibus distrahantur scholastici, maximè prohibemus Patribus Rectoribus, concedere licentiam divagandi ad civitatem, seu villam, & multo minùs ad Monasteria Monialium. Actibus verò scholasticis alienis Collegijs, seu Conventibus celebrari solitis infallibiliter assistant (suo ordine, & distributione servata) & teneantur Rectores inquirere quomodo se gerunt in publicis actionibus, tam quoad modestiam Religiosam, quàm etiam, quoad literarum splendorem.

§. 9.

Vacationes intra annuam scholasticum nullæ introducantur, & si quid iam sunt superfluæ (non obstante abusu) coarctentur, per tot enim remissiones multum temporis inutiliter amittitur: sicque materiæ expediri nequeunt. Non desit tamen in vnaquaque hebdomada dies vna feriata, qua omnes studentes à continuo studiorum labore possint animum laxare: & teneantur Patres Rectores seligere aliquem locum aptum huic Religiosæ recreationi, sive intra, sive extra Collegia: nam sicut subditi summam obedientiam, & honorem præstare

§. 10.

re debent suo Rectori, ità ex officio incumbit Rectori diligenter curare de subditorum honesto levamine, omnesque benignè, & charitativè tractare iuxta cuiusque gradum, præcipuè observando infallibiliter privilegia, & exemptiones debitas Patri Regenti studiorum, scientiarum Lectoribus, & reliquis scholaribus.

## §. II.

In alijs vacationibus extra anni curriculum, si ob Collegiorum inopiam omnes, vel maior pars ibi manere non possit, Pater Provincialis eos distribuatur per reliquos Provinciæ Conventus ubi iuxta, & suo muneri de vitæ commoditate à Prælati tractentur tamquam filij digniori matris servitio designati.

## §. 12.

Nunquam tamen Collegia suis alumnis relinquuntur taliter destituta, quod ad minus non habeant tres, vel quatuor, qui tam longo tempore possint Missam celebrare, formamque communitalis constituere; caveant Prælati sub poenæ gravis culpæ, nè alium feriandi modum studentibus concedant, testatur namque experientia radicem esse omnis ruinae, & perditionis, tam Religiosæ, quàm literariæ.

Ad-



Admonemus, etiam Ministros Aca-  
demiarum, hoc est, Collegiorum Rectores,  
seu domorum studij Prælatos, facultatum  
Professores, Doctores, cæterosque om-  
nes, quod in Cathedrarum vacationibus  
summam adhibeant curam, nè in alicui-  
us oppositorum favorem se se propen-  
sos ostendant, sed (sicut viros Religio-  
sos decet) omni odio, & amore post-  
posito sola cuiuscumque merita, & iu-  
sticiam quam pro Cathedra legenda ha-  
bet, attendentes (provt conscientia  
dictaverit) suffragia præstent. Religio-  
sus, qui signis, aut verbis passionem  
suam notabiliter, & scandalosè osten-  
derit, ipso facto studio privetur, & in  
alio Conventu pœna gravis culpæ pu-  
niatur.

S. 13.

Declaramus insuper, quod in Ci-  
vitatibus, aut locis, in quibus Religio  
nostra Conventum simul, & Collegium  
possidet, Minister Conventus esse debet  
Ordinarius illius districtus, à qua omnes  
Religiosi peregrini benedictionem petere  
tenebantur, & tanquam Ordinario Præ-  
lato in omnibus illi obedientiam præ-  
stare, ne in studiorum distractionem  
Collegia nostra hospitia fiant Fratrum  
suntium, & redeuntium. CA-

S. 14.

## CAPUT II.

## De officio , &amp; auctoritate Regentis studiorum.

§. 1. **Q**uoniam circa studentes peculiaris adhibenda est cura , vt scientia proficiant , firmiter statuimus , quod in vnoquoque Collegio nostri Ordinis sit vnus Regens studiorum nominatus à Patre Provinciali cum Diffinitoribus non pro libito , sed pro meritis. Cum enim totum studiorum pondus illius idoneitati innixum superincumbat , eligi necessè est ex dignioribus exemplo , scientia, & vigilantia. Quarè tenentur præeligere ad tantum munus vnum ex iam Graduatis in Sacra Theologia quod si obster inopia Collegij , aliud vè iustum impedimentum , in tali eventu benè poterit coniungi officium lectoris Primarij cum dignitate Magistri Regentis.

§. 2.

Ad hunc pertinet ex officio omnes, qui sunt de corpore studij docere in primis initium sapientiæ , hoc est timorem

Do-

Domini ad Divinum Cultum , bonos mores , ac pacem inter se ipsos , & cum alijs Fratribus , obedientiamque præstendam Rectori , verbo , & exemplo eos sæpè hortari : deinde vnumquemque excitare ad studium , ac diligenter curare , quod Patres Lectores ad sua munera exequenda non sint pigri , quia de omnium sollicitudine , ac profectu reddere tenentur Patri Provinciali , seu Visitatori Provinciæ.

Ei etiam cura incumbit distribuendi Patrum Lectorum lectiones ad utilitatem , & captum studentium , sollicitare Rectorem , & maiores , vt procurentur libri , & scripta utilia , cæteraque huiusmodi ad studium necessaria. Item quod quotidianæ disputationes infallibiliter fiant hora debita , & statuta : nam scientiæ potiùs disputando , quàm audiendo addiscuntur , & magis prodest disputatio vna , quàm lectiones multæ. Omnibus Conclusionibus , tam publicis , quàm privatis interesse tenetur ; & ab eo primo loco ( nisi Prælati sit præfens ) veniam capient Scholastici , quorum nullus , nec etiam Lectorum inconsulto studiorum Regen-

§. 3.

gente audeant conclusiones aliquas publicè sustentandas proponere sub pœna gravis culpæ.

§. 4.

Ad officium quoque Patris Regentis spectat semel ad minus in die feriata vniuscuiusque hebdomadæ proponere vnâ conclusionem moralem: cui ipse præsidere tenetur duarum horarum spatio, nè nostri Theologi sola speculatione contenti omninò obliuiscantur doctrinæ ad eò vtilis salutis animarum. Hanc conclusionem propugnet vnus scholasticus, & arguant duo, vel tres, quorum dubia prosequantur Patres Lectores, si animadverterint argumentantem per se non posse vltiùs vim argumenti vtilitèr vrgere: alitèr eos non impediunt; quod etiam in alijs disputationibus observetur.

§. 5.

Ipsius item est (simul cum Patre Rectore) singulis annis in fine vacationum examinare Scholasticos, vt singulorum facultas, & habilitas innotescat. Et facto examine Magister Regens omni passione semota, fideliter, & secretè referat Patri Provinciali quidquid circa studentium progressum, vel defectum invenerit, vt tanquam rectus Iudex bene-



hæmeritos laudet, favoribusque stimulet ad prosequendum, rudes vero, vel notabiliter pigros à studijs semoveat, nè in damnum Religionis tempus inutiliter infumant, sed alijs officijs occupentur.

Debeat denique Pater Regens taliter instruere studentes, quod vno quærente, vel proponente, cæteri taceant. Si quis autem indebitè clamose, aut proterve quærens, vel proponens reperiatur, statim ab eo (nisi Rector sit præsens) corripiatur, vel modesto verbo, vel si opus fuerit pœna comedendi in terra. Non solum enim Scholastici obedientiam servare debent Patri Regenti; sed etiam Patres Lectores debitum honorem, & reverentiam in omnibus, quæ pertinent ad studiorum dispositionem. Quod si aliquis contra fecerit, per Rectorem primò moneatur, secundò puniatur, tertio à studio expellatur de assensu Patris Provincialis, vel Visitatoris Provinciae.

Quia verò, nec rationi congruum, nec dignitati conforme videtur, quod discipuli aliquando suo præsideant Magistro: Statuimus, & firmiter ordinamus, quod in absentia Patris Recto-

ris, præsideat in nostris Collegijs Magister Regens (quo etiam absente succedat Lector Theologiæ Primarius, & deficiente Primario, Vesperarius) licentiam exeundi foras concedat, cæteraque spiritualia gubernet; Vicarius vero (qui communiter, vel cursor, aut merè Scholasticus esse solet) reliqua ad gubernium temporalem conducentia administret. \* *quod intelligi volumus de his tantum Collegijs, quæ, vt talia in omnibus gubernantur.* \*

§. 8. Semper etiam Pater Regens (et si Graduatus non sit) obtineat in suo Collegio sessionem, & antiquitatem super alios Fratres Conventuales (exceptis Graduatis in Sacra Theologia) infra quos omnes, dum dictum exercuerit officium, idem locum habebit, tam ibi, quam in alijs Conventibus, ad quos diverterit, nisi alium superiorem ex iustitia possideat.

§. 9. Cellam quoque Patris Regentis (in Collegio tantum) immunem esse volumus à præcepto silentij, quod imponit nostra Sacra Regula, cap. 27. non vt occasio sit dissolutionis, clamoris, conventiculi, aliorumvè huiusmodi; sed solum

lum vt omnes de corpore studij locum habeat omni tempore conferendi insurgentia dubia cum digniori Magistro, cuius resolutioni omnes adherere tenebuntur.

Maximé tamen cavendum est Magistro Regenti, nè perturbatores, discoli, vel indisciplinati apud eum refugium inveniát, seu favorem, nec etiam permitat, quod scholastici ei faciant peculiaria servitia, quæ alijs dignis Fratribus fieri non solent, sed in omnibus se semper præbeat exemplarem, summam obedientiam, pacem, ac humilitatem ad Prælatos habere studeat: Patrum Lectorum dignitatem veneretur, omnesque benignè tractet, & in quantum in se est, iuxta morum, & scientiæ merita faveat, laborando, vt eis provideatur de necessarijs, & ab alijs occupationibus liberentur, vt in studio magis perficere possint; sollicitando denique à Prælatibus illorum augmenta, iustasque, & honestas recreationes: sic enim disciplina regularis non minuetur, & amor eius magnoperè augebitur

§. 10.

## CAPVT. III.

## De officio Patrum Lectorum.

§. 1. **Q**uia ab idoneitate Magistrorum pul-  
lulat omnis discipulorum fructus:  
nè contingat, vt si cœcus cœco du-  
catum præstet, ambo in foveam cadant,  
omni sinè contentione nobis conandum  
peruestigare media, quæ nostrorum Lec-  
torum insufficientiam, & exoptatum fi-  
nem fideiitèr præbent, & sine fictione  
manifestent. Propterea ordinamus in vio-  
labilitèrque observari volumus nullum  
Religiosum admitti posse ad lecturam,  
tam Sacræ Theologiæ, quàm Artium,  
in quo non reperiantur sequentes con-  
ditiones.

§. 2. Prima, vt sit probatæ vitæ, &  
morum, vndè sumitur initium omnis  
sapientiæ, nam sicut alios præcellit in  
scientia divina, ita, & exemplo totius  
Sanctitatis, & virtutis, præcipuè humili-  
tatis, patientiæ, sobrietatis præire debet.

Secunda, vt sit Sacerdos. \* *sed in  
hoc*



hoc potius attendatur Scientia, ingenij  
quæ præstantia pro officio Lectoris adim-  
plendo, & *sufficiencia*.\*

Tertia, vt completum habeat qua-  
driennium suæ Theologiæ.

Quarta denique, quod concurrat ad  
rigorosum certamen, seu oppositionem,  
præelectusque sit à Iudicibus illius, quos  
esse declaramus Patrem Provinciale,  
& quatuor Magistros antiquiores in  
gradu, quorum aliquo absente, vel le-  
gitimè impedito, vocetur Præsentatus  
similiter antiquior: dummodo tamen  
nunquam fiat oppositio, quin adminus  
interfint duo Magistri.

Ab isto concursu non poterit Pa-  
ter Provincialis quemquam ex illis ex-  
cludere, qui illius periculo se exponere  
voluerit (nisi fortè ob graves culpas  
sint vinciti, aut per sententiam inhabi-  
les) imò tenetur notum facere certa-  
men toti Provinciæ: ne aliquis iure  
concurrenti fraudulenter privetur ob de-  
fectum notitiæ.

Celebretur oppositio in loco publi-  
co, cui adesse possint non solum Præla-  
tus Conventus, in quo facienda est, sed  
etiam cæteri Religiosi, & fiat semper

tali temporis opportunitate, vt post approbaturum Lectorem, vsque ad diem, qua inchoandus est cursus, intercedant adminus sex menses, quibus Lector designatus possit præparari ad suum munus ( vt decet ) exequendum.

§. 6.

Oppositionis ritus sit subsequens. Præsente Patre Provinciali, vel Prælato Conventus ( cui in absentia suas poterit committere vices ) simul etiam adstantibus quatuor Iudicibus assignatis; Pater Provincialis ter iubeat aperire textum Magistri Sententiarum ( si est Theologus ) vel Aristotelis ( si est Philosophus ) & ex locis illis tribus, quos casu liber apertus obiecerit, vnum quem maluerit, feligat antiquior concurrentium : supra cuius materiam construere tenetur lectionem, & sequenti die post viginti quatuor horas, eam memoriter repetere tribus horæ quadrantibus : finita lectione aduersus eum arguat de proposita quæstione alius, qui subsequitur ex Oppositoribus duplici medio quorum vnum dumtaxat premere, seu virgere tenebitur seriyata semper forma syllogistica per quart. m horæ partem plus minusvè. Eodem modo prosequatur

tur arguendo secundus Oppositor, itaut ex duobus compleantur tres horę quadrantes, & sic de cæteris.

Certamine peracto convenient assignari Iudices, quibus (nè in re iustitiæ locus detur alicui humanæ passioni) præcipimus, in virtute sanctę obedientię præligere, quem ex concurrentibus secundum Deum, & conscientię dictamen, adiudicaverint digniorem, quę electio, vt liberior, & expeditior evadat, fieri mandamus per secreta suffragia: qui plura pro se habuerit, censeatur electus.

Et vt rectus studendi ordo servetur, non debet inchoari Philosophiæ cursus, nisi in principio anni scholastici, & triennio infallibilitèr absolvi: quod vt commodiùs exequatur, curet Pater Lector totum in suas partes ità distribuere, quod primo anno explicationem faciat Logicalium: in secundo, & tertio ceterorum ad naturalem Philosophiam, & Metaphysicam spectantium.

Caveat autem nè amplifcet quę percurranda sunt, vel res difficiliore, ac præcipuas perstringat, quæ-

S. 7.

S. 8.

S. 9.

stionesvè alio transponat, quàm oportet, sed in pertractandis quæstionibus immoretur, iuxtà earum qualitatem, & difficultatem, nequam omittendo aliquid substantiale eorum, quæ sunt proprii instituti, vt libros de Generatione, & Anima, qui sunt præcipua pars Philosophiæ, in qua oportet scholares strenuè esse exercitatos, aut item ex professo disputando, quæ ad Theologos pertinent, cum hoc sit in alienam segetem falcem mittere.

In opinionum delectu habeant Patres Lectores specialem advertentiam, & enixè studeant communiore, magisque probatas sententias tueri, nec ad ostendendum ingenij subtilitatem adducant opiniones obsoletas, absurdas, inutiles, præcipuè falsas, aut minus probabiles, similiter etiam solutiones, aut objectiones non camulent, quia hoc confusio- nem parit, & obscuritatem, sed suas conclusiones præcipuis tantum probent, & impugnent fundamentis, quod valdè conducit ad claritatem, quàm præ omnibus ad discipulorum profectum intendere debent, & tenentur.

Duas



Duas quotidie lectiones, ante meridianam unam, alteram post meridianam habeat Lector Philosophiæ, nec unaquæ minus duret, quam duarum horarum spatio: In prima dicet lectionem ita tamen temperatè, quod Auditores commodè excipere valeant, & scribere. In secunda explicet, quæ scripta sunt clariori verborum apparatu. Postea præcipiat alicui discipulo, seu pluribus (si tempus non desit) repetere lectionem, quam ceteri attentè audiant: quod si agnoverit, eos inania tantum proferre verba absque significati intelligentia, semel, & iterum labore, quoad usque deveniant ad sensus agnitionem.

S. 11.

Singulis hebdomadis quater ad minus fiant conferentiæ, & conclusiones aliqua hora certa, & commodiori. Item semel in mense privatæ theses à prandio per integras duas horas, & ubi fuerint aliqui Theologiæ studiosi, argumentari teneantur contra Philosophos: multum enim conducit ad studiorum incrementum, ut inferiorum classium auditores cum superiorum studiosis, & ij cum illis vicissim disputent.

S. 12.

Ad excitandos quoque audientium

S. 13.

animos semel saltem in anno instituere tenentur Lectores, tam Philosophiæ, quam Theologiæ, typisque mandare (de expensis domus) solemniores aliquas conclusiones, idque eo splendore, atque apparatu, invitatis etiam alijs Religiosis aliorum Ordinum: vt ex ea re studijs nostris non infructuosus aliquis fervor accidat.

**S. 14.** In fine autem triennij, cursusque Philosophici ad exhibendum specimen aliquod suorum studiorum, actum de universa Philosophia tenentur defendere: hoc enim vehementius ad studium inflammat adolescentes, & pudefacit desides, ac ignavos. Ad huiusmodi vero actus, qui omnes per integrum diem durabunt, non admitantur, nisi qui multò plus, quàm mediocriter profecerunt, alioquin, & frigebit disputatio, & studij colliabatur auctoritas.

**S. 15.** In Conventibus, vbi deerit Regens, potestatem habeant Lectores puniendi suos discipulos pœna comedendi interra propter negligentias tantum circa studium commissas, quod si culpa excedat, referant Prælato, vt augeat pœnam.

Quod attinet specialitèr ad Sacram  
Theologiam : nè aliquis immeritò , be- S. 16.  
nemeritis relictis, contingat honorari; or-  
dinamus in primis, quod nullus Religio-  
sus admittatur ad lectionem Theologiæ,  
quin prius cursum Philosophicum lege-  
rit , & compleverit ; in casu autem vr-  
gentis necessitatis alicuius Provinciæ,  
hoc est , si nullus qui legerit Philoso-  
phiam inveniatur , possit Pater Provin-  
cialis de assensu Diffinitorij cum aliquo  
dispensare , vt sine prævia artium lectu-  
ra Theologiam legat , dummodo sem-  
per præcedat supradictum oppositionis  
examen.

Et ne nostra Collegia nimis onerentur, & scholares tot lectionibus oppri-  
mantur , statuimus : vt in vnoquoque  
Collegio duo tantùm sint Lectores Theo-  
logiæ speculatiuæ , Primarius vnus, Ves-  
perarius alter : loquimur de Collegijs in  
aliqua celebri Vniuersitate incorporatis.  
Supponimus namque teneri nostros præ-  
ter istas duas lectiones , tot alias prin-  
cipaliores in Vniuersitate audire , siuè  
sint Magistrorum nostri Ordinis , siue  
diferfi , vnde sequitur Collegia extrà  
prædictas Vniuersitates posita. (cum nihil  
aliud

aliud sint, quàm Seminaria literarum) habere posse vsque ad quatuor lectiones, si ita Diffinitorio Provinciæ visum fuerit expedire.

§. 18.

In alijs Conventibus studio Theologiæ designatis, ne continua chori frequentatio, cæteraque exercitia conventualia impediatur, sufficiunt duo Lectores, & si necessitas exigat tertium, potest esse Sacræ Scripturæ dignus professor; cum enim Sancti Patres adeo commendent hoc studium, tanquam firmissimum Ecclesiæ præsidium contra hæreticos ab scholastica ad scripturam Catholicos provocantes magnopere curare debemus, quod apud nostros excitetur, atque floreat, ex vero namque, & germano Scripturarum sensu desumendæ sunt veritates, in quibus explicandis scholastici versantur, & qui post habita soliditate scripturarum se totos scholasticæ Theologiæ tradunt, commentarios certè sequi videntur, relicto textu, ac proinde quasi manchi, & mutij Theologi debent reputari.

§. 19.

Pecuniarem igitur diligentiam adhibeant Prælati in exercendis, ac illustrandis scripturarum studijs, & de  
ijs,



ijs, qui sacrae vacant; ne ullus etiam admitatur ad lecturam Sacrae Scripturae, quin prius finierit adminus lecturam cursus Philosophici, & novam efficiat oppositionem in materia ipsarummet scripturarum iuxta normam superius adnotatam. Quod si vnicus sit Cathedrae praetensor, non propterea omnino deferatur oppositionis ritus, sed semper teneatur repetere suam lectionem. Idem infallibiter observari volumus in caeteris promovendis, tam ad lecturam Philosophiae, quam Theologiae speculativae.

Sed quia studium casuum conscientiae non minus necessarium, imò frequentius, & vtilius est Religiosis omnibus, qui in aliquo iuvandi proximos ministerio occupantur. Ideo praecipimus Patribus Provincialibus, eorumque conscientias gravissimè oneramus, vt in posterum assignent pro singulis domibus suarum Provinciarum Religiosum aliquem probum, & capacem habendi saltè per semihoram, quotidianam casuum lectionem, cui omnes Conventuales non Graduati interesse debent: tali autem Lectori intuitu continui laboris, concedimus exemptiones à  
tabu-

tabula officiorum. Provincialis, qui hanc nostram constitutionem exequi neglexerit, severè puniatur à Visitatore Provinciæ.

§. 21.

Nulla lectio Theologiæ minùs duret, quàm spatium vnius horæ, videlicèt primi tres quadrantes Magistri dictationi inserviant, vltimus explanationi. Quoad exercitia scholastica observare tenentur Lectores Theologiæ in Collegijs idem, quod suprà statutum est de Lectore Philosophiæ, nec annus aliquis ei numeretur, profutvè ad gradum consequendum, nisi sit completus, & in eo publicas sustineat conclusiones. Idem intelligitur de Lectore Scripturæ.

§. 22.

In alijs Conventibus, si domesticæ occupationes non ferant tot conferentias, & disputationes, ad minùs nequaquam desint conclusiones bis in septimana post lectionem matutinam, vna quæque per spatium vnius horæ.

§. 23.

Primarius Lector præsideat in vna hebdomada, Vesperarius in alia; suamquè habeat Professor Sacræ Scripturæ. Scholastici propugnent, & arguant modo supradicto.

Vitimo teneantur, Patres Lectores Theologiae se conformare capacitati auditorum, & utilia, ac expedientia eis intelligibiliter legere; dare operam, ut ex lectionibus proficiant auditores: dubitantibus, & interrogantibus de aliquo, benignè, & charitativè satisfacere pro ut possunt, & sciunt: propter quod eorum cellas exemptas relinquimus à præcepto silentij omni tempore, respectu tantum suorum discipulorum: dummodo hoc privilegio non abutantur, sed in observantia regulari se semper præbeant maximè exemplares.

§. 24

Denique ut Deo, Prælati, & Fratribus acceptus sit continuus eorum labor, nec debeant anhelare ad ea, quæ sapiunt vanam gloriam, nec ferre graviter, si de modo legendi in aliquo corrigantur, sed bono animo debent implere quidquid à suis maioribus fuerit ordinatum, & se corrigere libenter in his, quæ fuerint sibi dicta corrigenda.

§. 25.

Ad fugandas quoque ex vna parte ignorantiae tenebras, & eradicanda mala ab otio pullulantia: declaramus, & præcipimus, ut in qualibet nostri Ordinis Provincia quantumvis minima, non de-

§. 26

deficiat adminis vnus cursus Philosophiæ, & alius Theologiæ scholasticæ. Ex altera vero, vt exulent superfluitates, aliaque inconuenientia, de quibus experientia docemur; mandamus, quod in vnaquaque Provincia quantumvis magna non legantur simul plusquam tres cursus Philosophiæ, casu autem, quo ob studentium multipliciter alius vtilis videatur, nequaquam instituatur nisi in Capitulo Provinciali, de assensu, & matura consideratione Patris Provincialis, & Diffinitorum Provinciae.

## CAPUT IV.

### De obligationibus studentium.

§. I.

CUM bona Religionis gubernatio consistere non aliter possit, nisi in suis quisque locis, ac sedibus collocetur; & oppositum ( teste experientia ) chaos fit,  
&



& radix malorum , tanto morbo mederi enixè cupientes , non solum commendamus venerabilibus Provincialibus , & Diffinitoribus nostri Ordinis approbationem eorum , qui ad studia Philosophiæ , & Theologiæ admittendi sunt ; verùm tamen conscientias eorum operamus , ne in posterum eligant ad prædicta studia , nisi habentes sequentia requisita.

Primùm est vitæ , & morum laudabilitas ; nam si discoli sunt , & male morigerati , qualicumque libertate adiecta abutentes in peius ibunt , sociorum disrumpent concordiam , nec sancto muneri à Religione intento ( vt decet ) deservient. S. 2.

Secundùm , experientia , sive probatio ingenij , & capacitatis ad scientias addiscendas , à rudibus namque , & ineptis sperare fructum , est oleum , & operam perdere. S. 3.

Ut autem certius iudicetur , qui Philosophiæ studijs idonei sint ; adhibendam est rigorosum examen linguæ Latinæ per Patrem Provinciale , & Diffinitores , qui si in aliqua Provincia commode convocari non valeant , substituantur eorum loco , tot doctiores Provin- S. 4.

vinciæ Magistri , & his deficientibus per totidem Præsentatos , dummodo nunquam desint huic examini quatuor Iudices , qui simul cum Patre Provinciali rectè approbent, vel reprobent examinandos per calculos albos , vel nigros.

**S. 5.** Verùm tamen ne huiusmodi lex nimis rigorosa videatur ; declaramus , quod si qui re vera plusquam mediocre ingenium præbuerint , magnam vè indolem ad concionandum , non arceantur à studijs Philosophiæ , & Theologiæ , quamvis in lingua Latina tam solida non habeant fundamenta sicut cæteri , nec in annuis scientiæ examiniibus adeo ægregios ostentent progressus : ab his enim multum potest religio sperare fructum.

**S. 6.** Non solum Philosophiam ingressuri , sed etiam iam ingressi , & Theologiam singulis annis infallibilitèr examinandi sunt de materijs eo anno in scholis pertractatis : nam in progressu studiorum certius perspici potest , quid valeat quisque ad finem consequendum , quam principio.

**S. 7.** Collegarum examen ad Patres Regentes , & Rectores pertinet , vt supra statutum est. Studentium verò in Con-  
ven-

ventibus ubi sunt studia, fiat à duobus Patribus Graduatis in Sacra Theologia, ac in ea plùs versatis, qui maturè observent, quis nollit, aut non possit progressum facere, idque fideliter referant Patri Provinciali.

§. 8.

Sæcularibus scientijs non occupentur nostri Scholares, sed iuxta Prælatorum dispositionem professores sint, vel Sacræ Theologiæ ad animarum utilitatem, vel Sacrorum Canonum ad defensionem Ecclesiæ. Intra cellas legere, scribere, noctequè accensa lucerna vigilare, etiam silentij tempore possint propter studium.

Nullus præterea ad Sacram Theologiam audiendam admittatur; quin prius finitum habeat triennium Philosophiæ, sive intra, sive extra Ordinem, dummodò proposito examine reperiatur idoneus.

§. 9.

Theologiæ curriculum non extendatur ultra quadriennium, neque etiam restringatur: sed in hoc præfixo termino indispensabiliter remaneat, ne de nimia brevitate resultet studentibus præiudicium, aut de longitudine rædium, Religionisque servitio aliquale detrimentum

§. 10.

Scho-

S. II.

Scholastici non concionentur intra tempus sui studij poterit tamen Pater Provincialis cum dignioribus dispensare, vt quarto tantum anno aliquas prædicationes efficiant exercitij causa.

## CAPUT V.

## De Cursoribus.

**Q**uadriennio in studijs Theologicis, vt præfertur, completo, nõ illi qui plus profecerunt, & à quibus nostra Religio vberiores fructus colligere sperat, oppositis exercitijs innotentur; maxime convenit, vt iuxta superiorum præscriptum in Collegijs retineantur honorifico titulo Cursoratus; ibique ferventiori conatu Philosophiæ, Theologiæ, ac Sacræ Scripturæ operam dare teneantur arguendo, disputando, iuniores instruendo, & ea omnia perficiendo, quæ Sacræ Theologiæ professorem decent, quibusvè idonei reddi possint, vt aliorum Lectores aliquando, & Magistri dici, & esse merito valeant.

Sj



Si vero multi digni reperiantur, qui Cursoratus gradu ornari prætendant (vt nulli fiat iniuria, & omnium quærelæ evitentur) potest, imo, & debet Pater Provincialis novam instituere oppositionem qua præligantur digniores ab iisdem Iudicibus supra assignatis iuxta maiorem suffragiorum numerum.

S. 27

Declaramus autem quod tempus Cursoratus extendi non potest ultra quadriennium quo tempore à Prælatibus benignius tractari debent Cursores, & à quibusdam servitijs, quibus reliqui iuniores studentes subduntur, eximi: congruum enim videtur, vt aliquali privilegio utantur, qui suo cursu strenuè peracto ad altiora studia se accingunt: non propterea tamen inflentur, sed propensiori humilitati studeant se in omnibus ostendere.

S. 28



## TRACTATUS II.

S. I.

## De Graduatis, &amp; eorum sufficientia.

**R**ationis æquitas poscit, vnumquemque prout certamen gessit, laboris mercedem habere. Propterea decernimus quod qui specialiter in sancto exercitio literarum, & prædicationis se exercent, Sacrum Ordinem nostrum illustrantes, specialiter ab ipso Ordine condecorentur gradu, seu dignitate Magisterij, aut Præsentaturæ in Sacra Theologia, vel Prædicaturæ generalis iuxta proportionem meritorum: sic enim ociositas malorum sentina facile relegitur, & ignorantia Religioso statui valdè indecens procùl erit à nobis.



## CAPUT I.

## De Prædicatoribus Generalibus.

**I**ncipientes igitur ab his, qui Salvatoris nostri Dei vestigia imittantur in prædicatione Divini verbi cum magna populi Christiani laude, & acceptatione defudant; statuimus, inviolabilique decreto mandamus, vt \* octo \* Prædicatoribus Generales creentur, & permaneant perpetuo in vnaquaque Provincia nostri Ordinis, dummodo nullus ad talem dignitatem eligi possit, qui prius sequentes conditiones non expleverit.

Prima est, vitæ laudabilitas, & morum honestas, ità quod sine scandalo, ac periculo tam divinum munus valeat exercere: cum enim officium prædicationis sit præcipuum in Ecclesia Dei, & multis privilegijs dotatum, vt habetur ex capite, *Ex iniuncto extra, de hæreticis,* & cap. 1. & 2. extra, *de excessibus Prælatorum*: debet Concionator maximè ille,

Et 2

qui

qui honorifico Prædicatoris Generalis titulo, seu dignitate potitur, ut dignè prædicet primò interius habere ardentem Dei dilectionem, qua salutem animarum in omnibus suis actionibus, & studijs principalitèr intendat. Secundo conversationem etiam exterius relucen-tem, ut Religiosis exemplis populum possit ædificare.

§. 3. Secunda, quod per duodecim annos à fine quadrienij sui Theologici studij enumeratos Prædicator maior existat designatus à Patre Provinciali, & Diffinitoribus per patentes literas ab vtrisque subscriptas in singulis Capitulis Provincialibus pro aliquo, vel aliquibus Conventibus, in quibus omnibus annis conciones ad Populum laudabiliter habere tenetur, illis exceptis quas Minister domus alteri commendaverit, vel ipse fecerit in aliqua Cathedrali, seu Collegiata Ecclesia. Cùm enim ex hoc non exiguus honor Religioni nostræ accrescat, consentaneum est, quod tale meritum ei numeretur ad præmium.

§. 4. Tertia, ut quadriennium casus conscientie doceat in aliquo cœnobio. \*

*Quam casuum conscientie lectionem in*



fra duodennium, per quod Prædicatoris  
Conventualis officio fungitur, peragere  
poterit. \*

Quarta denique, ut Quadragesi-  
mum ætatis suæ annum, & vigesi-  
mum à susceptione habitus ad minus  
attingat.

S. 5.

Constando de laudabili adimpletio-  
ne istarum omnium conditionum in Ca-  
pitulo Provinciali, per literas testimo-  
niales Ministrorum loca'ium, & Discre-  
torum Conventus, ubi tales diligentie  
sunt expletæ, post factas omnes electio-  
nes (si detur locus vacans) Præses Ca-  
pituli cum Provinciali absoluto, & Pro-  
vinciali, ac Diffinitoribus novitér ele-  
ctis procedant ad electionem alterius,  
in quo secundum Deum, & conscientiam  
dictamen, postposita quacumque huma-  
na passione, antecedentia requisita glo-  
riosius agnoverint adimpleta, quæ ut va-  
lida censeantur, fieri debet per secre-  
ta suffragia, & à maiori suffragiorum  
numero.

S. 6.

Quod si contingat aliquos ad idem  
præmium concurrere, talitér æquales in  
meritis requisitis, ut excessus aliquis  
vix notari possit in vno magis quam in

S. 7.

Ee 3                      alio

alio, in hoc solo casu tenentur Electores dicti, seu potius Iudices suffragari pro seniori in munere prædicandi, & si in hoc etiam fuerint æquales, pro antiquiore à die professionis.

§. 8. Nè autem superfluitas, confusio vè aliqua interveniat in concionatorum designatione; statuimus, vt in Provinciali Capitulo à Reverendo Patre Provinciali, & Diffinitoribus simul congregatis recensitis omnibus Provinciæ Prædicatoribus ordinarijs, & in cathalogum redactis; ex illis præeligantur, seu deputentur ad Prædicatores maiores singulorum Conventuum, qui vita scientia, gratia, ac alijs dotibus cæteros vincunt, quibusque maius auctoritatis pondus iresset, semel verò designati in vno Capitulo (si suo munere debitè satisfecerint) conservari, & approbari debent in sequentibus Capitulis usque dum perveniant ad metam duodecim annorum, quibus finitis alij similiter loco deficientium designentur, dummodo in vno quoque Conventu vnicus tantum sit Prædicator maior designatus.

§. 9. Ad vitandam quoque fraudem aliquam,

quam, aut dolum in annorum computatione, declaramus, quod Concionatores maiores domorum singulis annis à Ministro, & Scriba Conventus obtinere tenentur authenticum testimonium, in quo vterque sub iuramento officij sui fidem faciat eos anno illo per tabulam, iuxtà prædicta prædicasse.

Cùm autem prædictos annos compleverint, coram Ministro, & Consiliarijs illius Cœnobij, in quo tunc Conventuales fuerint, complementum illud annorum ostendant, prædictis testimonijs præsentatis. Minister verò, & Consiliarij si ea vera, & authentica invenerint, literas testimoniales, eis concedant, in quibus omnes sub eodem iuramento officij fidem faciant, & subscribant prædictos concionatores annos duodecim secundum leges concionando implevisse (idem ordo servetur in approbatione annorum lecturæ moralis) huiusmodique literis obtentis vnusquisque eas remittere, vel præsentare tenetur Capitulo Provinciali, vt sciant Patres Electores, quot sunt apti ad subeundam dignitatem Prædicationis generalis in locis, qui vacaverint.

§. 10.

¶ 11. Statuimus præterea, nè Religiosi, qui ab officijs prædicandi se omnino subtraxerint, ad dignitatem Prædicatoris generalis eligantur, etiam si prædictas diligentias iam expleverint; si vè enim post earum impletionem, si vè etiam post dignitatis possessionem semper tenentur, eorumque muneri præcipue incumbit conciones ad Populum habere quotiescumque à Prælato domus eis fuerit demandatum.

¶ 12. Sexagenarios autem (licet bos lassus fortius figat pedem, vt dixit Sanctus Hieronymus ad Sanctum Augustinum) ingravescente iam ætate à prædicandi labore per tabulam relevamus: non desinant tamen concionari quoties potuerint, meminerintque, quod vna canities prædicat, suggestique corona senectus.

¶ 13. Prædicatores Generales prædicto Ordine, & conditionibus electi vocem habeant in Capitulo Provinciali, & in omnibus electionibus, quæ fieri solent à toto Capitulo, sicut cæteri Vocales: literasque absque licentia accipere, & mittere valeant: & à tabula officiorum sint immunes: primam mensam,



sam, vel sessionem etiam obtineant super omnes Fratres Conventuales, servata inter se antiquitate Religionis annumerata à professionis die.

## CAPUT II.

### De Præsentatis.

**A**D gradum Præsentaturæ sequentia §. 1.  
requisita necessaria sunt videlicet: sexennium lecturæ Artium, & Theologiæ Scholasticæ, trigessimus secundus ætatis suæ annus, & decimus quintus à die professionis, hac tamen declaratione adiecta, quod anni lecturæ debent esse completi, & cum præsentia vna conclusionum solemniū pro singulis annis.

Qui verò ob indigentiam alicuius §. 2.  
Provinciæ iuxta diffinitum tractatu de Collegiis, capitul. 3. absque prævia artium lectura admissi fuerint ad legendam Theologiam speculativam octo annos lecturæ complere debent cum eadem conclusionum præsentia, & cæte-

cæteris requisitis : diligentias aliter factas insufficientes esse ad gradum Præsentati assequendum declaramus.

§. 3.

Ut autem omnia ordinatè fiant: præcipimus, vt prædicti anni ( idem est de reliquis necessarijs ad gradum Magisterij assequendum ) singuli per se authentico testimonio Rectoris, vel Ministri, ac duorum studentium comprobentur, & cum finiti fuerint, ostendantur probationes Reverendo Patri Provinciali, & Diffinitoribus, vt de statu meritorum, seu iubilatione cuiuscumque constet.

§. 4.

Ad vitandam tamèn quamcumque materiam discordiæ, declaramus; quod Religiosi, quia annos lecturæ ad Præsentaturam taxatos compleverunt, si ulterius profequi voluerint, non possint privari à Patre Provinciali ulteriori lectione ad Magisterium requisita, nisi sit ob demerita personalia, vel negligentias in ipsamet lectura commissas, & hoc de assensu Patrum Diffinitorum. Undè qui diligenter, & cum Discipulorum profectu continuare intenderint, non impediuntur, sicut nec obligentur, qui à labore quiescere

cere acceptaverint, nisi ingenij acumen, & ad docendum capacitas talis sit, quod illorum quies vergat in Religionis detrimentum, tunc enim tanto debent cogi ad lecturam prosequendam, quanto negligentes, & infructuosi ab illa arceri.

Completis prædictis requisitis, & in Capitulo Provinciali visis, ac approbatis, simulque vitæ, ac morum laudabilitate, promoveantur ad loca, quæ vacaverint antiquiores \* à tempore suæ Lecturæ: quod si in hoc æquales fuerint, assumentur antiquiores à die professionis \* dummodo sub obedientia suorum Prælatorum semper vixerint, nam si aliquo tempore absque illa divagati sunt, talis absentia eis indispensabiliter non computetur inter annos antiquitatis, nec ad aliud præmium conducere possit, sed potius ad confusionem, seu supplicium.

S. 5.

Et ut vitentur sumptus, & expensæ factæ in magnis Universitatibus ad suscipiendos gradus Doctoris, & Bacchalaurei, superant enim Religiosam paupertatem, nec à Communitatibus commodè fieri possunt, multoque

S. 6.

mi-

minus à particularibus, indulgemus, & sancimus non esse necessarium ad Magisterij, aut Præsentaturæ locum occupandum gradum aliquem accipere in aliqua Vniuersitate, & sufficere quod Religiosi habentes scientiam, & merita in his legibus præscripta vtramque lauream Doctoris, & Bacchalaurei suscipiant intra Ordinem in Capitulis Provincialibus modo, & forma infra posita.

§. 7. Et etiam si aliqui de expressa licentia suorum Prælatorum literis obtenta, formati fuerint Doctores, aut Bacchalaurei in magna aliqua, & insigni Vniuersitate, hi tales indigere novo gradu Ordinis declaramus, quando expletis eorum lectionibus, & ceteris requisitis in his constitutionibus præfixis ad gradus Ordinis ipsis debitos sunt admittendi. Tunc enim non sufficit dicta laurea Doctoris ad gradum Magisterij occupandum, & dictus gradus Bacchalaurei formati ad gradum Præsentaturæ.

§. 8. Ne autem aliquis per saltum de Lectore ascendat ad supremam dignitatem, & locum Magisterij Provinciæ  
de-



decernimus , nullum Religiosum etiam habentem omnes conditiones ad Magisterium requisitas , posse immediatè promoveri ad dictam Magisterij dignitatem , quin prius sit Præsentatus.

Declaramus denique , Præsentatos §. 9] numerales iuxta has conditiones , & formam admissos vocem habere in Capitulo Provinciali , & in omnibus electionibus , quæ à toto Capitulo fieri solent : ab officijs tabulæ exemptos : literas recipere , & mittere posse absque licentia : primamque mensam , sessionem , & antiquitatem obtinere super alios Fratres Conventuales , quamvis sint Prædicatores Generales servata etiam inter se antiquitate suarum professionum.

### CAPUT III.

#### De Magistris in Sacra Theologia.

Cum merita , & præmia essentialiter §. 1] connectantur , necesse est , vt qui altiorem prætendunt dignitatem , longiori subiectentur labori. Quapropter  
ordi-

ordinamus, quod nulli concedatur facultas, ut fieri possit Magister in Sacra Theologia, nisi vitra ea, quæ ad suscipiendum Præsentaturæ gradum requiri mandavimus, per aliud sexennium Theologiam docuerit, observatis circumstantiis suprapositis: nimirum quod anni Lecturæ sint integri, & in vnoquoque conclusionibus præsit. Qui has condiciones expleverit, & Quadragesimum ætatis annum, vigesimumque à die professionis completè habuerit, aptus maneat ad gradum, & locum Magisterij, qui vacaverit intenta inter concurrentes antiquitate \* *laborum*, prout de Prædicatoribus Generalibus, & Præsentatis remanet *dictum*. \*

§. 2.

Declaramus etiam, quod locus Magisterij in Sacra Theologia, sicuti, & Præsentaturæ, & Prædicationis Provincia non potest aliqui conferri, nisi in Capitulo Provinciali: proindèque tenetur Reverendus Præses Capituli (finitis omnibus electionibus) exquirere quot gradus in illo triennio vacaverint, & ab eo simul cum Diffinitorio visis, & approbatis meritis cuiuscumque concurrentis, sine mora procedere ad creatio-

tionem aliorum observatis omnibus circumstantijs iuxta harum seriem constitutionum, & gradus solemnitate sequenti Capitulo latiùs descripta conferre, aliter verò creatos Magistros Theologiae, Præsentatos, & Prædicatores Provinciæ omnibus gratijs, & exemptionibus, hac constitutione privamus, & pro non Graduatis nostri Ordinis haberi volumus.

Quoniam verò, si non est certus, & determinatus numerus Laurearorum proveniet, numerum privilegiatorum esse maximum, cupientes summopere huic incommodo obviam ire: Statuimus, & mandamus Generalibus, Visitatoribus, Provincialibus, & Diffinitoribus sub pœna excommunicationis maioris, quam in his scriptis ferimus, & indispensabilis privationis vocis activæ, & passivæ per decennium, nè permittant quod numerus Graduatorum hic taxatus, & præfinitus augeatur, videlicet pro vnaquaque Provincia, Prædicatorum generalium numerus \* *Octonarius.* \*

Pro illis Provincijs, quæ numerum decimum sextum Conventuum, aut

aut plus habent, assignamus \* *decimanon*  
 octavum Præsentatorum numerum, &  
 Magistrorum duodecimum: in alijs ve-  
 ro Provincijs, quæ prædictum numerum  
 decimum sextum Conventuum non ha-  
 bent: Magistri sint sex, & Præsentati  
*decem.* \* Quidquid in contrarium fa-  
 ctum fuerit, tam quoad Prædicatores  
 Generales, quàm quoad Præsentatos  
 & Magistros, totum sit irritum, &  
 inane.

§. 5.

Quod si in posterum aliquis Reli-  
 giosus (etiam huiusmodi literarum exer-  
 citamentis peractis, cæterisque condi-  
 tionibus expletis) gradum aliquem ex-  
 tra numeralem, etiam si sit quoad  
 nomen, & sessionem solum, à quo-  
 cumque Superiore fuerit consequutus,  
 tamquam scandalosè impaciens, & per-  
 nitiosus nostrarum constitutionum trans-  
 gressor graviter puniatur à Patre Pro-  
 vinciali, vel Visitatore Provinciæ, ut-  
 que constet de scandalosa eius trans-  
 gressione, omninò inhabilis permaneat  
 ad talem gradum, quamvis aliàs ius  
 habeat ad illum occupandum.

§. 6.

Verùm quia maxima Religionis  
 incommoda ex inordinato Graduato-  
 rum



rum numero hucusque provenientia ex-  
posita apud Sanctam Sedem Apostoli-  
cam, coegerunt Sanctitatem Gregorij  
XV. expedire Bullam prohibentem om-  
nibus, & singulis Prælatiſ iurisdic-  
tionem concedendi alicui Religioſo quem-  
cumque gradum contra tenorem noſtra-  
rum conſtitutionum, volentemque ſo-  
los illos permanere, qui fuerint nume-  
rales de iuſtitia, vt ex ipſa Bulla la-  
tius patet, quam reverenter ſuſcipi-  
mus, & eidem inhærentes, declara-  
mus, omnes gradus extranumerales  
in quacumque Provincia poſt prædictæ  
Bullæ intimationem conſeſſos, etiam  
ſi ad nomen tantum ſint, & ſeſſionem  
ſine voto, nullos eſſe, nulliusque mo-  
menti, & valoris, & tenore præſen-  
tium illos annullamus, abolemus, &  
extinguimus. Præcipientes ſub pœna  
excommunicationis maioris ipſo factò,  
& privationis vtriuſque vocis ad decen-  
nium Reverendiſſimo Patri noſtro Ge-  
nerali, Diffinitoribus Generalibus, Pro-  
vincialibus, Viſitatoribus, cæteriſque  
quibuſcumque Prælatiſ, nè ſimiles gra-  
dus de gratia, titulum, ſeſſionem, immu-  
nitatemvè à choro, vel à tabula offi-  
cio-

ciorum alicui Religioso in posterum concedant contra formam, & contra condiciones assignatas in his legibus à Sede Apostolica auctoritate confirmatis.

§. 7.

In Sacra Theologia Magistri numerales supra suffragium, & immunitates reliquis Graduatis concessas, mensuram maiorem, antiquitatem, & sessionem obtineant super omnes, servata inter se ipsos præcedentia iuxta antiquitatem Magisterij \* *Statuimus* iuxta indelebilem nostræ Religionis usum quod N. Reverendissimus P. Generalis titulo fraternitatis, Reverendissimus nominetur: Patres autem qui Provinciales fuerint ex quo ad tale officium assumuntur, titulo Paternitatis admodum Reverendæ: Patres autem Graduati, Diffinitores, & actuales Ministri, titulo Paternitatis nominentur. Nullus autem ex predictis titulis alteri à supradictis tribuatur; si aliquis præter nominatos consenserit se talibus nominibus honorari, aut eorum aliquis eo titulo qui ipsi non debetur, tam ille, quam qui eum sic honoraverit, poena gravis culpæ infallibiliter à Prælati puniatur. \*

Debetur quoque dictis Magistris, & Provinciarum Patribus privilegium non petendi benedictionem à Superiore, antequam domum exeant (dummodo extra Conventum non pernecent) sufficit enim quod eorum socij in eundo, & redeundo eam petant.

S. 81

Qui verò annos lecturæ ad Præsentaturam statutos iam expleverunt, etsi locum emeritum non possideant, nihilominus ab officijs tabulæ sint liberi, sessionemquè habeant infra Prædicatores generales immediatè secundum antiquitatem suarum professionum.

S. 91

Verùm nè Magistrorum, & Præsentatorum scientia velut thesaurus absconditus infructuosa remaneat in non modicum nostri Ordinis nocumentum; ordinamus, & inviolabilitè statuimus observandum, ut Magistri, & Præsentati curam habeant specialem arguendi, seu instandi, non solum in privatis nostris disputationibus, sed principalius in publicis, & solemnioribus aliarum Religionum, in cuius observatione invigilent Patres Ministri sub pœna gravis culpæ.

S. 101

Tenentur etiam prædicti Patres

S. 111

conclusionibus præsidere quoties opus fuerit, præcipuè illis, quæ in comitijs Provincialibus celebrantur. Quod si dictis exercitijs incumbere noluerint, nisi gravis morbus, aliudvè legitimum obstaculum impediatur; vel vigesimo anno à die suorum graduum transacto, tenentur Superiores contra eos procedere.

**S. 12.** Non sunt denique omninò immunes Præsentati, & Magistri à labore prædicandi, maximè quando opportuerit, vel ad Religionis ornamentum, vel ad charitativè iuvandum reliquos Provinciæ Prædicatores.

**S. 13.** Nullus fiat Doctor, aut Bacchalaureus in aliqua Vniversitate, nisi de licentia Patris Provincialis, & Diffinitorum in scriptis obtenta, quæ solum concedi debet habentibus eam scientiæ capacitatem cum cæteris requisitis necessarijs ad talem gradum dignè possidendum.

**S. 14.** Si verò aliquem ad obtinendam Cathedram alicuius celebris Academiæ necessarium fuerit gradum in ea recipere, non solum ei concedatur facultas, sed omne adiutorium possibile: totum namque cedit non in modicum Religio-



gionis nostræ splendorem: non tamen ob hoc videatur ad gradum Ordinis admissus, sivè inter eius Graduatos numeratus, nisi prius præfixas condiciones expleat, locumquè sibi debitum obtineat; ei autem indulgemus, vt anni lecturæ in prædictis Vniversitatibus completi, ad gradus Ordinis obtinendos acceptentur. Deindè post possessionem propriæ Cathedræ antiquitatem, & sessionem infra Præsentatos immediatè habeant.

Declaramus, quod si aliquis Graduat<sup>us</sup> ex vna Provincia ad aliam venerit de licentia vtriusque Provincialis, vel Patris Generalis, in ea possit recipi: non tamen locum obtineat Graduatorum vsque dum in Capitulo Provinciali examinetur qualitèr ad gradum in sua originali Provincia fuerit provectus, ac per Patrem Provinciale, & Diffinitores fuerit admissus, & tunc extrà numerum Graduatorum illius Provinciæ gradu suo potiatur à die sue receptionis in tali Provincia. Si autem ad propriam redire voluerit, in ea recipiatur iuxtà antiquitatem sui gradus.

S. 153

duſ , tanquam ſi abſens non fuiſſet.

§. 16.

\* Denique conſtitutionibus Sanctæ memoriæ Clementis Octavi inhærentes , declaramus , quod illi , qui Provinciales , vel Diffinitores Generales extiterunt , aut quovis alio munere Superioris functi ſunt , intuitu officiorum nulla præ eminentia , quoad Chorum , Refectorium , & victum debent gaudere , ſed communem in hiſ , & alijs Religioſam vitam exequi debent , ſecundum harum ſeriem Conſtitutionum : quoad alia autem , quæ communis vitæ obſervantiæ non adverſantur , iſs præ eminentijs gaudeant Patres , qui Provinciales fuerunt , quæ ſecundum hæſ Conſtitutiones competunt iſſis , intuitu prædictorum officiorum , nempe vox activa , & tranſacto ſexennio paſſiva in Capitulo Provincialiſ ſeſſio ſupra Magiſtros , & alia , quæ Magiſtris , cæterisque Graduatis conſeſduntur . \*

§. 17. Præcipientes denique ordinamus , & declaramus libros Magiſtrorum Academi arum non ad domos filiationis ſed ad ipſamet Collegia , ſeu Conventus in qui-

quibus Cathedra fuit obtenta pertinere;  
nam eos ex Cathedræ redditibus ac-  
quisitos fuisse iudicamus.

## CAPVT IV.

De forma conferendi gradum Bac-  
chalaurei , feu Præ-  
sentati.

**C**Um gradus Bacchalaurei , & Præ-  
sentati in nostro Ordine sint con-  
vertibiles : collationem istius gra-  
dus præcedat indispensabile examen  
hoc modo : Congregato Diffinitorio  
cum reliquis Capitularibus die , & ho-  
ra competenti , in loco publico sit Ca-  
thedra præparata , in qua ascendit Bac-  
chalaureandus , & facta brevi oratio-  
ne literarum exhortatoria : insurgant  
duo Præsentati antiquiores Provinciæ  
interrogando vnus post alium duas ex  
gravioribus difficultatibus Theologiæ,  
& contra sententiam prolatam à Bac-  
chalaureando quilibet arguat per spa-  
tium

tium quartæ horæ partis , & eodem modo prosequantur alij duo Præsentati noviores interrogando vnus post alium de duabus Philosophiæ difficultatibus , & similiter arguant per spatium dimidiæ horæ , & finiatur actus aliqua brevi oratione arguentium laudatoria. Si alius sit graduandus , seruetur eademmet forma.

His peractis remaneat in aula solum Diffinitorium cum Secretario Capituli , & per suffragia secreta secundum Deum , & suas conscientias approbent , vel reprobent , vt laurea approbato præparetur , & loco reprobatum alius subrogetur.

§. 2.

Si autem graduandus patrocinauerit aliquas conclusiones in prædicto Capitulo , in quo est promovendus ad gradum , non indigere alio examine declaramus , sed peracta præsentia conclusionum , scrutinium circa eius approbationem , vel reprobationem forma præscripta fiat.

§. 3.

Postquam aliquis ad gradum Bachalauri , seu Præsentati sit approbatus , assignetur dies , & hora ad recipiendam lauream , cuius collatio fiat

§. 4.

in



in vno actu literario, qui formatura dicitur constante tribus conclusionibus Theologicis, in quo præsidebit vnus Magister Provinciæ ad arbitrium Definitorij, & postquam Bacchalaureandus (qui in parua Cathedra collocata in medio aulae sedere debet) vnã disputaverit quæstionem, Patronus ipse iuxta morem academicum primò arguat aduersus eum de proposita quæstione: deindè duo Præsentati suo Ordine: argumentis finitis surgat Bacchalaureandus, & inter duos Fratres iuniores, quorum vnus pileum in patina argentea, & alter Magistrum sententiarum deferat, accedat ad Reverendum Præsidentem Capituli, & stans coram eo dicat.

*Religiosissime Pater, Et huius Capituli Præses dignissime, peto à te, vt concedas mihi facultatem ad accipiendum gradum Bacchalaurei in Sacra Theologia, qui iuxta nostras leges Apostolicas prærequiritur ad possidendum locum Præsentati.* §. 5.

Præses verò Capituli pro Tribunali sedens cum Provinciali noviter electo, & absoluto eum benedicens dicat: *Ego eam tibi concedo in nomine Sanctis-* §. 6.

Divissimæ Trinitatis Patris, ✠ & Filij, ✠  
& Spiritus Sancti. ✠

§. 7.

Tunc Bacchalaureandus genuflexus manum Præsidis deosculetur, & surgens inter prædictos Fratres iuniores, ad Cathedram in qua Patronus erit, accedat, & in ultimo gradu illius genuflectatur. Patronus verò brevem quandam orationem in laudem ipsius faciens, eum tandem Bacchalaureum creet sub hac forma.

§. 8.

Ego Frater N. huius Provinciæ Magister auctoritate Apostolica Bacchalaureum te constituo in Sacra Theologia, ut dignè possis inter Patres Præsentatos nostræ Sacræ Religionis numerari, & concedo tibi omnia privilegia, quæ ad hunc gradum, & dignitatem ascendentibus concedi solent, in cuius signum piæ eum impono capiti tuo, & librum tibi trado clausum, & apertum, ut eum publicè possis interpretari, in nomine Sanctissimæ Trinitatis Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti. ✠ Amen.

§. 9.

Ultimò tandem novus Bacchalaureus in Cathedram ascendat, & actionem in hunc modum concludat.

Reliquum est, ut gratias agamus Sanctissimæ Trinitati, Religiosissimo, & dignissimo Patri nostro huius Capituli Præsidi, admodum Reverendis Patribus Provincialibus noviter electo, & absoluto, Venerabilibus Diffinitoribus, Sapientissimis in Sacra Theologia Magistris, & Præsentatis, Congregationi omnibus titulis ornatissimæ. §. 10.

## CAPUT V.

De forma creandi Magistrum in  
Sacra Theologia,

VT aliquis ad lauream Doctoris, vel Magistri in Sacra Pagina promoveatur, quantumvis Cathedram rexerit, examinari indispensabiliter mandamus eadem forma, & modo, quo dictum est de Bacchalaureo, seu Præsentato cum hac differentia, quod interrogantes, & arguentes sint quatuor Magistri, quorum primus de prima parte Sancti Thomæ Aquinatis interroget, & arguat: Secundus de primâ secundæ, Tertius de secun-

§. 11.

secundæ. Quartus de tertia parte : nisi conclusiones patrocinauerit in eodem Capitulo , vt dictum est , & eodem modo , ac de Præsentatis fiat approbatio , vel reprobatio.

§. 2.

Approbato aliquo ad gradum Magisterij : Reverendus Præses Capituli horam designet opportunam , in qua ad sonum tintinabuli congregetur Conventus , cantoreque intonante , Psalmum *Laudate pueri Dominum* , processionaliter procedant ad locum in Ecclesia decenter paratum pro laurea Doctorali suscipienda , in quo Reverendus ipse Capituli Præses à Provinciæ Diffinitoribus associatus tanquam personam Reverendissimi Patris nostri Ministri Generalis in hoc actu repræsentans , vel ex eius commissione ( si fuerit præsens dicto Capitulo ) aliquis Magister numeralis expectet laurea ndum : in calce autem processionis incedant Magistri Provinciæ , & Præsentati , nec non , & Doctores academiæ , si qui fuerint adhuc non possidentes prædictos Ordinis gradus singulis insignijs ornati. In fine tandem Magistrandus capite discooperto , medius inter Pro-  
vin-



vinciale electum, & absolutum, duoque iuniores Fratres antè eum incendant, quorum vnus pileum teneis albis distinctum, alter Bibliam Sacram cum annulo deferat.

Ingressis omnibus prædictum locum, Psalmoque finito accedat vltimò Magistrandus, & genuflexus ad pedes Reverendi Præsidis, sic ab eo interrogetur. *Quid petis?* R. *Humiliter peto promoveri ad gradum Doctoratus, & Magisterij in Sacra Theologia.* Præsidens. *Promittis tenere, servare, docere, & defendere doctrinam sanam, & Catholicam iuxtà determinationem Sanctæ Matris Ecclesiæ?* R. *Promitto, & spondeo in hac forma.* §. 3.

Professio Fidei iuxtà formam Bullæ Pij Papæ Quarti. §. 4.

*Ego Frater N. firma fide credo, & confiteor omnia; & singula, quæ continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet.*

*Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem Cœli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium, & in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, & ex Patre* §. 5.  
na-

natum ante omnia sæcula , Deum de Deo , lumen de lumine , Deum verum de Deo vero , genitum , non factum consubstantialem Patri , per quem omnia facta sunt , qui propter nos homines , & propter nostram salutem descendit de Cœlis , & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine , & Homo factus est : Crucifixus etiam pro nobis , sub Pontio Pilato passus , & sepultus est , & resurrexit tertia die secundum scripturas , & ascendit in Cœlum , sedet ad dexteram Patris : & iterum venturus est cum gloria iudicare vivos , & mortuos , cuius Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum , & vivificantem , qui ex Patre , Filioque procedit , qui cum Patre , & Filio simul adoratur , & conglorificatur , qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam , & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum , & expecto resurrectionem mortuorum , & vitam venturi sæculi. Amen.

S. 6. Apostolicas , & Ecclesiasticas traditiones , & constitutiones firmissimè admitto , & amplector. Item

Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Sacram Scripturarum admitto, nec eam unquam, nisi iuxta unanimum consensum Patrum accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vera, & propria Sacramenta novæ legis, à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis (licet non omnia singulis) necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium. Illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, & Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. §. 73

Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemnè administratione recipio: & admitto omnia, & singula quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacro sancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. §. 81

Pro-

§. 9. Profiteor pariter, in Missa offerri Deo verum, proprium, & propiciatorium Sacrificium pro vivis, & defunctis: atque in Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento esse verè, realitèr, & substantialitèr corpus, & sanguinem vna cum anima, & Divinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conversionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat.

§. 10. Fateor enim sub altera tantùm specie totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi.

§. 11. Constanter teneo, purgatorium esse animasque ibi detentas fidelium suffragijs invari.

§. 12. Similitèr, & Sanctos vna cum Christo regnantes venerandos, atque invocandos esse; eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas, firmitèr assero.

§. 13. Imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque  
eis



eis debitum honorem, ac venerationem  
impartiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem  
à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illa-  
rumque vsum Christiano Populo maximè  
salutarem esse affirmo.

S. 147

Sanctam Catholicam, & Apostolicam,  
& Romanam Ecclesiam omnium Eccle-  
siarum Matrem, & Magistram agnosco.

S. 154

Romano Pontifici Beati Petri Apo-  
stolorum Principis successori, ac Iesu  
Christi Vicario veram obedientiam  
spondeo, ac iuro.

S. 161

Cætera item omnia à Sacris Ca-  
nonibus, & œcumenicis concilijs, ac præ-  
cipuè à Sacrosancta Tridentina Syno-  
do tradita, & definita, & declarata  
indubitanter recipio, atque profiteor,  
simulque contraria omnia, acque hæ-  
reses quascumque ab Ecclesia damnatas,  
& reiectas, & anathematizatas ego pa-  
riter damno, reijcio, & anathematizo.

S. 171

Hanc verò Catholicam fidem, ex-  
trà quam nemo salvus esse potest, quam  
inpræsentiarum sponte profiteor, &  
veraciter teneo integram, & imma-  
culatam vsque ad extremum vitæ spi-  
ritum constantissimè (Deo adiuvante)

S. 181

retinere , & confiteri , atque ab illis ,  
 quorum cura ad me in munere meo spe-  
 ctabit , teneri , doceri , & prædicari  
 quantum in me erit , curaturum.

*Ego idem N. spondeo , voveo , atque  
 iuro. Sic me Deus adiuvet , & hæc San-  
 cta Dei Evangelia.*

Finita professione fidei Reveren-  
 dus Præses Capituli brevi oratione præ-  
 missa in laudem Magistrandi annulum  
 §. 19. imponat digito eius, dicens.

Quoniam Sapientiam vocasti  
 §. 20. amicam , & amator factus formæ  
 illius quæstisti eam , tibi sponsam  
 assumere , ecce Deus dat tibi eam  
 sponsam , vt semper tecum sit, &  
 cor tuum possideat. In signum er-  
 go sponsationis accipe annulum  
 in manu tua , & ego auctori-  
 tate Apostolica , qua fungor,  
 instituo , creo , & facio te Do-  
 ctorem , & Magistrum in Sacra  
 Theo-

Theologia, doque tibi potestatem,  
& facultatem publicè legendi, do-  
cendi, interpretandi, exponendi,  
& declarandi Sacram Theologiam.  
In nomine Patris, & Filij, & Spi-  
ritus Sancti, Amen.

§. 21.

Posteà tradat ei Bibliam Sacram,  
quam ipse accipiens aperiat, & iterum  
modestè claudat: deindè imponat bi-  
retum capiti eius dicens: *Accipe bire-  
tum nigrum in signo Magisterij. Sic or-  
net te Deus corona gloriæ.*

§. 22.

Ultimò, Reverendus Pater Præses  
Capituli possessionem Magisterij ei con-  
ferat sub hac forma.

Ego F. N. Præses Capituli, &c.  
te Fratrem N. promotum ad gradum  
Magisterij Sacræ Theologiæ annu-  
mero confortio Magistrorum hu-  
ius nostræ Provinciæ N. & con-  
cedo tibi omnia privilegia, quæ  
ad

§. 23.

ad hunc gradum ascendentibus in  
 nostra Sacra Religione concedi so-  
 lent. Ita collocet te , & sedere  
 faciat Sanctissima Trinitas cum  
 Principibus , vt folium gloriæ te-  
 neas , quæ est benedicta in sæ-  
 cula sæculorum. Amen.

§. 24.

Tunc Magister creatus manum  
 Reverendi Præsidis deosculans surgat,  
 & sedeat in sella media inter ipsum  
 Præsidem , & Provinciale noviter  
 electum , unusque è Lectoribus , vel  
 saltem ingeniosus Theologus gravem  
 orationem faciat in laudem virtutis,  
 scientiæ, & laboris ipsius Magistri, at-  
 que Theologiæ.

§. 25.

Qua finita det pacem Venerabili-  
 bus Provincialibus , & alijs Magistris,  
 actionemque concludat novus Magister  
 cum solita gratiarum actione. *Reliquum  
 est , vt gratias agamus Sanctissimæ Tri-  
 nitati, &c.* Postea dentur ei literæ pa-  
 tentales prædicti gradus Magisterij.

§. 26.

Ultra quod tenetur unusquisque  
 etiam



etiam Prædicator Generalis, accipere literas patentes testimoniales, per quas ubique constare possit authenticè de eius promotione ad dignitatem, & nè ordo præcedentiarum aliquando confundatur.

### TRACTATUS III.

De Prædicatoribus, & Confessarijs, & Ordinandis.

**Q**uoniam plurimum refert ad Dei servitium, animarum salutem, & nostræ Sacræ Religionis profectum, ut peculiaris habeatur delectus personarum, quæ admitendæ sunt ad exercenda divina munera prædicandi, confitendi, & consecrandi, seu administrandi in Altari. Ideò præcipimus Provincialibus, & quibuscumque Superioribus sub pœna gravioris culpæ irremissibilitèr infligenda, quod sequentiâ statuta circa electionem, seu

approbationem Prædicatorum, Confessoriorum, & Ordinandorum ad unguem observent, & observari faciant.

## CAPUT I.

### De Prædicatoribus.

**S. I.** **D**iligentissimè curet Pater Provincialis, ne Prædicationis officium committatur nisi fratribus ad hoc idoneis, moribus, & scientia probatis, ne ex Prædicatorum insufficientia Ordo Sacer contemptuissit, & eorum ignorantia vergat in animarum periculum. Idèò statuimus, quod nulli facultas ad prædicandum concedatur antequam per quadriennium completum Sacræ Theologiæ studio incumbat, & coram Patre Provinciali, & Definitoribus Provinciæ de scientia examinetur, & per calculos albos, & nigros ab ipsis approbetur, approbationemque eorum subscriptam obtineat, qui aliter prædicare ausus fuerit pœna car-

carceris puniatur. Ministri, Vicarij, seu Præsidentes hoc permittentes, pœnæ gravioris culpæ subiaceant.

Si tamen prædictum examen fieri non potuerit à Patre Provinciali, & Diffinitoribus, aut coram eis commode haberi, fiat saltem ex commissione illorum, iuxtà Clementinam Sæctionem numero 37. à tribus gravibus, & peritis Theologis Magistris, vel Præsidentis in præsentia Ministri illius Conventus ubi examinandus occurrit, quorum exacto iudicio dictam approbationem eo modo relinquimus, nec antè eam, & concionem privatam coràm Communitate habitam audeat quicumque Superior aliquem Episcopo præsentare sub eadem pœna gravis culpæ. §. 2.

Qui verò benedictione accepta, ad concionandum ierit: ubiquè tanquam virtutis exemplar (qui suam, & aliorum salutem curare exoptat) Religiosè, & honestè se habeat, semper secum Deum meditetur, cum proximis de Deo loquatur, vitiosos comitatus, & suspectos fugiat. Lectioni Sacræ Scripturæ, ac Patrum præcipuè incumbant: confert etiam peculiari studio vidisse §. 3.

Evangelia toto anno concurrentia, & in eis, ea quæ vsui esse possunt adnotasse, itemque compendium fecisse explanationis rerum ad fidem, & Christianam vitam necessarium, atque in communes locos redegisse omnia, quæ ad virtutum commendationem, & peccatorum detestationem pertinent.

§. 4.

Confert vidisse præceptiones, si quas de modo concionandi illi tradunt, qui benè hoc munus obierunt, bonos audisse Prædicatores, & in concionibus, vel in alijs locis minus frequentibus se exercuisse; optare debent, vt admoneantur, si quid in concione corrigendum videbitur, & humili, ac grato animo id accipere, præcipuè à Prælati, quorum muneri incumbit, & de defectibus eos charitativè corrigere, & de profectu benignè laudare. Ità operam suam in celebrioribus concionibus libentè impendant, & non dedignentur in vicis, & oppidis, & in humilibus etiam locis, vbi non est hominum frequentia verbum Dei spargere. Si quando occasio tulerit, vt alius eodem tempore concionari velit, quantum in ipsis erit, libentè cedant.

Et



Ea populo proponant, quæ ad  
captum, & vtilitatem auditorum erunt  
accomodata, iisque insistant, quæ ad  
Christianam institutionem, atque ad  
extirpanda vitia, & virtutes inseren-  
das valent, & à rerum subtilium curiosa  
tractatione se abstineant.

Commendare debent Confessio-  
nis, & Eucharistiæ frequentem vsum;  
in bonis operibus profectum, & per-  
seuerantiam: Ecclesiasticarum cæremoni-  
arum observationem, & cætera quæ  
ad Cultum Divinum pertinent, eam-  
que obedientiam, quæ Summo Pon-  
tifici, Principibus, & Prælati, qui Dei  
in terris vires gerunt, exhibenda est.

Commendabunt etiam peculiari  
ratione pœnitentiæ, & misericordiæ  
opera, sanctarum precum, & aliarum  
piarum devotionum exercitia, vtilium  
librorum lectionem, pauperum amo-  
rem, & in speciali captivorum sub  
misera infidelium servitute degentium  
redemptionem, tanquam Sacri nostri  
Instituti præcipuum ministerium.

Caveant maximè, nè verbum Dei  
Instrumentum fecerint vindictæ, aut  
Ecclesiarum Prælati nominatim, seu  
aqui-

S. 5.

S. 6.

S. 7.

æquivalenter detrahere præsumant, cum id in iure sub gravibus pœnis, sit prohibitum, doceatquè eos tanquam Patres præ cæteris revereri. Qui autem in his, aut alijs similibus mordacitate pungentibus dictis, seu cavillis adulterantes verbum Dei cum scandalo deliquerint, gravitèr puniantur, & ab officio prædicandi ad arbitrium Patris Provincialis aut Visitatoris Provinciæ poterunt pro culpis suspendi, aut privari.

§. 8.

Caveant etiam omninò, nè factijs, aut inutilium rerum narratione concionem contemptibilem faciant, ijsvè auditores ad risum moveant, vel contra ad fletum excitent: spectanda aliqua Populo proponant à communi consuetudine prædicandi in nostro Ordine aliena, nisi in aliquo peculiari casu ad communem ædificationem pertinere Minister pro ratione loci iudicaverit.

§. 9.

Ea, quæ dicturi sunt, diligenti præmeditatione, & peculiari ad Deum recurso (quatenus per tempus licebit) paranda erunt. Caveant arrogantiam, & ostentationem in concione

ne, humilitatemque (cui ex intimo cordis affectu studere debent) in omni actione præferant. Quod si aliqui pro se, aut pro Ordine cogantur respondere, ea modestia satisfaciant, ut causam suam agere non videantur, sed Christi Domini.

Modus concionandi, qui à Scholastico diversus esse debet, ita sit ad docendum comparatus, ut ad animorum motum precipuè dirigatur. Cumque quæstio aliqua eorum, quæ ad fidem, aut mores pertinent modo aliquo tractanda erit non ita exactè proponantur argumenta, quibus contraria pars confirmatur, nisi auditorium id postulet, & simpliciores ipso proponendi modo offendi possint, sed eo pacto res exponatur, ut illi ex data explicatione solutionem eorum, quæ sibi in mentem venerint, aut ab alijs audierint, facillè colligant.

Nè sint affectati, aut verborum lenocinia sectentur, nec studio politioris sermonis eos libros habeant familiares, ex quorum lectione detrimentum in spiritu accipiant, & sæculare aliquid redoleant. In laudibus, & re-

S. IO.

S. II.

præ-

præhensionibus à nimijs exaggerationibus, & ab omni specie adulationis abstineant. Gestus corporis sit modestus, & in quo gravitas quædam Religiosa præcipuè eluceat, vocemque accomodent ad res quas tractabunt, proindé eam ubi non est opus, ne prætermodum extollant, aut deprimant. In concionibus autem, & lectionibus templi spatium horæ non excedant.

**§. 12.** Statuimus etiam ne Fratres nostri Ordinis in suis declamationibus dari, vel colligi pecunias moneant pro domo, vel aliqua persona specialii. Nullusque audeat quæstus facere, Bullas aliquas predicare, nisi de Patris Provincialis licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam in his scriptis ferimus, & sub pœna privationis omnium bonorum eis ab Ordine concessorum Communitati applicandorum.

**§. 13.** Diffiniendo iterùm specialitèr præcipimus omnibus, & singulis Prædicatoribus nostri Ordinis, ne ponentes os suum in cœlum, Catholicos Principes, Sacras Religiones, Clerum, seu personam



nam aliquam suis concionibus scandalizent: neque enim hinc fructum aliquem nasci vidimus, quin potius omnes adversus illos, & Religionem concitari, debitamque reverentiam vtrisque adimi: quod magnam pestem, & incredibile damnum in Ecclesiam hactenus invexit. Undè si quæ in ipsis corrigenda viderint, aut cognoverint, seorsum reverenter, ut Patres obsecrando emmendare procurent.

Contrarium facientes (si per legitimos testes constiterit, vel in iudicio fuerint confessi) officio prædicationis privamus, & pœnæ gravioris culpæ submittimus, donec per Patrem Provincialem de consilio Diffinitorum, cum eis dispensetur: Et hanc pœnam extendi volumus contra prædicantes scandalum, aut damnum, infamiam, seu vilipensionem Ordinis, vel alicuius **Conventus**.

Ubi Concionatores Ordinis nostri ad aliquam Diœcesim (pro exponendo verbo Dei) venerint, quanto citius potuerint, Episcopum visitabunt, & iuxtà eius consilium, vtilitèr verbum Dei populo proponant, & animarum fructum quem

S. 147

S. 157

quem intendunt, assequantur, & quandiu in eius Episcopatu morati fuerint, ipsi devotè obediētes erunt. Prædicare nullus audeat in Diocesi illius Episcopi, qui concionari interdixerit.

- §. 16. Ultimo nullus Religiosus ad prædicandum mittatur absque licentia in scriptis illorum Superiorum, qui huiusmodi licentiam concedendi, facultatem habuerint; cum quibus si in Ecclesijs nostris prædicaturi sint, prius Episcopis, aut locorum Ordinarijs se præsentent, & ab eis benedictionem accipiant. Si verò in Ecclesijs, quæ nostri Ordinis non sunt, eos prædicare contigerit, in primis nedum benedictionem, verumetiam licentiam ibidem prædicandi obtinere teneantur, nec id minùs exercere præsumant, nisi prius ea omnia præstiterint, quæ per Sacrum Concilium Tridentinum decernuntur.



CAPUT II.

De Examine , & Officio Confessorum.

**Q**Uoniam Confessarij dupliciter nominari possunt , vel tantum ad Confessiones nostrorum Religiosorum , vel etiam sæcularium ; propterea sancimus , vt priores illi à Ministro Provinciali de consilio Diffinitorum , prævio examine eligi possint , quales scientia , morum gravitate , & ætate , decet , vt eis animarum cura , atque salus demandetur.

§. 1.

Sicque deputati , & approbati audire poterunt confessiones suorum Fratrum , tam Conventualium , quam hospitum : non tamen poterunt absolvere à censuris , neque etiam a casibus reservatis , sive specialiter à Prælato iuxta Diploma Clementis Octavi , sive ab eadem Religione , propter obsequantiam trium votorum , exceptis omnibus diebus primæ classis , quod pri-

§. 2.

privilegium incipit à primis vespèris, & finitur in secundis, & reliquis etiam diebus, in quibus peculiam habuerint facultatem Prælatorum de omnibus absolvere.

**S. 3.** Agnoscant verò Prælati quod ex præcepto Pij V. in usu huiusmodi potestatis circa reservata, benignos, & faciles se exhibere debent cum suis subditis. Unde scælicis recordationis Clemens Octavus deinceps declaravit, quod si huiusmodi regularium Confessarijs casus alicuius reservati facultatem petentibus, Superior dare noluerit, possint illi omnes Confessarij pro illa vice pœnitentes regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate absolvere.

**S. 4.** Caveant etiam diligentissimè, tam Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarij, qui ad superioritatis gradum fuerint promoti (eodem scælicis recordationis Clemente Octavo sic statuente) ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vrantur.

**S. 5.** Quoad audiendas confessiones secularium, strictè præcipimus, inviolabiliter



biliterque mandamus quod nullus Religiosus (exceptis Gradu aliquo Sacrae Theologiae, vel Sacrorum Canonum insignitis) de novo Episcopis praesentetur ad dictas confessiones saecularium audiendas, quin prius coram Ministro, & tribus saltem prudentioribus, & doctioribus Theologis à diffinitorio Provinciali designandis, examinetur quoad sufficientiam scientiae, & quoad morum gravitatem, ceterasque qualitates requisitas secundum Clementinam Constitutionem. Praelatus, qui sine hoc praevio examine, & approbatione alicui Religioso licentiam concesserit, poenae gravioris culpae subiaceat. Eadem poena puniatur Religiosus, qui sine tali examine, & approbatione, etiam cum licentia Superioris alicui Ordinario de novo se praesentaverit ad confessiones audiendas.

Indulgentes item sancimus, quod Confessarii pro saecularibus approbati, & deputati secundum ordinem praescriptum eo ipso habiles censeantur ad audiendas confessiones nostrorum Religiosorum; nolumus tamen, quod approbati, & deputati ad praedicandum, eo

ipso censeantur habiles ad confessiones audiendas, sive Religiosorum, sive laicorum, sed unicuique iuxta sufficientiam scientiæ, & morum probitatem distincta facultas à Superioribus concedatur taxata qualitate pœnitentium, quos audire potest, \* *durante munere prædicationis tantum.* \*

§. 7.

Reverendus Pater Provincialis teneatur sub pœna vocis activæ, & passivæ post finitionem sui officij per quadriennium in sua prima visitatione coram se, vel coram Ministro domus facere, quod duo Patres graviores, & doctiores Conventus examinent Confessores omnes (Graduatis, & S. Theologiæ Lectoribus exceptis) & eis, quos sufficientes invenerit, poterit licentiam per triennium concedere, & non amplius, & si ultra hoc tempus alicui concedatur, ex nunc pro tunc illam annullamus, & revocamus. Gehennali pœna innotatos decernimus quoscumque Ordinis nostri Fratres, qui mulierum Confessiones audire præsumpserint, nisi ætatis suæ quadragesimum annum attigerint, bonisquæ moribus sint imbuti, & bono nominæ, ac scientia præditi, & licen-

centiam ab Episcopo, in cuius Diocesi fuerint obtineant.

Omnes ij, quibus ex obedientia confessiones audiendi sanctum munus committitur, multum ad id affici studeant, quod lectione librorum, in quibus casus conscientiae deciduntur, fiet facilius. Omnes tamen tenentur memoriter scire formam, & rationem absolvendi ab excommunicatione, & alijs censuris, & peccatis, attendantque ne ex modo vtendi facultatibus Ordinis Ordinarij, & Parochi iure offendi possint.

In casibus conscientiae, ijsque praefertim, qui ad censuras, casus reservados, & restitutiones pertinent, se se diligenter exercent, earumque rerum compendia, & brevem interrogandi methodum, ac contra singulorum peccatorum species exempla, & dicta Sanctorum, atque alia salutaria remedia comparare studeant.

Confessarij inter se ipsos, & in modo procedendi cum poenitentibus conformes esse curent, & quantum restulerit, ita aliorum Confessariorum existimationi vnusquisque consulat, vt omnes intelligant mutuo charitatis, & vniformis

S. 8

S. 9

S. 10

mis doctrinæ vinculo Ordinis Confessarios esse ligatos in Christo.

§. II.

Vecati ad Ecclesiam ad confessiones audiendas statim cum animi alacritate se conferant, & quo maior pœnitentium multitudo est, eo magis tempestivè ab alijs occupationibus se expediant.

§. 12.

Confessiones verò dum Missa maior, & concio fit, nemo audiat, quod etiam fiat, dum tertia, & vespere cantantur nisi in magna necessitate, & cum licentia Ministri, ita tamen, vt cum primum signum eundi ad chorum audiat, studeant se ita accommodare, vt facto secundo signo ad chorum accedant.

§. 13.

In audiendis confessionibus, præsertim sceminarum (quæ nullomodo nisi per fenestrellas fiant) severos potius se, quam familiares exhibeant: in vniversum tamen paterna quædam, & spiritualis gravitas in eis eluceat.

§. 14.

Eos, qui crebrius confitentur (maximè sceminas) breviter expediant, ne de rebus ad confessionem non pertinentibus in confessione loquantur: extra confessionem verò (si opportuerit eas

allo-



alloqui) longum sermonem ne misceant,  
& oculos modestè dimissos habeant.

Quando quis à Superiore mittitur ad confessiones audiendas foeminarum, vel alia de causa eas audierit, socius quem Superior ipsi designavit, quandiù cum foeminis Sacerdos loquitur, eo in loco erit, vnde videre eos, sed non quæ secreta esse oportet audire possit, quantum loci dispositio patietur: quod si non pateretur, curet omninò Sacerdos ne ostium sit clausum, nec locus obscurus.

Particularem personarum, præsertim foeminarum, curam nemo suscipiat, & quamvis Confessarius pro suo munere in vita spirituali poenitentem instituat, nullius tamen obedientiam admittat.

Si quis vni confiteri solitus, ab eodem alium Confessarium adeundi facultatem petierit, vel ea non petita abierit, id sibi gratum esse Confessarius benignè ostendat.

Nemini, aut accipere, aut petere quidquam liceat sive ab his, quorum confessiones audierit, sive ab alijs, quod vel in pauperes distribuatur, vel

S. 15

S. 16

S. 17

S. 18

alteri satisfactionis nomine restituat.

§. 19.

Et si vota ad perfectionis statum pertinentia, ut sancta laudari debeant: & circa ea Confessarij consilium (sed magna cum consideratione) dare possint: quia tamen non humanam, sed divinam vocationem requirunt, nemo ad ea emittenda quemquam inducat, nisi raro, & magna cum circumspectione, & prudentia, verum ad orationem tales hortetur, ut à Deo adiuti vocationem suam melius intelligant, & exequantur.

§. 20.

Si quos viderint ad Religionem propensos, non facile ad unam potius, quam ad aliam, ad hoc potius, quam ad aliud Monasterium invitent, sed liberam illis suam electionem relinquunt, poterunt tamen parentibus consilium, eas Religiones, vel Monasteria proponere, quæ illis magis commoda in Domino iudicaverint.

§. 21.

Nullus eis, quorum audit confessiones, certum vestimenti genus hunc, aut illum habitum, vel colorem præscribat, tamen omnes ad honestum, & suo statui convenientem vestitum hortari possint.

## CAPUT III.

De promovendis ad Sacros  
Ordines,

**N**ullus Religiosus ad Sacros Ordines promoveatur, nisi post tres annos completos à die suæ professionis, & prævio, & rigoroso examine de scientia coram Ministro Conventus, & Consiliarijs: qui verò fuerit promovendus, priusquam aliquem ex dictis ordinibus recipiat, à Prælato in Capitulo pleno Religionis exponatur: & per calculos albos, & nigros approbetur. Prælatus, qui sine licentia Patris Provincialis, & prædicto examine, Communitatisque approbatione Religiosum aliquem exposuerit ad Sacros Ordines recipiendos, ab officio infallibiliter absolvatur.

S. 1.

Circa ætatem districtè, & inviolabiliter observetur decretum Sacri Concilij Tridentini sessione 25. cap. 13. Nec Prælati dispensare audeant, cum

S. 2.

nullo modo possint : quod si secus fecerint , statim ab officijs suspendantur , & voce activa , & passiva per triennium careant , ac pœna gravioris culpæ puniantur , yltra alias canonicas pœnas. In cæteris etiam pertinentibus ad hanc materiam , ordo præfixus in supracitato decreto Concilij Tridentini servetur.

§. 3. Prædicti ordinandi post cognitam vitæ , & morum laudabilitatem , specialitèr examinentur de sufficientia latinitatis , & de cantu plano ( præcipuèque ad Presbyteratum promovendi ) de Sacramentis , & casibus , quæ in celebratione Missæ possunt accidere , serio interrogentur.

§. 4. Nullusque susceptos ordines audeat exercere absque licentia , & benedictione Prælatorum , quæ nequaquam concedi debet , nisi ordinatus prius de cæremonijs , de pausis , seu modo canendi Epistolam , Evangelium , Præfationes , &c. à Magistro cæremoniarum examinetur , & idoneus reperiarur.

§. 5. Volumus etiam , & ordinamus , quod nullus Frater Sacros Ordines



nes suscepturus, ad eos suscipiendos  
extra Diocesim, vbi est domus sibi ad  
manendum decreta, possit abire sub  
pœna gravioris culpæ, nisi de licentia  
speciali Patris Provincialis, quæ raro,  
& pro magna aliqua necessitate debet  
concedi, & non aliter. Si aliquis verò  
ad recipiendos Sacros Ordines extrâ  
Provinciam ierit (eadem facultate non  
interveniente) vsu sacrorum privetur,  
& pœnæ gravioris culpæ subditus  
sit, cum quo nullo modo  
ante sexennium dispen-  
setur.



## TRACTATUS IV.

De Diversis alijs Constitu-  
tionibus.

## CAPUT I.

De Libraria , & librorum cu-  
stodia.

S. I. **C**UM libri æquè necessarij videan-  
tur peritis Religiosis ad docen-  
dum, prædicandum, &c. ac arma militi-  
bus ad præliandum; agere tenemur spe-  
cialiter de modo instituendi, & conser-  
vandi communem eorum officinam:  
Quapropter statuentes mandamus om-  
nibus, & singulis Ministris Conventua-  
libus, vt iuxta posse domorum aliquas  
pecunias expendant in emendis, ac re-  
parandis libris necessarijs ad bibliotheca-  
cam

cam communem, sic enim facilè instituetur, ac facilius conservabitur.

Statuimus etiam, & ordinamus, §. 2.  
quod nullus Minister localis (etiam toto Conventu consentiente) sed nec Minister Provincialis accedente consensu Capituli Provincialis librum, vel libros cuiuscumque communis librariæ nostrorum Conventuum dare, vendere, aut quovis quæsito colore alienare, aut etiam pignorarè, vel ad huiusmodi licentiam concedere, vel assensum præbere audeat sub pœna privationis officij, gradus, & honoris.

Nullus item Religiosus librum aliquem ad bibliothecam spectantem, aut aliquid manuscriptum, quod ad ipsam pertineat ab ea extrahere audeat per se, vel per interpositam personam sub pœna excommunicationis maioris ipso facto incurrendæ. \* *Et sub eadem excommunicationis pœna similiter incurrenda præcipimus omnibus, & singulis religiosis, ne manuscripta Religiosorum defunctorum ad specialem alicuius usum assumant, vel applicent; sed teneatur Prælati illius Cœnobij, in quo talia manuscripta extiterint, intra 24. horarum*

rum spatium post obitum fratris, vel eius notitiam, illa in Bibliotheca ponere, vt de illis, sicut de libris impressis provideatur. Quod idem volumus de libris impressis fieri, vti remanet dictum lib. 1. cap. 44. de suffragijs Fratrum defunctorum §. 13. sub eademque pœna similiter incurrenda præcipimus, quod libri impressi, qui hucusque quoquomodo, ab aliqua cuiusvis Conventus Bibliotheca extracti sunt, ipsi intra dictum 24. horarum spatium restituantur ab illis, apud quos retinentur, indequè nullo modo extrahantur. Excipimus tamen libros illos, qui necessarij esse possunt pro Fratribus, alicui studio Vacantibus, vel ad aliquod commune *servitium Conventus*, \* v. g. Refectorium, Chorum, Capitulum, seu Novitiatum dummodo nullus à Bibliotheca educatur, nisi per manum bibliothecarij, & cum expressa licentia Prælati, vt finito servitio ad librariam securè reducantur.

§. 4.

Singuli Ministri designare tenentur aliquem Religiosum, qui sit fidelis custos librariæ. Huius officium erit interrogantibus de aliquo libro, rationem



hem dare : ad quod requiritur, vt omnes habeat ordinatim dispositos, eosque recipiat à Præfato præfente Scriba Conventus sub inventario, seu indice per modum alphabeti digesto, & sub eodem successori tradat. Insuper, quod nullus liber, aut aliquid manuscriptum in Bibliotheca de novo ponatur quin prius in prædicto Librarij codice exaretur.

Procurare debet Bibliothecarius, quod sint tabulæ, vna quidem vniversalis totius scilicet librariæ, aliæ particulares, quæ applicandæ erunt singularibus banchis, vt facilius sciatur, vbi possit inveniri, quod quæritur. Ipsius etiam est tenere librariam mundam, & sepè à libris pulverem excutere, cui seruitio destinare debent Superiores aliquem Fratrem laicum. Curet etiam, quod libri communes augeantur, & qui non habentur, si possibile fuerit, emantur; qui iam possidentur, si opus fuerit, reparentur.

Fratres, qui libros detur pavent, vel in illis aliquid propria auctoritate scripserint, vel deleverint, vel malè tractaverint, debet admonere, & suo

S. 5.

S. 6.

suo tempore proclamare. Sollicitus sit de clausura librariæ: clavem apud se teneat, & nemo (Patribus Graduatis exceptis) personam aliquam extraneam in librariam introducat absque Bibliothecarij licentia: neque etiam aliquem extraneum introductum ibi solum manere permittat.

## CAPUT - II.

### De Magistro Cæremoniarum.

§. 1. **V**T omnia, quæ ad Divinum Cultum pertinent, & ad Religiosam observantiam debita perfectione exequantur, ordinamus, & præcipimus, ut singuli Ministri in suis Conventibus Religiosum aliquem designent ætate, ac Religione provecum in cæremonijs ac ritibus nostri Ordinis diligenter, atque curiosè instructum, qui cæremoniarum Magister nuncupetur.

§. 2.

Istius officium erit noviter ordinatos suscepti ordinis cæremonias edocere: curare, ut cæremonia faciendæ tum in choꝛo

choro, tum in altari, seu alio quocumque actu Conventuali exactissimè, & perfectissimè fiant: vnde maximè inuigilet, nec errores committantur in cæremonijs exequendis, vsu, & modo illarum.

Omnes illi obedire teneantur, itavt §. 3.  
Prælati etiam libenter faciant, quod ipse monuerit faciendum: nec aliquis Religiosus (sub pœna gravis culpæ) illum in publico emmendare audeat clamosè, sed si certò agnoverint errorem in aliqua cæremonia, de quo commodè ibi possit emmendari, id faciat secreto ne ex correctione resultet maius damnum, nimirum advertentia, rumor, & fortasse etiam scandalum.

Statuimus, vt in Capitulis Conventualibus post clamatores culparum prædictus Magister tertius proclamet cæremoniarum violatores, maleque aut imperfectè, & incompositè illas exercentes. §. 4.

Prælatos etiam, & omnes Religiosos admonemus, vt in modo canendis pausis, cæremonijs, & alijs huiusmodi omnes vniformiter se gerant, captivantes intellectum in obsequium obedientie §. 5.  
tice

tia. Nullusque audeat à Religione recepta, & approbata immutare, aut nova aliqua introducere absque decreto capituli generalis, alioquin graviter puniatur. Cætera, quæ ad Magistrum ceremoniarum, Cantores maiores, pulsatores organorum, & huiusmodi spectant (prout in Ceremoniali Romano habetur) infallibiliter observetur.

### CAPUT III.

De Conspiratoribus, & Diffamatoribus, & cæteris detractoribus vitandis.

S. I. **Q**Uam sit damnabile Conspiratores, ac Coniuratores in Conventibus permitti, & experientia docet, & Sacri Canones ostendunt. Ideò statimus, quod si huiusmodi Conspiratoris, & Coniuratores in nostro Ordine inveniuntur, antequam res finem  
for-



fortiatur quem intendunt, de cetero voce Capituli careant, neque ad testimonium veritatis perhibendum admittantur. Si verò res intentum, effectumque sortiatur, carceribus arctius includantur, & prout in Capitulo gravioris culpæ latius contra Conspiratores disponitur, puniantur.

Conspiratores, & Coniuratores §. 2.  
appellamus eos, qui se se confecerant ad Ordinis subversionem, aut statutorum salubriter editorum, vel ad sui Prælati persecutionem, vel alicuius Fratris ex odio, aut ambitione, seu ad defendendos Fratres iustè puniendos à Prælato.

Item per præsentem maledicimus, §. 3.  
& anathematizamus Conspiratores Fratres, ac secreta Ordinis, vel capituli laicis propalantes, ac cum ipsis pertractantes, quos ex nunc perpetuò voce activa, & passiva privamus.

Etiam maledicimus, & anathe- §. 4.  
matizamus Fratres blasphemantes, si qui sunt (quod Deus averrat) & præcipimus, quod pœna quinquaginta dierum carceris puniantur.

Quicumque in nostro Ordine re- §. 5.

perti fuerint singularem vitam quocumque modo vitiosam ducentes, & contra communem modum vivendi diu ab Ordine approbatum: primo illi moneantur, & si admoniti correcti non fuerint, separentur, & ad diversos Conventus mittantur: & si in eodem persistant, per Patrem Provincialem, vel Provinciale Capitulum carcerali custodia mancipentur.

#### CAPUT IV.

De literis non recipiendis, & furibus.

**§. 1.** Statuimus, & districtè mandamus, quod si aliquis Frater nostri Ordinis furtum commiserit, & convictus, vel confessus fuerit in arctiorem carcerem (iuxta delicti qualitatem) in pane, & aqua recludatur. Insuper per triennium voce Capituli careat, & locum Novitiorum obtineat.

**§. 2.** Si vero Minister furtum commiserit:

administratione privetur, & infamis  
 maneat, ac per sex annos inhabilis  
 reddatur ad quodcumque electionis of-  
 ficiū obtinendum, & pœna gravio-  
 ris culpæ subiaceat quousque per Re-  
 verendissimum maiorem Ordinis Mi-  
 nistrum, vel Capitulum Generale, seu  
 Provinciale dispensetur, quod non  
 nisi serò, & ob aliquam urgentem  
 causam minimè fiat.

Sancimus denique, & ordinamus,  
 quod nullus Frater ausus sit sine Præ-  
 lati sui licentia mittere, seu recipere,  
 aut legere occultas literas. Si  
 quis autem literas receperit, vel mi-  
 serit occultò, & non manifestaverit  
 Prælato, \* *pœna* gravis culpæ *subiaceat*, \*  
 nisi sit Magister, vel Præsentatus, aut  
 Prædicator generalis, vel Superiori  
 Prælato eas mittat: in quo casu, si  
 Minister epistolam aperuerit, legerit,  
 aut impediverit, ipso facto à  
 Ministerio, & officio sit pri-  
 vatus.

§ 3.



## CAPUT V.

In quo explicatur qualiter Regula, & Constitutiones nostræ obligent ad poenam.

**§. 1.** **V**T securitati Religiosorum ; & conscientiæ in posterum provideatur , volumus , & declaramus, Regulam, & Constitutiones nostras non obligare ad culpam, sed ad poenam, nisi propter formale præceptum, vel contemptum.

**§. 2.** Præceptum sub mortali in regula nullum intelligimus, neque in Constitutionibus volumus contineri, nisi quod ex natura sua, & ratione trium votorum, vel divinæ, vel Ecclesiasticæ legis, aut ubi sententia excommunicationis infligitur, aut formaliter exponitur per verbum. *Præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, vel sub præcepto formale, idemque in ordinationibus,*



bus, & Prælatorum verbis, iussionibus, & literis intelligi volumus.

Præcepta quoque in scriptis posita censeantur sine ira facta: nec inquieto animò, nisi in scriptis (extra necessitatis articulum) præcepta faciant, sed si fecerint, suam vim roburque habeant.

Pœnis verò, tam absolutionis ab officio, quam privationis vocis activæ, vel passivæ, necnon gravioris culpæ, & alijs maioribus quantumcumque, tam in Constitutionibus, quam extra, sint ipso facto incurrendæ \* (*etiam si \* sit* pœna excommunicationis, vel suspensionis latæ sententiæ) nullus omninò sit subditus, nisi superveniat declaratio Prælati super facto in particulari respectu huius, quantumcumque etiam constet de facto, vel de iure, vel de utroque.

Nullus etiam ad pœnam gravioris culpæ damnetur, nisi in iudicio confessus, vel convictus fuerit in scriptis, neque pœna carceris alicui infligatur inconsultis Patribus à consilijs, nisi per modum custodiæ, in casu, quo periculum fugæ, vel alterius dam-

S. 3.

S. 4.

S. 5.

ni immineat. Et tunc per spatium viginti quatuor horarum, quibus transactis cesset custodia: vel gravetur, si Præ-  
lato, & Patribus à consilijs æquum videbitur secundum qualitatem delicti; quod si aliter factum fuerit, in visitatione si fuerit Minister, vel in Capitulo si fuerit Provincialis severè corrigatur.

S. 6.

Ordinamus autem, mandata, tam Capitulum Generalium, vel maioris Ministri Ordinis, quam Provincialis, vel Capitulum Provincialium (quoad vim præcepti, & censurarum Ecclesiasticarum) cum ipsis finiri, & expirare volumus: vita verò Capituli, & tempus ipsius usque ad sequens Capitulum intelligatur.

S. 7.

Quoad reliqua verò quomodolibet per Generale Capitulum, vel maiorem Ministrum facta durare volumus, donec per similem potestatem fuerint revocata. Ab inferioribus verò capitulis, & Præ-  
latis quomodolibet ordinata cum ipsis finiantur. Quod non intelligitur de illis, quæ Patres Visitatores Provinciarum ad bonum regimen, & reformationem in suis visitationibus statuerint, & præ-

præceperint : hæc namque durare debent , quosque per primam sequentis Provincialis visitationem derogentur , vel approbentur , prout melius in Domino visum fuerit expedire.

Caveant etiam Prælati à præceptorum multitudine , aut censurarum , aut ordinationum , ne laqueos animabus subditorum iniiciant , aut propter defectum vnus , vel duorum , quem , vel quos corrigere fortassis non audent , totam Communitatem involuant.

S. 81



## TRACTATUS V.

De culpis, & de poenis pro eis  
debitis.

## CAPUT I.

De culpa levi.

- S. I. **C**ulpa levis est, si quis mox, ut factum signum fuerit (non relictis omnibus) cum matura festinatione differat se præparare, ut ad chorum, vel ad alias congregationes Conventus ordinate, & compositè quando debuerit, veniat. Si quis in choro malè legendo, vel malè cantando offendens non statim coram omnibus se humiliaverit. Si quis ad *Gloria Patri*, primi Psalmi Choro non adfuerit. Si quis divino intentus officio, vagis oculis, & motu irreligioso levitatem mentis ostenderit. Si quis in *Ecclesia*, vel *Refectorio*, vel *dormitorio*,



rio, vel in cellis inquietus fuerit, aut aliquem strepitum fecerit. Si quis riserit in Choro, vel alios ridere fecerit. Si quis lectionem statuto tempore non providerit. Si quis aliud cantare, vel legere, quam quod communis probat usus, praesumpserit.

Item levis culpa est. Si quis dissolute riserit, aut cachinnis, vel ludis, dictis, vel factis alium ad ridendum concitaverit. Si quis in vigilia Nativitatis Domini in pretiosa non praesens fuerit, ut pronuntiatis redemptionis nostrae exordijs, corde, & corpore gratias agat Redemptori nostro. Si quis oculos vagos per plateas, vel villas eundo, ad vanitates frequenter direxerit. Si quis de via veniens eadem hora (si fieri potest) benedictionem non petat. Si quis ad lectionem dormierit. Si quis statutis temporibus cum alijs lectionem non auditurus adfuerit. Si quis libros Fratrum in specie interdictos à Religione legerit.

S. 21

Item levis culpa est. Si quis Ecclesiam, vel Altaris ornamenta negligenter tractaverit. Si quis vestes sacras, aut libros loco statuto honestè non deposuerit.

S. 3.

rit. Si quis aliquid utensilium fregerit, vel amiserit. Si quis cibi, vel potus aliquid effuderit. Si quis aliquid dixerit, vel legerit, unde offendantur Fratres. Si quis cibum, vel potum absque benedictione sumpserit. Si quis ad Conventum hora, qua debet venire, distulerit. Si quis ad Capitulum, vel collationem non venerit, vel communi refectio*n*i non interfuerit. Si quis commune mandatum dimiserit. Si quis clamans in clamoratione sua iurgium fecerit. Si quis in eum, à quo proclamatus fuerit (quasi de illo vindicando se) eadem die clamare præsumperit.

## §. 4.

Item levis culpa est. Si quis cum iuramento (vt loquendo fieri solet) aliquid, vel affirmaverit, vel negaverit. Si quis turpem sermonem, vel vaniloquium dixerit, vel quod grave est, in usu habuerit. Si quis Frater in officijs sibi commissis segniter se habuerit. Si quis dum verbum Dei populo proponitur, dormierit, vel loquutus fuerit. Si proclamatus emendationem non promiserit. Si quis vagus, otiosus, seu garrulus inventus fuerit. Si quis absque necessitate se alienis officijs admiscuerit, vel ad  
pri-

primam domum communis ostij Con-  
ventus sine Prælati assensu ierit. Si quis  
inconsulto Prælato aliquid cum altero  
commutaverit. Pro suis culpis, & alijs  
similibus Prælati ad ipsorum arbitrium  
leves pœnitentias imponant.

## CAPUT II.

### De culpa gravi.

**G**Ravis culpa est. Si quis Frater cum §. I.  
Fratre, vel cum aliquo laico intus,  
vel extra Conventum notabiliter verbis  
contenderit. Si quis alicui Fratri op-  
probrium dixerit. Si quis mendacium  
ex industria dixisse depræhensus fuerit.  
Si quis silentium non observare duxerit  
in consuetudinem. Si quis culpam suam,  
vel alterius defenderit. Si quis in illum,  
à quo proclamatus est, vel in quemlibet  
alium maledicta, seu verba inordinata,  
& irreligiosa invexit: si fuerit depræhen-  
sus. Si quis propter præteritam culpam  
pro qua satisfecerit, Fratri impropera-  
verit.

Item

S. 2.

Item gravis culpa est. Si quis mala de Fratere, vel de Prælato suo, aut parentibus, vel consanguineis cuiuscunque Religiosi malitiosè evomuerit. Si quis ieiunia ab Ecclesia instituta fregit sine causa, & licentia. Si quis alicui literas miserit, vel sibi missas legerit, quas Prælato suo prius non ostenderit, Graduatis dumtaxat exceptis. Si quis in locum aliquem profectus fuerit, & iuxta tempus à Prælato præfinitum sine rationabili causa non redierit. Si quis leves culpas commiserit, de quibus admonitus, & punitus non se emendaverit. Si quis linea tunica absque Prælati licentiâ vsus fuerit. Si quis de victu, & vestitu murmuraverit. Si quis Minister quarto quoque mense prius à Magistro admonitus Novitium in Capitulo non proposuerit. Si quis ex consuetudine transgrediatur Constitutiones, vt fractio silentij, & huiusmodi ex contemptu. Pro his, & similibus quilibet delinquens ter super terram panem, & aquam comedat.



CAPUT III.

De culpa graviori.

**G**Ravior culpa est. Si quis per contumaciam, vel manifestam rebellionem inobediens Prælati suo extiterit; vel cum eo intus, vel foris protervè contendere ausus fuerit. Si quis percussor fuerit. Si quis crimen capitale, id est, pœna mortis in sæculo puniendum commiserit. Si quis procuraverit quod ipse, vel alius eximatur à potestate Prælati sui via non iuridica. Si quis aliquid sibi missum, vel datum magni valoris suum Prælatum cælaverit. Si quis scrutator secreta electionum detexerit. Si quis peccatum mortale manifestè commiserit. Si quis carceri mancipato ad fugam auxilium præstiterit.

Qui hæc, & alia similia commiserit, si suam culpam spontè confessus fuerit, vel proclamatus eam agnoverit per integrum annum ad minus activa; & passiva voce privetur, & si concionator, vel

con-

confessor fuerit, per idem tempus hæc officia non exerceat, & ultra hæc reliquæ Ordinis pœnitentiæ ad arbitrium Ministri, & Patrum à consilijs, illi imponantur iuxta delicti qualitatem, & culpæ agnitionem. Adversus verò eum, qui culpam negaverit, & convictus fuerit, severius procedatur.

§. 3. Pœnas positas dum aliquis adimpleverit, cum alijs Fratribus Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum non accipiat, neque ad aliquod munus obeundum ( nisi ad servile ) admittatur, & ab Ordinibus sacris, si quos habuerit, sit suspensus, nullusque absque speciali Prælati licentia cum eo loquatur. Et si fuerit Sacerdos, sit in Conventu novissimus. Poterit tamen Officio Divino interesse, & consensu Prælati sanctum Christi Corpus de alicuius Sacerdotis manu accipere.

§. 4. Pœnas autem ordinis esse declaramus verberationes, Psalmos, Orationes, ieiunia, in terra comedere, vel ibidem in solo pane, & aqua abstinere, Religiosorum pedes in Capitulo deosculari, prostrationes, à vino abstinere, & denique carcerem, & silentium.

Ne tamen ille, qui has pœnitentias adimpleret, in desperationem labi possit, Prælati ad eum seniores mittat, qui ipsam commoveant, ad pœnitentiam incitent, ad patientiam foveant, per compassionem hortentur ad satisfactionem, & adiuvent sua intercessione, ubi viderint in eo humilitatem cordis, quibus etiam totus Conventus suffragetur. Nec Prælati renuat cum eo facere misericordiam ( quantum ad pœnas positivas solum ) quando ei visum fuerit. Si tamen talis delinquens in contumacia, & duritie cordis perseveraverit, prædictæ pœnæ augeantur.

Si quis verò ( quod absit ) in carnis peccatum fuerit prolapsus, aut furtum notabile commiserit, vel literas Reverendissimi Patris Generalis, aut Patris Provincialis, vel aliorum sigilla, aut quasvis alias literas maximi ponderis, vel momenti, falsificaverit, vel falsificatis scienter usus fuerit: aut in Prælatum suum manuste merè violentas iniecerit, aut quemcumque læthaliter, vel graviter percusserit, aut intra iēpta Monasterij super se arma invaliva portare præsumpserit, aut  
ali

S. 57

S. 61

aliquid prædictorum fieri fecerit : in  
carcerem conijciatur , & pœna gra-  
vioris culpæ puniatur.

§. 7. Si quis alteri Fratri Ordinis , vel  
ipſi Ordini crimen falſo impoſuerit,  
propter quod ( ſecundum noſtrarum  
ſeriem conſtitutionum ) Frater aliquis  
carcerem mereretur , aut aliquem Fra-  
trem erga laicos diffamaverit , aut  
crimina quæcumque huiusmodi Fratrum  
ſæcularibus perſonis , & extra obe-  
dientiam noſtri Ordinis conſtitutis re-  
velaverit , vndè Ordini , vel Fratri  
infamia fuerit ſubſequuta , vel damna  
aliqua provexerint , carceri mancipetur  
, & pœna gravioris culpæ ſu-  
biaceat.

§. 8. Volumus , quod huiusmodi Or-  
dinis destructores non poſſint niſi per  
Reverendiſſimum maiorem Miniſtrum,  
aut per Provincialem , vel per Ge-  
nerale , aut Provinciale Capitulum li-  
berari. Iſdem pœnis ſubiacere decer-  
nimus , qui ad taxillos , vel ad chartas  
luſiſſe inventi fuerint , aut in ſenten-  
tiam excommunicationis à quocun-  
que Præſlato , vel Iudice noſtri Ordinis  
rite latam incidiſſe ſcienter re-  
per-



periti fuerint. Si quis autem tale quid extra Monasterium commiserit, Frater, qui cum eo fuerit, studeat, eius excessum, quam citius emendandum Prælato intimare. Emendatus verò ad locum in quo tale quid commisit, ulterius non redeat, nisi ita Religiosè conversatus fuerit, quod per Patrem Provinciale illuc reversurus iudicetur. Si verò peccatum huiusmodi occultum fuerit, disquisitione secreta (secundum tempus, & personam) condignam agat pœnitentiam.

Si quis verò de inhonesta familiaritate notabiliter suspectus fuerit, & post admonitionem à Prælato factam de consilio Discretorum (coram eisdem sibi bis, aut ter factam) se non correxisse deprehensus fuerit, præcipiatur ei in virtute sanctæ obedientiæ per Prælatum suum coram illis, quibus monitus fuerat, si præsentibus fuerint, vel coram alijs Discretis, ut à tali familiaritate desistat, quod si tale præceptum transgressus fuerit, postquam hoc legitimè constiterit, tamquam reus, & convictus de suspecto crimine habeatur.

§. 9.

§. 10.

Si quis per coniurationem, vel  
conspirationem, malitiosamve concor-  
diam adversus Ministros, vel Praela-  
tos suos manifestè se gesserit: supra-  
dicto modo pœnæ gravioris culpæ  
subiaceat, & de cætero per totam  
vitam in ordine novissimum locum  
modo exposito habeat, & in capitu-  
lo voce careat, neque ei aliquod mu-  
nus (nisi servile) committatur, donec  
per Reverendissimum maiorem Minis-  
trum, aut Capitulum Generale resti-  
tutus fuerit.

§. 11.

Si qui tamen Fratres non malitio-  
sè, sed in veritate adversus Praelatum  
suum aliquid habuerint, quod nec tole-  
rari debeat, nec deceat, prius enim in-  
ter se, cum omni humilitate, & charitate  
de sua correctione admoneant, quod si  
frequenter admonitus se corrigere ne-  
glexerit, aut contempserit, Reveren-  
dissimo maiori Ordinis Ministro, vel  
Patri Provinciali, seu Visitoribus  
significent, ut cum ad eandem do-  
mum visitandam venerint, causa ma-  
nifestè iudicetur. Aliter Praelatos suos  
subditi infamare non præsumant.

§. 12.

Statuimus, quod si quis crimen  
homi-

homicidij, vel propinati veneni (etiam effectu non secuto) commiserit, perpetuo carceri sit additus, à quo nullo modo possit, ante annos viginti liberari, & nihilominus pœnis alijs puniatur, secundum Prælati prudentiam, & discretionem.

Declaramus contumaciam, seu rebellionem esse, quando subditus pertinaciter verba sui Prælati contemnit verbis, dicendo, *nolo*, vel opere, executioni non mandando, quod ei præcipitur. §. 13.

Item declaramus, quod contendere proptervè cum Præato, est verba ipsius verbis tumultuosis improbè, & clamosè impugnare. §. 14.

Item declaramus, quod nullus sub pœna gravioris culpæ debet præsumere asserere, Ministrum sui Conventus non esse Ministrum, neque ab eius obedientia se substrahere, donec per Superiores (si quod dubium est) fuerit declaratum. §. 15.

Item quicumque Frater sine licentia sui Superioris extra Conventum etiam cum socio, discurrere præsumpserit. §. 16.

Item si quis foras cum socio signato

nato à Prælato exierit , & in aliqua parte eum reliquerit , & solus divagaverit per civitatem , vel oppidum , pœnam gravioris culpæ se noverit incurrisse.

§. 18.

Declaramus , quod si quis aliquem quocumque instrumento enormiter percusserit , vel alapam dederit , super eius absolutionem Pater Provincialis consulatur , & interim percussor ab alijs sequestretur , eo autem absoluto pœna gravioris culpæ puniatur : debet etiam talis percussor si cum gladio , vel ense percusserit , vel alapam dederit , perpetuò à domo suæ professionis , & ab illa in qua tale crimen commisit , eijci , & exulari.

§. 19.

Declaramus , quod crimen capitale , de quo in hoc capite loquuti sumus , est peccatum mortale , quod in committente inducit infamiam ; sicut sacrilegium , homicidium , ebrietas assidua , adulterium , furtum , fornicatio , rapina , falsum testimonium , & si quæ sunt similia , pro talibus imponenda est pœna gravioris culpæ : verùm pro furto , vel pro homicidio , vel pro quocumque alio crimine , pro quo  
in



in sæculo mortem meretur, ultra prædictam pœnam debet perpetuò carceri mancipari.

Declaramus, & ordinamus, quod §. 20.  
Religiosus cuiuscùmque conditionis intendens mediatè, vel immediatè sibi, vel alteri per personas extra Ordinem Ecclesiasticas, vel Sæculares, etiam Regias Prælatitiam dignitatem, gradum, lecturam, Conventualitatem, vel aliud quodcumque munus: pœna gravioris culpæ puniatur, & talia agentes ipso facto excommunicentur, & perpetuò inhabilitentur ad quæcumque officia, super quibus nisi à Sancta Sede possunt dispensari iuxtà Constitutionem 60. fœlicis recordationis Clementis Octavi, *Nullus omnino*, §. *Ut omnis*, confirmata ab Urbano Octavo, Constitutione 26. *Sacra Congregatio*; & iuxtà Constitutionem Pauli V. 40. *Ad monemur*, §. *Quo circa*, & sequentibus.

Eandem pœnam gravioris culpæ §. 21.  
volumus incurrere eos, qui per easdem personas extra Ordinem procuraverint, quod Frater aliquis de Provincia, vel de Conventu aliquis expellatur.

Declaramus, quod illi propriè car- §. 22.  
ceri

ceri mancipati intelliguntur, qui per definitivam sententiam sunt carceri condemnati, qui vero ad inquirendam veritatem sunt in carcere detenti, dicuntur separati, vel sequestrati.

§. 23. Item declaramus non licere Fratribus à Prælati correctionibus aliquatenus appellare.

§. 24. Item ordinamus, quod Ministri Provinciales faciant, quod in omnibus Conventibus suæ Provinciæ sint firmi, & fortes carceres, ubi puniantur criminosi, & rebelles. Quicumque Frater alium Fratrem extrahens, vel ad exeundum, seu fraugendum carcerem instrumentum aliquod per se, vel per alium carcerato ministraverit, carceri statim mancipetur, & ipso facto excommunicationem maiorem incurrat, & pœna gravioris culpæ subiaceat.



CAPUT IV.

De culpa gravissima.

**G**ravissima culpa est incorrigibilitas illius, qui culpas committere non veretur, & pœnitentias recipere renuit, vel ex earum repetita inflictione, iudicio Discretorum dignoscitur non proficere, talis de consilio eorum carcerali custodiæ mancipetur, & ibidem secundum exigentiam culparum (iuxta Prælati prudentiam, & discretionem) ieiunijs, & abstinentijs puniatur, & si adhuc in sua pertinacia reperiatur fuerit, exuto habitu Ordinis, ab eo eijciatur, servatis in omnibus, & per omnia decretis Sacræ Congregationis Concilij sanct. mem. Urbani Octavi iussu editis die xxj. Septembris, anni 1624. ut habetur in Constitutionibus eiusdem Pontificis.

S. 1.

Expulso autem dentur literæ testimoniales, in quibus appareant delicta omnia, & gesta cum toto processu, &

S. 2.

sententia cum debitis subscriptionibus;  
& sigillis.

§. 3.

Cum facultas transeundi ad alium  
Ordinem vergat in nostri Ordinis, &  
regularis observantiæ notabile detri-  
mentum, Ministris Provincialibus (ad  
quos tantùm pertinet talem facultatem  
concedere) inhibemus, ne huiusmodi  
licentias præstent sine causa evidenti,  
& necessaria, qualis erit, maiorem per-  
fectionem quærere in arctiori Religio-  
ne, non autem levitas animi, seu effu-  
gium alicuius pœnitentiæ, aut altera  
occafio mundana; & nisi prius ipsis  
Prælati constet legitimè, & certò ali-  
quam arctiorem Religionem paratam  
esse illum recipere iuxta decretum Sa-  
cræ Congregationis Concilij editum  
de mandato sanctæ memoriæ Urbani

Octavi, Constitutione decima,

die 21. Septembris,

anni 1624.



TRACTATUS VI.

De Regimine Monialium Or-  
dinis Sanctissimæ

TRINITATIS.

CAPUT I.

De recipiendis ad habitum, &  
ad Professionem.

**M**onialium nostrarum perfectionem S. 1.  
& decorem exoptantes, & quod  
integritas morum, & disciplina regula-  
ris non corruat: immo in dies magis, ac  
magis augeatur, sicut sponsas Christi  
decer, quæ abrenunciantes sæculum,  
delicias, & vanitates eius, se Deo con-  
secrarunt, præter earum regulam, &  
statuta peculiaria, quæ his non adver-  
san-

fantur, hæc maturo consilio decernimus, & statuimus.

**S. 2.** Ingressus ad Religionem non omnibus indifferenter concedatur, sed illis dumtaxat, de quibus bona spes probabiliter haberi potest, quod ut melius consequatur: antecedenter ad receptionem, informationes de iure requisitæ fient, quibus examinatis, & approbatis à Ministro, seu Vicario Monialium simul cum Priorisa, & Discretis, facultate prius obtenta à Reverendo Patre Provinciali per suffragia secreta Monialium, quæ ad Chorum sunt destinatæ, ad habitum admittatur.

**S. 3.** Præcipimus ne puella aliqua ante duodecimum ætatis annum completum in Conventu recipiatur, neque habitu nostri Ordinis induatur. Neque etiam solemnem professionem emittat ante decimum sextum ætatis annum expletum, & nisi per annum integrum in approbatione steterit.

**S. 4.** Ut autem libertati professionis virginum Deo dicandarum prospiciamus, cum sancta Tridentina Synodo statuimus, ut si puella, quæ habitum regula-

rem

rem suscipere voluerit, maior duodecim annis sit: non ante eum suscipiat, nec postea ipsa, vel alia, id est, quæ fuerit ad habitum recepta ante annum duodecimum, professionem emittat, quam exploraverit Episcopus, vel eo absente, vel impedito eius Vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat, & si voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritque condiciones requisitas iuxta Monasterij, & Ordinis regulam, necnon Monasterium fuerit idoneum, liberè ei profiteri liceat, cuius professionis tempus, ne Episcopus ignoret, teneatur Priorisa eum ante mensem certiorum facere: quod si Priorisa certiorum Episcopum non fecerit, quamdiu Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit.

Postquam verò constiterit de voluntate novitiæ permanendi in Religione, & si à maiori parte communitatis fuerit admissa ( sicut de ingressu dictum est ) professionem emittat in manibus sui proprii Prælati, ad quem solùm spectat, sicut, & habitu induere, & velum concedere.

## CAPUT II.

De electione Priorissæ , & aliarum officialium.

**§. 1.** **M**onialis , quæ in Priorissam erit eligenda , non minoris ætatis quam annorum quadraginta , & quæ duodecim post expressam professionem laudabiliter , religiosè , & exemplariter vixerit : eius autem electio ex consensu monialium fiat : dummodo Electrices quatuor annos à die suæ professionis expleverint , & ad chorum sint destinatæ. In qua electione observentur iura communia , & Sacri Concilij decreta.

**§. 2.** Statuimus insuper , quod officium Priorissæ non plus duret , quàm ad triennium , quo expleto absque aliqua declaratione , vel renunciatione finiatur.

**§. 3.** In electione Priorissæ poterit præfidere Ordinarius ad præscriptum constitutionis sanctæ memoriæ Gregorij XV.



XV. quæ incipit, *Inscrutabili*. Præsi-  
debit Reverendus Pater Provincialis, vel  
Minister, vel Monialium Vicarius cum  
vno, vel duobus socijs, qui Scrutatores  
electionis erunt; quæ electio semper  
fiat in Ecclesia, ita vt Præsides, &  
Scrutatores numquam ingrediantur in  
Conventum, sed per fenestrellam, per  
quam administratur Eucharistia, Mo-  
niales sua suffragia præstent, omnia  
in vna mittendo: peracta verò suffra-  
gatione extrahantur, & annumeren-  
tur vota à Præsidente simul cum Scr-  
uatoribus, & si quæ inventa fuerit  
canonicè electa; electio publicetur: sin-  
autem ad aliam electionem procedatur  
eademmet forma servata. \* *Quod si nec*  
*in 2. Scrutinio aliqua inveniatur Ca-*  
*nonicè electa, exequantur ea quæ*  
*in simile circa electionem Ministri Con-*  
*ventualis dicta sunt lib. 1. cap. 35.*  
§§. 9. & 10. proportionem servata ita vt  
nulla monialis, incepta electione cum  
aliqua persona extra Religionem quæ  
vis illa sit, colloquatur. Quod si nihi-  
lominus intra cæto dierum spatium ali-  
quam Canonicè non egerint electio de-  
volvatur ad Patrem *Provincialem*. \*

Post-

§. 4. Postquam confirmata fuerit Priorisa, & officij possessionem acceperit, more solito ipsa cum monialibus à consilijs (quæ semper erunt quatuor, aut sex ex his, quæ extitere Priorisæ, & antiquiores à die professionis) in Prælati Conventus præsentia, eligent Superiorisam, & Magistram, quas aptiores, & idoneas ad talia officia invenerint.

§. 5. De alijs officialibus Conventus, prout secundum Deum, suæ discretioni videbitur (de consilio tamen Priorisæ) Pater Provincialis providebit, quoties opus fuerit, hac tamen lege, vt hostiaris non possint eligi, nisi expleverint ad minus annos quadraginta ætatis, & duodecim a die professionis: ad assistentiam verò rotæ nulla monialis destinetur, quin trigessimum ætatis annum adimpleverit, & octavum à die professionis.



CAPUT III.

De clausura Monialium.

**U**T clausura in omnibus nostri Ordinis Monialium Monasterijs omni veneratione, vt decet, seruetur, omnibus, & singulis Prioris corundem Monasteriorum nobis commissorum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnæ excommunicationis latæ sententiæ præcipimus, & mandamus, vt neminem cuiuscum que generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, intra septa Monasterij intromittant sine licentia Reverendissimi Ordinarij, & Patris Generalis, vel Provincialis in scriptis obtenta, & solum in casibus necessarijs, & vrgentibus concedenda, quod si contrafecerint, officio priventur; si quæ verò demonialibus subditis ad id consilium, auxilium, vel favorem quovis modo præstiterint, ipso facto voce activa, & passiva per biennium sint privatae, & sine aliqua dispensatione tribus vicibus

§. I.

bus in medio Refectorij coram toto  
Conventu in pane, & aqua ieiuent.

S. 2.

Prohibemus insuper, quin potius  
iure cautum esse declaramus, ne aliqua  
monialis prædictorum Monasteriorum  
professa cuiuscumque status, gradus,  
conditionis, dignitatis, ac præeminen-  
tiæ existat, etiam si Regia profapia sit  
orta, Monasterij clausuram exire præ-  
sumat, quacumque occasione, etiam  
infirmittatis prætextu, nisi ex causa  
magni incendij, vel infirmitatis lepræ,  
aut epidimix, quæ tunc infirmitas iuxta  
Constitut. S. mem. Pij V. per Reverendis-  
simum Patrem Generalem, vel Patrem  
Provincialem etiam per Reverendissi-  
mum Episcopum, seu alium loci Ordini-  
narium cognita, & expressa in scriptis  
approbata sit, sed nec in prædictis ca-  
sibus extra sua Monasteria, nisi ad tem-  
pus, stare eis liceat: aliter autem quam  
vt præfertur, egredientes, seu Prælati,  
vel Prælatæ nostri Ordinis licentiam  
egrediendi quomodocumque conceden-  
tes, excommunicationis maioris latæ  
sententiæ vinculo statim eo ipso absque  
aliqua declaratione se subiaccere sciant,  
à quo præterquam à Romano Pontifice



(nisi in mortis articulo) absolvi non poterunt. Insuper tam egressas, quam Superiores eis licentiam concedentes dignitatibus, officijs, & administrationibus per eos, & per eas tunc obtentis privat, & illos, ac illas ad obtenta, in posterum obtinenda inhabiles declarat supradicta constitutio.

Vniversos autem, & singulos nostri Ordinis Fratres, tam Subditos, quàm Superiores, præsentés, ac futuros, primò, secundò, & tertio requirimus, ac monemus, eisdemque in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in his scriptis ferimus, & quam eo ipso contrafacientes incurrant, à qua non nisi à Reverendissimo Patre Generali, vel Patre Provinciali absolvi possint, distinctè præcipimus, & mandamus, ne aliquis eorum nostri Ordinis Monasteria Monialium vllò modo ingrediatur; exceptis tamen Confessoribus, vel ipsarum Vicarijs, qui simul cum vno, vel duobus socijs à Patre Provinciali, seu à Ministro deputatis, dicta Monasteria respectivè pro Sacramentis ministrant.

trandis graviter infirmantibus , & pro  
sepeliendis cadaveribus , & non aliter  
ingredi possint.

§. 4.

Per hoc tamen non intendimus  
prohibere , quod Reverendissimus Ge-  
neralis , vel Patres Provinciales , seu  
Visitatores antequam capitulum de cul-  
pis in suis Visitationibus faciant , cum  
socijs honestis , & gravibus nostri Or-  
dinis semel tantum Monasterium In-  
grediantur , ad illud visitandum , &  
recognoscendum. \* *sinecessè* fuerit Clau-  
suram recognoscere , & *visitare*. \*

§. 5.

Ipsos Patres in ingressu Priorisa,  
& Superiorisa cum alijs duabus,  
vel tribus venerandæ gravitatis , & Re-  
ligionis Monialibus associabunt. Quan-  
do verò necessitas exegerit , vt Vi-  
carius , seu Confessor , Medicus , Chy-  
rurgus , vel alij officiales claustra Mo-  
nasterij ingrediantur , illos associabunt  
Superiorisa , & vna ex Ostiarijs  
cum duabus ex Discretis , seu  
Monialibus à confi-  
lijs.



CAPUT IV.

De audiendis Monialium  
confessionibus.

**N**ulla nostri Ordinis Monialis cum  
Confessario sæculari, aut alterius  
Ordinis regulari confiteatur, nisi de  
expressa licentia Patris Provincialis, vel  
Ministri, vel Vicarij, qui eis bis, aut  
ter in anno iuxta Concilij Tridenti-  
ni decretum de alijs Confessarijs præ-  
ter Ordinarium, vel Ordinarios (à  
Diffinitorio, vel à Provinciali depu-  
tatis) provideant, vel alio in tempo-  
re, prout necessitas exegerit. \* *Dummo-  
do sint Confessarij approbati ab ordi-  
nario pro Monialibus* \*

Omnes nostri Ordinis Moniales,  
quinto decimo die per annum, & sin-  
gulis Dominicis diebus in Adventu,  
& Quadragesima confessionem peccā-  
torum faciant, & sacrosanctam Eucha-  
ristiam suscipiant: insuper festivitati-  
bus Domini nostri Iesu Christi, eiusque

sanctissimæ Matris, & Apostolorum  
& Ordinis festiuitatibus: si quæ verò  
Moniales in aliquo Conventu reperian-  
tur tantæ virtutis, & puritatis conf-  
cientiæ, & in amorem sui sponsi ma-  
ximè inflammatae, vt perfectio earum  
in dies augeatur, & crescat, assidui-  
tatem refectionis Eucharistiæ arbitrio  
prudens confessoris relinquimus, quos  
monemus in Domino, vt in omnibus  
sicut Ministros Dei, & perfectionis se-  
gerant, cum magna vigilantia, ac pru-  
dentia, vt decet in re tanti ponderis,  
& momenti.

S. 3.

Et quia verbum Dei est etiam pa-  
nis vivus, sine quo crescit anima, ex-  
hortamur in Domino Ministros Monia-  
lium Ordinarios, & earum Vicarios,  
vt temporibus Adventus, & Quadra-  
gesimæ, aliisque diebus per annum  
festiuis statuant Concionatorem nostri  
Ordinis virum Religiosum, cuius vita  
etiam prædicet, qui illis verbum Dei  
proponat, easque ad virtutes, & pœ-  
nitentiam exhortetur, maiorem Dei  
gloriam, & animarum lucrum in-  
tendat.

S. 4.

Interdicimus tamen eis, vt ver-  
bum



bum Dei à Concionatore sæculari, seu alterius Ordinis Religioso publicè, vel privatim, ne audiant: & si aliqua facultas concionandi in Ecclesijs nostrarum Monialium alicui Prædicatori extra Ordinem hucusque concessa est, eam annullamus, & abolemus, decernentes, quod Priorisa, quæ huic mandato contravenerit, ab officio absolvatur.

## CAPUT V.

Quomodo Moniales se debent  
habere in Locu-  
torio.

UT autem Monialium perfectioni, & bonæ famæ ( cum Dei adiutorio ) consulamus: omnes Prælatos hortamur, & in Domino monemus ne alicui ex Monialibus licentiam loquendi cum Religioso aliquo, sive nostro, sive alterius Religionis concedant: neque cum aliquo sæculari cuiuscumque qualitatis, nisi ei consanguinitate, vel

affinitate maximè sit coniunctus, vel in casu magnæ necessitatis ab ipso Vicario examinando; \* *Super quo* servetur decretum sanctæ memoriæ Urbani Octavi, expeditum duodecimo Kalendas Decembris, anno 1623. \* Monialis verò, quæ sine prædicta licentia aliquem fuerit allocuta, pro prima vice severe corrigatur in capitulo coram omnibus: pro secunda ter in medio Refectorio panem, & aquam comedat, tresque ei imponantur à Priorisa disciplinae, & si creverit culpa, crescat, & poena: eandem poenam subeant Ostiariae, quæ illum in Locutorium introduxerint, vel accedere permiserint.

§. 2.

Et quia conversatio nostra (iuxta Apostolum) in cœlis esse debet, Monialis quæ ad Locutorium de Vicarij licentia accesserit, os suum à pravo eloquio custodiat, parcitatem in verbis quæ rarò sine peccato multiplicantur, observando. Nullaque cum aliquo loquatur, nisi assistat ipsa Priorisa, aut loco eius altera venerandæ gravitatis monialis ad hoc specialiter deputata, quæ vocabitur Auscultatrix semper audiendo, & intelligendo omnia, quæ

si loquitur : Monialis verò quæ sine speciali licentia Vicarij in Locutorio reperta fuerit , pro qualibet vice in medio Refectorij panem , & aquam tribus diebus absque vlla dispensatione comedat.

Ut autem Ecclesia cum omni veneratione , & reverentia tractetur , præcipimus , quod in ipsa nullum genus conversationis habeatur , neque in Sacristia similiter , & circa hoc conscientias Prælatorum oneramus.

§. 3.

Insuper præcipimus , quod in Locutorijs non permittantur musicæ , neque pulsentur instrumenta , neque fiant choreæ , ludi , neque aliæ huiusmodi vanitates sæculares , neque convivia. Contrarium facientes in visitatione à Patre Provinciali , seu Visitatore severè corrigantur.

§. 4.

Nulla monialis literas aliquas scribat extra Conventum mittendas , vel recipiat absque licentia Priorisæ , quæ teneatur omnes literas sibi præsentatas , mittendas , vel recipiendas de facto legere. Si qua verò Monialis literas clausas , vel apertas miserit , vel ceperit , quin eas Priorisæ ostendat , per

§. 5.

## CAPUT VI.

### De labore, & alijs.

- §. 1. **Q**uia otiositas inimica est animæ,  
& mater, & nutrix vitiorum,  
nulla Monialis sit otiosa, sed  
diligenter observetur, vt exceptis ho-  
ris, & temporibus, quibus Orationi  
Mentali (in qua per spatium vnus ho-  
ræ quotidiè omnes debent assistere)  
vel Officio Dívino, vel aliæ occupa-  
tioni necessariæ debent intendere: ope-  
ribus manuum ad vtilitatem commu-  
nem omnes attentè insistant in loco  
aptiori, & porinato à Superioribus.
- §. 2. Cum sororibus autem quamdiù  
sunt in labore, Priorisa, vel Superio-  
rifa, vel aliqua alia ad hoc à Priorisa as-  
signata sit præsens.
- §. 3. Laborent autem cum silentio, & vt  
mens non divagetur, & inanibus curis,  
& cogitationibus implicata præbeat  
ali-



aliqualem occasionem ruinæ assignetur  
 monialis ex modernis, quæ lectionem  
 spiritualem, vel acta Sanctorum, vel  
 Sanctarum legat, vt sic desiderium vir-  
 tutis in omnibus augeatur, & sicut ma-  
 nus labore sunt occupatæ, ita anima  
 cœlesti cogitatione sit recreata. Nulla  
 recedat à communi laborerio sine licen-  
 tia, & necessitate, quæ autem sic exie-  
 rit; expleta necessitate redeat.

Præcipimus insuper, quod nulla mo- §. 4.  
 nialis serico indumento, nec palam,  
 nec occultè vti præsumat, nec aliquo  
 quouis genere ex factura laicali, sed  
 illis solum vestimentis, quæ statum Re-  
 ligiosum decent, iuxta ea quæ regula,  
 & constitutiones præscribunt.

Caveant etiam maximè quod caput, §. 5.  
 & facies in aliquo prophano cultu, vel  
 curiositate deformentur: studeant verò  
 non vestibus, & curiositate placere Deo,  
 sed moribus.

In incessu, statu, & in omnibus §. 6.  
 corporis motibus nihil dissonum appa-  
 reat, quod summi Regis oculos offen-  
 dat, sed modestia cum Religione,  
 sanctitas cum gravitate in dictis, &  
 factis vnanimiter in omnibus sorori-  
 bus resplendeat. Bo-

- §. 7. Bona, quæ ratione dotis Monialis attulerit Conventui pro sua sustentatione, nullo prætextu consumantur. Contrarium faciens ab officio privetur.
- §. 8. In alijs, quæ circa regimen, & gubernium se possunt offerre, præcipimus, & ordinamus, quod observentur Constitutiones, ordinationes, laudabiles Ritus ad præscriptum Cæremonialis Romani mutatis tamen mutandis, quæ eis iuxta differentiam sexus minimè conveniunt.

**C**Um autem sicut eadem ex-  
 positio subiungebat, dicti  
 Exponentes Constitutiones præin-  
 fertas Apostolicæ confirmationis  
 nostræ patrocínio communiri sum-  
 moperè desiderent: Nos specialem  
 prædictis Exponentibus gratiam fa-  
 cere volentes, & eorum singula-  
 res personas à quibusvis excomu-  
 nicationis, suspensionis, & in-  
 terdicti, alijsque Ecclesiasticis sen-  
 tentijs, censuris, & pœnis à iu-  
 re, vel ab homine quavis occa-  
 sione, vel causa latis, si quibus  
 quomodolibet innodatae existunt,  
 ad effectum præsentium duntaxat  
 consequenter harum serie absolven-  
 tes, & absolutas fore censentes,  
 supplicationibus eorum nomine No-  
 bis super hoc humiliter porrectis  
 in-

649  
inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, præinsertas Constitutiones Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui quomodolibet intervenerint in eisdem supplemus. Decernentes easdem præsentis literas, ac constitutiones præinsertas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quando-cumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & incon-

culse



cūssè observari ; sicquè in præmissis  
 per quoscumque Iudices Ordina-  
 rios , & Delegatos etiam causarum  
 Palatij Apostolici Auditores , ac  
 eiusdem S. R. Ecclesiæ Cardinales  
 etiam de latere Legatos , & Aposto-  
 licæ Sedis Nuntios , aliosvè quos-  
 libet quavis authoritate , & potes-  
 tate fungentes , & functuros iu-  
 dicari , & definiri debere , ac irri-  
 tum , & inane si secus super his  
 à quoquam quavis authoritate sciē-  
 ter , vel ignoranter contigerit atten-  
 tari. Non obstantibus præmissis,  
 necnon Apostolicis , ac in vniver-  
 salibus, Provincialibusque, & Syno-  
 dalibus Concilijs editis generali-  
 bus, vel specialibus constitutioni-  
 bus , & ordinationibus , & qua-  
 tenus opus sit, Ordinis prædicti,  
 eius-

eiusque Provinciarum, & Monasteriorum quorumcumque, & alijs quibusvis etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo

figillo alicuius personæ in Eccle-  
 siastica dignitate constitutę munitis  
 eadem prorsus fides in iudicio , &  
 extra illud vbique adhibeatur , quę  
 ipsis præsentibus adhiberetur , si fo-  
 rent exhibitæ , vel ostensæ. Datum  
 Romæ apud Sanctam MariamMaio-  
 rem sub Annulo Piscatoris. Die  
 secunda Ianuarij millesimo sexcen-  
 tesimo quinquagesimo octavo, Pon-  
 tificatus nostri Anno tertio.

*Loco ✝ sigilli Annuli Piscatoris,*  
 G. Gualterius.

CUM dictum sit in Superioribus (fol. videlicet 44. huius Voluminis) introducta esse in Regula modificata à sanct. mem. Clemente Quarto aliqua, quæ non ipse, sed alij successores Summi Pontifices, sive in dispensationem Regule Innocentianæ, sive in declarationem Clementinæ, ediderunt: fortassè Lector offendet, inveniens, quod ea ipsa, quæ Clementi Quarto non tribuuntur, ab Alexandro Septimo ipsi tribui videntur, dum iste in Constitutionibus antea actis apponit pro textu, quem exponit (specie quidem, ac si esset ipsius Clementis Quarti) ea quæ in tali Nota afferuntur posteriora Clementi. Hæc tamen obiectio nulla est: ibiquè apparet clarissimè, quo tempore, & à quibus hæc constituta sint. Certum est, quod in immediatè transcripto Alexandrino Diplomate, & quæ Clementis Quarti, & quæ aliorum, apponuntur pro textu Regule: at non verum, ea omnia, prout Clementis Quarti, in textu prælaudato poni. Tam Capitulum Generale imperans, quàm Alexander Septimus approbans, absdubio noverunt, ad diversas Pontifices pertinere; sed cum iam pro Corpore



Regulæ, tempore Alexandri ea cuncta habita fuissent, textum Regulæ ita integratum indiscriminatim explicarant, ipsumque firmavit Pontifex Apostolico munimine totum; non totum quæ Clementis (hoc enim nullibi est dictum) sed totum, quæ texture Regulæ, etsi iam à pluribus compactum: undè benè concordant, & quod in textu puro Clementis Quarti aliqua tunc deficiant, & quod in ipso posito ab Alexandro iam inveniantur addita.

Fortassis, etiam, alicui Constitutionum studioso, in ipsisquæ (prout Religiosum decet) versato, videbitur, dum transumptum hoccine legerit, non benè in aliquibus cum antiquis duobus concordare; cum illo, videlicet typis dato Neapoli à R. P. Mag. Fr. Ioanne de Ortega, ann. 1659. alioquæ excuso Matriti à R. P. Mag. Fr. Ioanne de la Torre, ann. 1660. (quorum ultimum cum primo in omnibus præter in ann. Datæ concordat; numerum 5. omitte[n]te Typographi Neapolitani incuria) Neutrum tamen duorum in pluribus cum præsentè convenit (prætermittit discordantia, quam Additio Apostolica constituit) passim enim invenitur, plusquam verbis disconvenire; sed

cuius culpa? incertum: fortè legentis, ut excuderetur, originale. Unum in præsentibus non dubium; hanc, nempe, copiam examen attigisse prolixè rigorosum, ita ut ad exemplar repetita veniens castigatione, iota unum, aut unus apex non prætereat à lege.

Tandem notandum, quod cum ex ambiguitate, quam aliquæ ex Constitutionibus præferunt, nonnulla exorta fuissent dubia erga earum intelligentiam; satius habuit Castellana Provincia verum captum, & sensum à supræmo Capite requirere, quam se se inobservantiæ, vel earum transgressioni exponere. Ea propter à Sacr. Congr. Regularium obtinuit, sibi ad interrogata responderi, verumquè sensum harum Constitutionum explicari. Videlicet.

I Super facultatem obtentam à Provincijs Hispaniæ, & Italiæ, nominatimquè à Provinciale, & Diffinitorio Provincie Castellæ, erga reelectionem Ministrorum Conventualium, quæ prohibita erat iuxta §. 13. cap. 35. fol. 255. harum Constitutionum, in eodem Conventu, tribus annis completis non elapsis; & iuxta §. 14. immediatum; quæ facultas est tenoris sequentis

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, Oratorum precibus duxit indulgendum, prout præsentis decreti vigore, vt Ministri locales Ordinis huiusmodi in præfatis Provincijs, qui laudabiliter suum munus exercuisse comperti fuerint; licet ab officijs Provincialatus, Ministri Generalis, & Vicarij Monialium per biennium non vacaverit, nedum in alijs Conventibus, verumetiam in illis, in quibus idem munus immediatè exercuerunt, & vbi fabrica, vel sustentatio maximè vrget, semel, atque iterum reeligì possint, benignè indulsit, dummodò tamen, prævio diligenti examine, Provincialibus, & Diffinitorijs cuiusque Provincialium prædictarum de reeligendorum idoneitate, probitate, & morum integritate, ad id muneris habiles, ac vtilis habeantur. Et in reliquis ea omnia, quæ ad præscriptum Constitutionum Apostolicarum, & eiusdem Ordinis servanda sunt, omninò

Interventur. Romæ die 30. Maij 1659.  
Ita reperitur in Regesto authographo  
eiusdem Sacræ Congregationis. In fi-  
dem &c: hac die 8. Septembris 1719.

I. *Archiepiscopus Damascenus. Secr.*  
Loco ✠ Sigilli.

*Interrogatum fuit pro parte R. admo-  
dum P. Provincialis, & Diffinitorij Pro-  
vinciæ Castellæ, quidnam per ly semel,  
atque iterum veniret intelligendum? Cui  
fuit responsum.*

Sacra Congregatio Eminentissimi-  
morum, & Reverendissimorum S. R. E.  
Cardinalium, negotijs, & consultatio-  
nibus Episcoporum, & Regularium  
præposita, attentis narratis, censuit  
rescribendum, non indigere Oratores  
explicatione, & bis tantum reeligere  
posse Ministros locales, non obstante  
quocumque casu in contrarium. Romæ  
die 17. Novembris 1730. Card. Fran-  
ciscus Barberinus. Loco ✠ Sigilli. *Et  
infra. A. Archiep. Petrensis.*

2 *Super §. 10. cap. 36. fol. 262. ubi,  
habiles esse ad ministerium Conventus mi-  
nus principalis declaratur, qui per sexen-  
nium Vicarij fuerit in aliquo, vel aliqui-  
bus*



*bus Conventibus: Et super Privilegium supra extensum reelectionis Ministrorum localium; erga, scilicet, numerum suffragiorum necessariorum ipsis ad talem reelectionem: interrogatum fuit à Sacr. Congregatione: an primum veniret etiam intelligendum de Vicarijs Monialium? Et an secundum requireret, dari pro reeligendo plusquam communem numerum suffragiorum, quæ ad alias Canonicas Electiones requiruntur? Quibus fuit responsum.*

Sacra eadem Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Procuratore Generali Ordinis, ac re vndiquè maturè dicusa, censuit rescribendum, atque declarandum. Ad primum, affirmativè, nempè, posse eligi in Ministros Conventuum minus principalium Religiosos, qui per sexennium fuerint Vicarij alicuius Monasterij Monialium, non minus, quam si Theologiam Scholasticam legerint, &c. Ad secundum decrevit, sufficere vnum supra medietatem. Romæ, die 15. Iunij 1731. J. A.

350  
Cardin. de Via. Loco ✠ Sigilli. Et  
infra. A. Archiepiscopus Petrensis.

## Errata sic corrige.

- Fol. 152. — omnimus — lege — omnibus.  
197. — Chistum — l. — Christum.  
214. — Cenerales — l. — Generales  
316. — ragentea — l. — argentea.  
321. — illus — l. — illius.  
415. — habeat — l. — habeant.  
421. — vnaquaquæ — l. — vnaquaque.  
425. — admitavr — l. — admittatur  
442. — quia — l. — qui  
444. — lectiomnibus — l. — lectionibus.  
446. — aliqui — l. — alicui.  
458. — de secundæ — l. — de secunda secundæ  
470. — eorum — l. — eorum  
487. — Religionis — l. — Religioſis.  
488. — fecerint — l. — fecerint.  
493. — detur-paverint — l. — deturpaverint  
493. — oosque — l. — eosquæ.  
494. — exrraneum — l. — extraneum.  
495. — agnoverint — l. — agnoverit.  
496. — Conſpiratoris — l. — Conſpiratores  
525. — Religionme — l. — Religionem.  
536. — porinato — l. — ordinato.

## FIDES COLLATIONIS

transumpti cum Ori-  
ginali,

**E**GO Franciscus Michael de Victoria, pu-  
blicus Auctoritate Apostolica Notarius,  
Regniqùe scriba, in hac Curia Matritensi  
commorans, Universis præsentes inspecturis  
notum facio, hoc anteauctum transumptum  
Diplomatis SS. D. N. Alexandri Papæ  
Septimi continentis Constitutiones Genera-  
les Ordinis SS. Trinitatis, Redemptionis  
Captivorum; triaquè, quæ post ipsum, im-  
mediatè ante correctæ errata, apponuntur Sa-  
cræ Congregationis decreta; ad literam con-  
cordare cum suis Originalibus: scilicet cum  
Diplomate prædicti SS. D. N. Alexandri,  
edito in pergamenno, Centum triginta folia  
complectenti, quorum ducentæ quinquaginta  
quatuor paginarum facies sunt con-  
scriptæ, sexquè in albo remanentes, annulo  
Piscatoris sigillato, & in cunctis fidem ple-  
nam facienti: cum alio etiam papiraceo

*Sex foliorum Codice , in quo continentur  
 Additiones , seu Reformationes harum Con-  
 stitutionum Generalium , facienti similiter  
 plenam fidem , sub dat. Rom. 15. Septembr.  
 1665. referentibus Eminentissimis Bra-  
 naccio , Franciotto , & Ottobono , à Sacra  
 Congregatione ad id specialiter deputatis,  
 sicque finienti , M. Card. Ginettus. Et  
 infra , Episcopus Cam. Secr. cuius qui-  
 dem Codicis Clausulæ huc , illucquè fideliter  
 intromissæ in Corpore Constitutionum sunt,  
 ubi respectivè à Sacra Congregatione iussura  
 est : Et denique tria alia Sacræ Congregat.  
 rescripta , quæ etiam apponuntur extra Cor-  
 pus Constitutionum in Superiori Nota,  
 exactè conveniunt exemplaribus suis subscrip-  
 tis , sigillatis , & fidem facientibus in cunctis:  
 Quæ quidem quinque exemplaria , custodita  
 in Archivio Conventus Matritensis Ordinis  
 Sanctissimæ Trinitatis Red. Capt. à R.  
 P. Fr. Iosepho Moreno Curiel , eiusdem  
 Ordinis , Sacræ Theologiæ Lectore iubilato,  
 Generalique Religionis Chronographo mihi  
 ad collationem ostensa sunt , ut ab eo , cui  
 à Provinciali Capitulo munus impræssio-  
 nis huius commissum est. In quorum fidem,  
 & ut ubique fidelitas transumptorum con-  
 stet ( demptis Typographi supra positis.*



553  
vitijs) præsentem exhibo, signo, & munio  
Matriti postridiè Kalendas Augusti, ann.  
Domini millesimi septingentesimi trigesimi  
primi.

Locus ✠ Signi.

Franciscus Michaël de Victoria  
Not. Apost.

---

Infrascripti publici Notarij, commo-  
rantes in hac Curia Matritensi, Universis  
notum facimus, atque testamur, supra-  
dictum Michaellem de Victoria Apostolica  
authoritate Notarium, esse talem, pro-  
taliqùè haberi, fidelem, & legalem; su-  
prapositum signum esse verè suum, & si-  
militer subscriptionem; ac deniquè, suis  
consimilibus scripturis in iudicio, & extrà  
semper adhibitam fuisse, ac de præsentì  
adhiberi plenam, & indubitam fidem.  
In quorum testimonium, præsentem damus.  
Ma-

Matriti, postridie Kalendas Augusti, anni  
 Domini millesimi septingentesimi trigesima  
 prissi.

Locus ✠ Signi.

Ignatius Hontiveros,  
 Not. Apost.

Locus ✠ Signi.

Bartholomæus Ximenez de Lara,  
 Not. Apost.

Locus ✠ Signi.

Felicianus Coxexes de Velasco,  
 Not. Apost.



# FORMULARIUM

## PRINCIPALIUM

### ACTUUM AD OFFICIUM

Ministri Provincialis, & Con-  
ventualis Ordinis SS. Tri-  
nitatis Redemp. Capt.  
spectantium.

Forma recipiendi Novitios.

**R**eligiosis Capitulariter Congregatis Præ-  
latus iubeat coram se recipiendum genu-  
flectere, & habito brevi quodam spirituali ser-  
mone, benedicat Scapularium positum ante  
eum simul cum cuculla, seu maza, dicendo.

*Vers.*

*Vers.* Audiitorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit coelum, & terram. *Vers.* Sit nomen Domini benedictum. *Resp.* Ex hoc nunc, & usque in saeculum. *Vers.* Domine exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus adveniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

## O R E M U S.

Domine Iesu Christe, qui tegimen nostrae mortalitatis induere dignatus es, obsecramus tuae largitatis abundantiam, ut hoc genus vestimenti, quod nostri Sancti Patres Ioannes, & Felix ad innocentiam, & humilitatis indicium abrenuntiantes huic saeculo, ferre sanxerunt: ita bene ✠ dicere & sanctificare digneris, ut hic famulus tuus, qui hoc in saeculo usus fuerit indumento, te induere mereatur, qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus



tus Sancti Deus per omnia sæcula sæ-  
culorum Amen.

Deinde Prælatus tollens à recipiendo sæ-  
culare vestimentum, dicat. Exuat te  
Deus veterem hominem cum omnibus  
actibus suis. R. Amen. Post hæc induens  
eum Ordinis vestimenta, dicat. Induat te  
Deus novum hominem, qui secun-  
dum Deum creatus est in iustitia, &  
sanctitate veritatis. Protinus Novitius  
humise prosternat, & Prælatus dicat Ky-  
rie eleison, & Conventus prosequatur,  
Christe: Kyrie eleison. Prælatus, Pater  
noster totum secr. & finito, elevata voce:  
Etnenos inducas, &c. V. Saluum fac se-  
rvum tuum. R. Deus meus sperantem  
in te. V. Mitte ei Domine auxilium  
de sancto, R. Et de Sion tuere eum. V.  
Esto ei Domine turris fortitudinis. R.  
A facie inimici. V. Nihil proficiat  
inimicus in eo. R. Et filius iniquita-  
tis non apponat nocere ei. V. Bene-  
dicamus Patrem, & Filium, cum san-  
cto Spiritu. R. Laudemus, & supe-  
rexaltemus eum in sæcula. V. Domi-  
ne exaudi orationem meam. R. Et cla-  
mor meus ad te veniat. V. Dominus vo-  
bis cum, R. Et cum spiritu suo.

ORE-

## O R E M U S.

Adesto Domine supplicationibus nostris, & hunc famulum tuum bene ✠ dicere digneris, cui in tuo nomine habitum Religionis imponimus, vt te largiente, & devotus in ordine persistat, & vitam mereatur consequi sempiternam. Per Christum Dominum nostrum.

## O R E M U S.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulo tuo in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem, quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniatur adversis. Per Christum Dominum nostrum.

## O R E M U S.

Prætende Dñe. misericordiam tuam famulo tuo, dextramque cœlestis auxiliij, vt te toto corde perquirat, &  
quæ

quæ dignè postulat, assequatur: per  
Christum Dominum nostrum.

*His finitis: tenentes chorum, genibus flexis  
omnibus, incipiant Hymnum.*

Veni Creator Spiritus, &c.

*Quo finito tenentes chorum V. dicant:*  
Emite Spiritum tuum, & creabitur. R.  
Etrenovabis faciem terræ. *Prælati stans,  
dicat.*

### O R E M U S.

Deus, qui corda fidelium sancti  
Spiritus illustratione docuisti: da fa-  
mulo tuo in eodem Spiritu recta sa-  
pere, & de eius semper consolatione  
gaudere. Per Dominum nostrum Iesum  
Christum Filium tuum, qui tecum  
vivit, & regnat in vnitatem eiusdem  
Spiritus sancti Deus, per omnia sæcu-  
la sæculorum. R. Amen.

### O R E M U S.

Deus, qui per Beatos Patres nostros  
Ioannem, & Felicem hunc Ordinem,  
sub nomine Sacrosanctæ Trinitatis, ad  
redimendos de potestate Saracænorum  
capti-

captivos cœlitus instituire dignatus es : præsta quæsumus, vt eorum suffragantibus meritis, à captivitate corporis, & animæ te adiuvante liberemur. Per Dominum nostrum, &c.

*His peractis omnes surgant, & suis locis sedeant. Novitius verò ad Prælatum accedens, & ante eum genuflexus manum eius deosculetur, quem idem Prælatum ibidem suo Patri Novitiorum tradat, eumque Pater ad Patrem Provinciale (si adsit) deferat, vt eius manum deosculetur, ab ipsoque benedictionem accipiat, & singulos amplectatur Religiosos, & postea ad Novitiorum domum eum deducat.*

Forma recipiendi Novitios ad Professionem.

**O**Mnes Religiosi, cum cappis, & capitijs induti, in modum processions ad capellam maiorem vadant, & in fine Conventus Prælatum professionem celebraturus, pretioso pluviâli indutus subsequatur : cum verò ad capellam maiorem peruenerint, ordinationem in suis locis genibus flexis sint, eoque Prælatum signum surgendi faciat : tunc enim surgant, & ibidem stent protinusque Præ-



Prælati ad dextram cornu altaris, prope partem Evangelij ascendat, ubi in præparato loco sedeat, iuxta quem debet esse scabellum tapete ornatum, in quo sit scapularium benedicendum, cum muza seu caputio, & prope ipsum abenulum aque lustralis, & nostri Ordinis constituti ves, panis, & aqua, cum disciplina. Statimque Novitiorum Pater cappa indutus, Novitium ad Sacristia in capellam maiorem ad proficendum conducatur, qui eodem modo vestitus vadat, quo Novitij communiter solent incedere, & ubi primum iuxta gradus altaris pervenerint, genua flectant, finitaque brevi oratione surgant Novitius vero ad pedes Prælati expectet ab eo brevem, & spiritualem exhortationem. Quod si professio in choro, vel in capitulo fuerit facienda, Prælati superpelliceo, & stola indutus erit, & omnia (ut dictum est) fiant in quantum locus permiserit, & Novitius ibidem stans ad sinistram Patris Novitiorum: voce elevata, sic sua vota emittat, iuxta tenorem chyrographi, quod afferre debet ab ipso subscripto, in libro professionum, qui talis erit.

Ego frater N. clericus promitto Sanctissimæ Trinitati, & Beatæ Mariæ semper Virginij, & Beatis Patribus

Na

no-

Formam  
tenet vota  
seu facien-  
di profes-  
sionem

nostris Sanctis Ioanni , & Fœlici , & tibi Reverendo Patri Fratri N. Ministro huius Conventus N. nomine, & vice Reverendissimi Patris nostri N. Ministri Generalis , & successorum eius : Emendationem morum meorum : præcipuè in castitate , & sine proprio , & in communi , & in obedientia vivere vsque ad mortem : sub regula modificata , & constitutionibus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum secundùm gratiam mihi collatam à Domino , & facultatem virium mearum.

*Post votorum emissionem ad altare ascendat , & propè sacrarium genua flectat , & statim surgat , professionisque chyrographum , super altare ante sacrarium Deo offerat. Deindè iterùm genuflexus deosculetur altare , & surgat , vadatque ad locum , ubi Prælatus sedet , & ibi genustectatur , & Prælatus dicat.*

*Forma acceptandi vota emissa, seu professionis*

Ego N. nomine , & vice Reverendissimi Patris nostri Generalis N. & auctoritate , qua fungor accepto professionem tuam , & vnio te corpori mystico nostræ Sacræ Religionis ; & filium facio huius Conventus N. vel

Con-

Conventus N. in cuius signum : accipe  
 Frater Regulam , & Constitutiones,  
 quas observare debes. Concedo tibi  
 panem , & aquam in signum societa-  
 tis , & fraternitatis nostræ , vt dein-  
 cept participationem tam in spiritua-  
 libus , quam in corporalibus nobis-  
 cum habeas. Accipeque disciplinam,  
 qua ( si oportuerit ) corrigendus eris.

Si verò Novitius profiteatur in mani-  
 bus Reverendissimi Patris N. Generalis  
 supprimat particulam illam ( nomine , & vice ,  
 & omnia verba ad ipsum dirigat.

Deindè surgat Prælatus , & benedicat  
 vestes , in scabelo possitas , easque aqua bene-  
 dicta aspergat ( eodem modo quo scapularium  
 Novitij in susceptione habitus benedixit ) ibidem  
 etiam sit Novitiorum Pater , vt in exeundis,  
 & induendis vestibus Prælatum adiuvet , &  
 Prælatum scapularium , & muzam , seu capu-  
 tium à noviter professo prius auferat : statim-  
 que illi benedictas vestes induat dicens.

Induat te Deus novum hominem,  
 qui secundum Deum creatus est , in iusti-  
 tia , & sanctitate veritatis.

Deindè noviter professus surgens , &  
 antè Prælatum se inclinans , veniat ad locum,  
 ubi vota emisit , ibique stans alta voce dicat.



*Vers.* Suscipe me Domine, secundum  
eloquium tuum, & vivam, & non  
confundas me ab expectatione mea.

*Et ter eundem Vers. proferat, in qualibet-  
que vice aliquantulum vocem magis elevet,  
terque similiter se prosternat, in primis dua-  
bus vicibus quousque Dominicam orationem  
secretò recitet prostratus isceat, & in ter-  
tia tandem, usque ad signum surgendi da-  
tum, & dum sic procumbit. Prælati in-  
cipiat Antiphonam. Suscepimus Deus.  
& tenentes chorum incipiant Psalmos se-  
quentes, quos Conventus alternatim pro-  
sequatur.*

*Psalmus 47.*

Magnus Dominus, &c.

*Psalmus 50.*

Miserere mei Deus, &c.

*Psalmus. 132.*

Ecce quàm bonum, &c.

*Quibus finitè repetatur Antiphona Sus-  
cepimus Deus misericordiam tuam in  
medio templi tui. Prælati dicat clara  
voce, Kyrie eleyson, Conventus Christe  
eleyson, Kyrie eleyson. Prælati. Pa-  
ter noster (& dum secretò recitatur pro-  
stratum, noviter professum aqua benedicta  
per aspergat) deinde dicat alta voce. Et  
ne*



ne nos inducas, &c. *Conventus.* Sed libera nos, &c. *Vers.* Salvum fac servum tuum. *Res.* Deus meus sperantem in te. *Vers.* Mitte ei Domine auxilium de sancto. *Res.* Et de Sion tuere eum. *Vers.* Esto ei Domine turris fortitudinis. *Res.* A facie inimici. *Vers.* Nihil proficiat inimicus in eo. *Resp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Vers.* Domine exaudi orationem meam. *Res.* Et clamor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Res.* Et cum spiritu tuo.

## O R E M U S:

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ, vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. Per Christum, &c.

## O R E M U S.

Deus, qui renunciantibus sæculum mansionem paras in cœlo, dilata huius congregationis temporale habitaculum, cœlestibus bonis, vt supernè teneantur compage charitatis, vnanimis, conti-

mentia præcepta custodiant, sobrij, simplices, & quieti, datam sibi gratiam fuisse cognoscant, concordet vita illorum cum nomine, professio censeatur in opere. Per Christum Dominum nostrum, &c.

## O R E M U S.

Deus, qui non vis mortem peccatoris, sed pœnitentiam, & emendationem semper requiris, misericordiam tuæ clementiæ suppliciter imploramus, vt huic famulo tuo sæcularibus actibus renuncianti, largam tuæ pietatis gratiam cœlitus infundere digneris, quatenus castris tuis insertus, tibi militando, studium vitæ præsentis ita percurrere valeat, vt bravium æternæ remunerationis accipiat. Per Christum Dominum nostrum, &c.

*Tenentes Chorum (omnibus genuflexis) incipiant cantare Hymnum: Veni, Creator Spiritus, quem Chorus prosequatur. Quo finito cantores dicant versum. Emitte Spiritum tuum, & creabitur. R. Et renovabis faciem terræ. Prælatus.*

OREMUS.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da famulo tuo N. in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere, Per Christum Dominum nostrum, &c.

OREMUS.

Domine Iesu Christe, qui es via, sine qua nemo venit ad Patrem, quæsumus benignissimam clementiam tuam, ut hunc famulum tuum, à carnalibus desiderijs abstractum per iter regularis disciplinæ deducas, & qui peccatores vocare dignatus es, dicens: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*: præsta, ut hæc vox invitationis tuæ, ita in eo convalescat, quatenus onera peccatorum deponens, & quam dulcis es gustans, tua refectio-  
ne satiari mereatur; & sicut attestari de tuis ovibus dignatus es, agnosce eum inter oves tuas, & ipse te ita agnoscat, ut alium non sequatur, sed te: neque audiat vocem alienorum, sed tuam,

Nn4

qui

qui dicis. *Qui mihi ministrat, me sequatur: qui vivis, & regnas, cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.*

## O R E M U S.

Deus, qui per Beatos Patres nostros Ioannem, & Fœlicem, hunc Ordinem sub nomine Sacrosanctæ Trinitatis ad redimendos de potestate Saracænorum captivos cœlitus instituere dignatus es, præsta quæsumus, ut eorum suffragantibus meritis, à captivitate corporis, & animæ te adiuvante liberemur. Per Dominum, &c.

*Quo finito: Prælatum sedeat, & Pater Novitiorum novo professo signum surgendi det, qui surgens se profundè ad sacrarium inclinet, & ad Prælatum accedat, eiusque manum genibus flexis osculetur. Deinde idem faciat, benedictionem accipiens à celebrante Missam (si hora Missæ professio fiat) humiliterque Diaconum, & Subdiaconum amplectetur, & mox ad suum Patrem Novitiorum accedat, genibusque flexis eius manum osculetur, qui statim professum deferat ad amplectendum sui Ordinis singulos Religiosos assistentes: in-*



terimque organa pulsentur. Conventusque eodem modo, & ordine quo venit, revertatur.

Forma recipiendi ad Professionem  
Fratres laicos.

**F**rater laicus materna lingua profiteatur. Igitur flexis genibus coram Ministro: Minister (ut quæ profitetur, intelligat) interroget eadem lingua materna, dicens:

Frater promittis Deo, & mihi vice Reverendissimi Patris nostri Generalis obedientiam, paupertatem, & castitatem, sub regula modificata, & Constitutionibus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, usque ad mortem secundum gratiam tibi à Deo collatam, & possibi iratem virium tuarum? *Resp.* Promitto. Tunc Minister dicat: Dñs Deus det tibi opere perficere, quod voto inchoare concessit. *Professio scribatur, eadem lingua. & idiomate materno dicens.* Ego Frater N. laicus, &c. ut supra.

Quam si legere sciat lectam; sin autem memorie mandatam publicè alta voce proferat, & similiter dicet ter: Suscipe me Domine, secundum eloquium tuum, & vivam, & non confundas me ab expectatione  
ma:c

mea: Et postea Minister habitum professorum, scilicet, Scapularium, & mizam, seu caputium benedicat, & illi imponat (ut prædictum est) cum cæteris quæ in professione clericorum fiunt.

*Forma admittendi ad habitum, & professionem Coadiutores, sive Tertiarios.*

**T**ertiarijs induatur habitus eadem forma, qua induitur Scapularium secularibus, ad effectum consequendi indulgentias Ordinis nostri Professio verò, cum non sit solemnis, sed simplex: in hunc modum fieri debet post annum.

Ego Frater N. promitto obedientiam, paupertatem, & castitatem Sanctissimæ Trinitati, & tibi R. Patri N. Ministro huius Conventus, secundum formam, & consuetudinem Fratris Tertiarij Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redempt. Capt. hætenus observatam, secundum gratiam mihi collatam à Domino, & facultatem virium mearum,

*Forma benedictionis Scapularij dandi secularibus, vt indulgentias nostri Ordinis consequantur.*

*Vers.* Adiutorium nostrum, &c. *Res.* Qui fecit, &c. *V.* Sit nomen Domini, &c. *Res.* Ex hoc nunc, &c. *Vers.* Dñe exaudi, &c. Et clamor meus, &c. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

### O R E M U S.

Domine Iesu Christe, qui tegimen nostræ mortalitatis induere dignatus es: obsecramus tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus vestimenti, quod nostri Sancti Patres Ioannes, & Felix ad innocentiaë, & humilitatis inditium, abrenuntiantes huic sæculo ferre sanxerunt, ita bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, vt hic famulus tuus (vel famula tua) qui (vel quæ) hoc in sæculo vsus (vel vfa) fuerit induimento, te induere mereatur. Qui vivis, & regnas, &c.

*Genus flectatur secularis, & Prælatus imponat Scapularium, dicendo.*

*Vers.*

*Vers.* Induat te Deus novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis. Amen.

Kyrie eleison, Christe eleyson, Kyrie eleyson. Pater, &c. *Vers.* Et ne nos, &c. *Res.* Sed libera, &c. *Vers.* Salvum fac servum tuum. *Res.* Deus meus sperantem in te. *Vers.* Mitte ei Domine auxilium de sancto. *Res.* Et de Sion tue re eum. *Vers.* Esto ei Domine turris fortitudinis. *Res.* A facie inimici. *Vers.* Nihil proficiat inimicus in eo. *Res.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Vers.* Benedicamus Patrem, &c. *Res.* Laudemus, &c. *Vers.* Domine exaudi orationem meam. *Res.* Et clamor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Res.* Et cum spiritu tuo.

## O R E M U S.

Adesto Domine supplicationibus nostris, & hunc famulum tuum (vel hanc ancillam tuam) cui in tuo nomine habitum Religionis imponimus, ita bene  $\text{✠}$  dicere digneris, ut te largiente devotus (vel devota) persistat, & vitam consequi mereatur æternam. Per Christum  
 Amm



Agnus Domini nostrum. Res. Amen.

O R E M U S.

Omnipotens sempiterne Deus, quæ  
dedisti famulo tuo (vel ancillæ tuæ) in  
confessione veræ fidei æternæ Trinita-  
tis gloriam agnoscere, & in potentia  
maiestatis adorare vnitatem: quæsumus,  
vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus  
semper muniatur adversis. Per Christum  
Dominum nostrum. R. Amen.

O R E M U S.

Deus, qui corda fidelium sancti Spira-  
ritus illustratione docuisti: da nobis  
in eodem Spiritu recta sapere, & de  
eius semper consolatione gaudere. Per  
Christum Dominum nostrum R. Amen.

O R E M U S.

Deus, qui per Beatos Patres nostros  
Ioannem, & Fœlicem hunc Ordinem  
sub nomine Sacrosanctæ Trinitatis, ad  
redimendos de potestate Saracenorum.  
captivos cœlitus instituere dignatus

es : præsta quæ sumus , vt eorum suffragantibus meritis , à captiuitate corporis , & animæ te adiuuante liberemur Per Dominum , &c.

*Forma absolutionis , & orationum seruanda à Religiosis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis , festis eiusdem Sanctissimæ Trinitatis , Cinerum , Cœnæ Domini , S. Agnetis 2. & S. Catharinæ Virg. & Mart. autoritate Apostolica concessa , & approbata.*

*Antiphona* Intret oratio mea , Deinde dicantur septem Psalmi pœnitentiales in totum , vel in partem quibus finitis repetitur *Antiphona*. Intret oratio mea in conspectu tuo Domine , inclina aurem tuam ad preces nostras ; parce Domine parce populo tuo , quem redemisti sanguine tuo pretioso , ne in æternum irascearis nobis.

Kyrie , &c. Christe , &c. Kyrie , &c. Pater noster , &c. V. Et ne nos inducas , &c. *Res.* Sed libera nos , &c. *Vers.* Saivos fac seruos tuos. *Res.* Deus meus , &c. *Vers.* Mittere eis Domine auxilium de sancto. *Res.* Et de Sion , &c. *Vers.* Esto eis Domine turris fortitudinis.  
*Res.*

*Ref.* A facie inimici. *Vers.* Nihil proficiat inimicus in eis. *Ref.* Et filius iniquitatis, &c. *Vers.* Domine exaudi, &c. *R.* & clamor &c. *Vers.* Dominus vobiscum. *Ref.* Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Adesto Domine supplicationibus nostris, & me, qui etiam misericordia tua primus indigeo, exaudi clementer; ut quem, non electione meriti, sed dono gratiae tuae constituisti tui operis ministrum, da fiduciam tui operis exequendi, & in meo ministerio, quod tuae pietatis est operari. Per Christum Dominum nostrum *R.* Amen.

O R E M U S.

Exaudi Domine preces nostras, & confitentium tibi parce peccatis, ut quos conscientiae reatus accusat, indulgentia tuae pietatis absolvat. Per Christum, &c.

O R E M U S.

Præveniat hos famulos tuos, quaesumus Domine misericordia tua, ut omnes

omnes iniquitates eorum ceteri indulgentia delectantur. Per Christum Dominum. &c.

## O R E M U S.

Præsta quæsumus Domine his famulis tuis dignum pœnitentiæ fructum: ut Ecclesiæ tuæ sanctæ, acuius integritate deviarunt peccando, amissorum reddantur innoxij, veniam consequendo. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

## O R E M U S.

Adesto Domine supplicationibus nostris, nec sit ab his famulis tuis clementiæ tuæ longinqua miseratio: sana, eorumque remitte peccata, ut nullis iniquitatibus à te separati, tibi Domine semper valeant adhærere. Per Christum. &c.

## O R E M U S.

Domine Deus noster, qui offense nostra irasceris, sed satisfactione placaris: respice, quæsumus super hos famulos tuos, qui se tibi graviter peccasse confitentur, tuum est absolutio:



lutionem criminum dare, & veniam præstare peccantibus, qui dixisti pœnitentiam te malle peccatorum, quam mortem. Concede ergo Domine his, vt tibi pœnitentiæ excubias celebrent, & correctis actibus suis conferri sibi a te sempiterna gaudia gratulentur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

## O R E M U S.

Deus humani generis benignissimè conditor, & misericordissimè reformator, qui hominem invidia diaboli, ab æternitate deiectum vnici Filij tui sanguine redemisti: vivifica hos famulos tuos, quos tibi nullatenus mori desideras, & qui non derelinquis devios, assidue me correptos. Per Christum, &c.

## O R E M U S.

Moveant pietatem tuam quæsumus Domine, hæc famulorum tuorum lachrymosa suspiria; tu eorum medere vulneribus, tu iacentibus manum porrige salutarem, ne Ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur, ne grex  
 Oo  
 tuus

tuus detrimentum sustineat, ne de familia tua damno inimicus exulet, ne renatos lavacro salutari mors secunda possideat. Per Christum, &c.

## O R E M U S.

Tibi ergo Domine supplices preces cum fletu cordis effundimus, tu parce confitentibus, ut sic in hac mortalitate peccata sua, te adiuvante defleant, quatenus in tremendi iudicii die sententiam æternæ damnationis evadant, & nesciant, quod terret in tenebris, quod stridet in flammis, atque ab erroribus ad iter reversi iustitiæ, nequaquam vulneribus saucientur, sed integrum sit eis, atque perpetuum, quod gratia contulit, & quod misericordia reformavit. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Hic non dicitur, Oremus, sed elevata voce  
flans dicat.*

Concedimus vobis Fratribus facultatem ex autoritate nobis à Pontificibus Romanis indulta, ut consequi possitis omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones nostræ

Aræ huiusmodi Sacræ Religioni concessas, iuxta Privilegiorum tenores, ab eadem Sede Apostolica obtentorum. Sit vobis omnipotens Deus indultor omnium criminum vestrorum; deleat atque dimittat omnia peccata vestra Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. R. Amen.

*Hic non dicitur, Oremus.*

Dominus noster Iesus Christus, qui Beato Petro Apostolo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, ille vos absolvat ab omni vinculo delictorum, & habeatis vitam æternam, & vivatis in sæcula sæculorum. R. Amen.

Item communicamus vobis Fratres orationes, ieiunia, Missas, peregrinationes, & labores pro redimendis etiam Captivis susceptos, cæteraque opera bona, quæ per Dei gratiam in nostra Congregatione, & Ordine sunt. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti. ✠ R. Amen.

\* \* \* \* \*

*Forma generalis absolutionis faciendæ Religioſis in fine Capituli Generalis, & Provincialis, & in fine viſitationis, quando domus aliqua viſitatur.*

**R** Religioſi omnes ſe proſternant, & dicte Confiteor Deo, &c. Miſereatur &c. Indulgentiam, &c. Viſitans ſtans dicat.

Si tenemini aliquo vinculo, vel aliquibus vinculis excommunicationis maioris, vel minoris, ſuſpenſionis, aut interdieti (in quantum ſe extendunt Privilegia Ordinis, atque etiam gratiæ) authoritate mihi commiſſa, & vobis conceſſa, ego vos abſolvo, & reſtituo ſacroſanctæ Matris Eccleſiæ Sacramentis, & communioni, & vnitati fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritu Sancti. Amen.

Item eadem authoritate, ego diſpenſo vobiſcum, ſuper irregularitate, vel irregularitatibus (ſi quam, vel ſi quas contraxiſtis) (& habilito vos executioni ordinum, & officiorum veſtrorum.

Item eadem authoritate, ego abſolvo vos ab omni transgreſſione regu-



læ , & constitutionum , & ordinatio-  
num , & admonitionum , & ab omni  
pœnitentia oblita , seu neglecta , &  
ab omnibus alijs , de quibus consuevit  
fieri absolutio in consimilibus capitu-  
lis , vt sitis absoluti , hic , & ante  
Tribunal Domini nostri Iesu Christi,  
habeatisque vitam æternam , & viva-  
tis in sæcula sæculorum. Amen. *Post-*  
*modum pro arbitrio suo iniungat pœniten-*  
*tiam.*

*Forma absolutionis generalis dandæ Religioso*  
*in extremis vitæ constitutis: ex privilegio*  
*fœlic. rec. Eugentij Quarti , &*  
*Sixti Quarti.*

**D**ominus noster Iesus Christus per me-  
rita suæ Sacratissimæ Passionis,  
te absoluat , & gratiam suam tibi infun-  
dat. Et ego autoritate ipsius ac Bea-  
torum Apostolorum Petri , & Pauli,  
& Summorum Pontificum mihi in hac  
parte commissa , & tibi concessa , absol-  
vo te ab omni vinculo excommuni-  
cationis maioris , vel minoris , & ab  
omni sententia suspensionis , & inter-  
dictis

dicti, & dispenso tecum, in omni irregularitate, si quam contraxisti. Eadem auctoritate, te absolvo, ab omni transgressione votorum tui Ordinis, & Statutorum Papalium, Generalium, Provincialium, Localium, & Synodaliū quorumcumque: eadem auctoritate te absolvo ab omni officio malè absoluto, horis indebitè transpositis, vel dimissis. Item eadem auctoritate te absolvo ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquisti, concedens tibi remissionem, & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum, & cunctorum, de quibus etiam non recorderis, in quantum claves Ecclesiæ se extendunt. Item eadem auctoritate, te absolvo à pœnis Purgatorij, quas pro peccatis commissis, & delictis in hoc mundo perpetratis meruisti, restituendo te illi innocentiae, in qua eras, quando baptizatus fuisti: In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti. ✠ Amen. Quod si hac vice non decesseris, reservo tibi hanc gratiam, usque ad mortis tuæ articulum.

SS. Trin. Redempt. Capt. 583  
Forma convocandi ad Capitulum  
Generale.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Tri-  
nitatis. Amen.

*Et sic incipiant omnes formulæ, quæ se-  
quuntur.*

**F**Rater N. Minister Generalis totius  
Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Re-  
demptionis Captivorum.

V E L

**F**Rater N. Provincialis. N. Vicarius  
pariter Generalis per mortem Re-  
verendissimi Patris nostri Generalis N.  
Reverendis PP. Provincialibus, Diffi-  
nitoribus, Electoribus, cæterisque  
Religiosis eiusdem Ordinis citra, & ul-  
tra montes salutem in Domino Iesu.  
Generale totius nostri Sacri Ordinis  
Capitulum in Conxentu N. nostræ  
Provinciæ N. Sabbato ante Domini-  
cam quartam post Pascha Resurre-  
ctionis Domini anni N. (Deo dante)  
celebrandum vobis omnibus, & singu-  
lis, ex iniuncto nobis munere, per præ-

sententes notum facimus, indicimus, & publicamus: mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis officiorum suorum ijs omnibus ad quos spectat secundum nostras Sacras Constitutiones in Capitulis Generalibus suffragari, quatenus opportunè, ad præfatum Capitulum Generale conveniant. Ut autem, quæ ex multitudine oriri posset confusio evitetur, omnibus, & singulis Religiosis nostri Ordinis, cuiuscumque dignitatis, & conditionis sint, præcipimus, quod nullus præsumat accedere ad præfatum Generale Capitulum, quovis prætextu, sub pœna apostasiæ, ipso facto incurrenda, præter eos, ad quos de iure spectat in dicto Generali Capitulo concurrere: vel nisi fuerit missus à R. Diffinitorio propriæ Provinciæ ad defendendas, vel propugnandas conclusiones, necnon ad concionandum tempore celebrationis dicti Capituli: quos omnes movemus, & exhortamur in Domino, quatenus, tam venientes, quàm redeuntes, ita se modestos, & exemplares ostendant, sicut Religiosos viros, & tam Sancti Ordinis profes-



res esse oportet. Reverendos Patres Provinciales, vt suo debito respondeant muneri, cuiuslibet Provinciæ Conuentuum, ac Religiosorum numerum, ac monumenta, sicut & notabilia quæcumque per authenticam fidem secum deferre debeant. Demum, vt à Deo, cum omne bonum de sursum sit descendens à Patre Luminum, prosperum agendorum omnium exitum valeamus obtinere, his nostris literis acceptis, ac singulis in Provincijs promulgatis, incessanter, & sine intermissione orationes effundantur, & à Paschate Resurrectionis præfati anni usque ad quartam Dominicam prædictam, qualibet Feria quinta non impedita, in singulis Conuentibus Missa de Spiritu Sancto solemniter celebretur, ac in privatis Missis de eodem oratio habeatur. In Choro autem post Matutinum, & Vesperas dicatur Hymnus, *Veni Creator Spiritus*, cum Antiphonis, & orationibus de Spiritu Sancto, ac de Sanctissima Trinitate, & à Dominica secunda (post dictum Pascha) solennes fiant processiones, per Ecclesias, & claustra, ac Litaniz decantentur.

Omnes-

Omnesque recurrere festinent ad Dominum, ipsum deprecantes, ut quæ agenda sunt ad sui laudem, & gloriam, in præfati Ordinis incrementum, animarum salutem, & profectum cedant. Valere. Datum, &c.

*Forma literarum, quibus declaratur aliquem fuisse electum à Capitulo Generali in Procuratorem Generalem totius Ordinis pro Romana Curia.*

**F**RATER N. Generalis totius Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, & Diffinitores Capituli Generalis celebrati in Conventu nostro N. Civitatis N. die..... anno..... Universis, & singulis has nostras literas inspecturis: Salutem in Domino Iesu. Cunctis pateat, ac notum sit, quod in hoc Generali nostro Capitulo R. Patrem N. virum quidem omni doctrinarum genere conspicuum, & in agendis verfatissimum, necnon singulari prudentia, vitæque integritate insignem, in eiusdem Ordinis totius Generalem Procuratorem assumptum fuisse, quam sane electionem, assumptionemque, ut lætanter excepimus, & confirmavimus, sic providè etiam, sollicitèque curavimus,

vt

ut munus hoc ab ipso susciperetur. Quod ubi nos assecutos esse perspeximus, ut alacrius, & diligentius id muneris pertractaret: gratias omnes, & immunitates, prærogativas etiam, ac privilegia, quibus iuxta nostras Constitutiones Romanique Pontificis indulta, cæteri eiusdem Ordinis Procuratores Generales frui, & potiri solent: ac in specie, ut Provinciarum omnium, Conventuum, necnon tam Ordinis præfati, quam alterius cuiuscumque personarum, seu aliarum quarumcumque, cuiusvis conditionis, & qualitatis existant, & causas quascumque, etiam speciale mandatum requirentes, ac si speciale illud plenum, ac liberum ad huiusmodi causas accepisset, in Romana Curia agere queat, ac expedire, libenter eidem concessimus, ut earumdem præsentium tenore concedimus, & eargimur. Ac præterea, ut Socium sibi pro libito assumere, eundemque assumptum semel, ac pluries mutare possit, quem quidem Socium sic assumptum à Reverendi Patris Provincialis, & Ministri Conventualis iurisdictione auctoritateque omninò eximentes, & ab-

sol-

solventes, vt per præsentés eximimus;  
& absolvimus; sub nostra dumtaxat im-  
mediatè, ac eiusdem R. Patris Procu-  
ratoris Generalis protectione suscipi-  
mus, remittimus, ac constituimus. In  
quorum fidem, &c.

*Forma litterarum pro Socio Patris Provin-  
cialis, ad Capitulum Generale  
destinando.*

**R** Everendissimi Patres Præses, &  
Capitulares, pro comitijs genera-  
libus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis,  
& Redemptionis Captivorum, in Con-  
ventu N. Civitatis. N. celebrandis con-  
gregatis F. N. Provincialis, ac Diffi-  
nitores Provinciæ N. Ordinis Sanctissi-  
mæ Trinitatis, & Redemptionis Capti-  
vorum: notum facimus, & attestamur  
vestris RR. PP. qualiter in nostro Pro-  
vinciali Capitulo celebrato die N. men-  
sis N. anni N. in Conventu N. per eius-  
dem Provinciæ Capitulares, ritè, &  
canonicè repertus fuit electus in Socium  
Reverendi Patris Provincialis huius  
nostræ Provinciæ ad proximum Capi-  
tulum Generale celebrandum R. Patet  
N.



N. primo, vel secundo loco, quæ electio per nos fuit confirmata ( seu cum Reverendus Pater N. primo electus sit morte præventus, vel, ante nos suum ius propter honestas causas, renunciaverit, & eius renuntiatio à nobis sit admissa) ideò supradictum Reverendum Patrem N. ad vos Reverend. PP. Generale Capitulum celebrantes dirigimus, ut vna vobiscum, ad omnes, & singulas electiones Superiorum quorumcumque, & Officialium, quæ quocumque modo in tali Capitulo debent, & competunt fieri, vice, & nomine huius supradictæ nostræ Provinciæ concurret, & suffragetur sicut quilibet ex vobis, & ad omnia, & singula, quæ in eodem Capitulo peragi, necesse fuerit, peragenda; potissimum verò ad totius Religionis negotia, & in specie istius nostræ Provinciæ bonum, & commodum concernentia diligenter, atque efficaciter proponenda, gerenda, & pertractanda. Pro quibus sanè ( eius prudentiæ maximè fidentes) generale mandatum pro casu quocumque necessario, etiam expressè exprimendo, speciale quoque expressum, immò specialissimum, & expressissimum mandatum

tum requirente eidem concedimus, & impertimur Reverendis. VV. PP. maiori, quo possumus studio rogantes, vt illum benignè, & per humanè excipere non dedignentur. In quorum fidem subscripsimus, & nostræ Provinciæ sigillo communivimus. Dat. &c.

*Forma instituendi Vicarium Provinciale  
mittendum ad Capitulum Generale pro-  
pter impedimentum R. P. Pro-  
vincialis.*

**R**everendissimi in Christo Patres Præses, & Capitulares pro comitijs Generalibus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, in Conventu N. Civitatis N. celebrandis congregati. Frater N. Minister Provincialis Provinciæ N. eiusdem Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, vobis cum reverentia atque honore, tam debitum, quàm devotum humilis obedientiæ, admortem vsque, obsequium Varijs ex senectute morbis (vel gravibus negotijs) in nostra Provincia impeditus, Generali Religionis nostræ Capitulo adventuro proximè die Sabbato, ante Dominicam  
quar

quartam Resurrectionis Domini anni  
N. ipse, vt optabam, nequaquam valeo  
interesse. Quo circa RR. VV. PP. quo  
possum studio, devotioneque requiro,  
atque exoro, vt absentiaë meæ eadem  
causa admittere dignemini excusatio-  
nem. Iure autem meo vtens, vt par est,  
Reverendi Patris N. harum perlatoris  
scientiaë probitatisque fidens non pa-  
rum, ipsum in specialem meum Vica-  
rium, & Procuratorem præsentium te-  
nore, ac serie deputo, & constituo.  
Plenam eidem, generalem ac liberam,  
facultatem iuxta nostrarum seriem Con-  
stitutionum, Sacros Canones, Apostoli-  
cas, regularesque Constitutiones vice,  
ac nomine meo, personas, tam in Ge-  
neralem, quam Diffinitores, ac Procu-  
ratorem, & quoscumque alios, nemine  
dempto, Prælatos, Superiores, ac Of-  
ficiales, quos in præfato Capitulo fieri  
contigerit, nominandi, & eligendi,  
cæteraque omnia, & singula, quæ per  
me ipsum si eisdem Generalibus comi-  
tijs adessem efficere, atque expedire  
possem, efficiendi, expediendique, ac  
super eodem præterea, quo tenore, le-  
gitimo impedimento, in animam meam

si opus erit ad canonū formam, iurandi, facultatem impertiendo. Ratum quoque, ac firmum perpetuo me habitu- rum pollicendo, quidquid per huius- modi Vicarium meum, & Procurato- rem in præmissis, ac præmissorum quolibet actum, dictum, gestum, fa- ctumque fuerit, vel procuratum. In quo- rum fidem, &c.

*Forma instituendi Vicarium Provincialem,  
quando Pater Provincialis à Provin-  
cia discesserit.*

**D**ilecte in Christo Confrater N. Cum ad nostrum Generale Capitulum, quod die N. anni Domini N. in Conventu N. debet celebrari, accedere debeam. *Vel, propter aliquam legitimam absentiam,* & nolens, ut debeo Provinciam no- stram, sine opportuno, & idoneo Re- ctore, & Governatore dimittere, te de cuius discreta prudentia, ac Religione bona, zeliq; rectitudine in Domino gero fiduciam pleniorē: do, instituo, dispono, ac facio in nostra Provincia, & super omnes Conventus meum Vi- carium Provincialem, tam in spiritua-



libus, quàm in temporalibus, tam in capitibus, quàm in membris, conferens tibi liberam auctoritatem, & potestatem corrigendi, & puniendi, visitandi, examinandi, præcipiendi, requirendi, citandi, sentias ferendi, pœnitentiandi, mutandi, à quovis officio absolvendi ( contingente causa ) ministros confirmandi, & declarandi, ac demum omnia, & singula faciendi, & ordinandi, quæ ego ipse mea potestate facere possem, si in Provincia præsens adessem, etiam si talia essent, quæ mandatum exigerent speciale ad ipsa faciendum, præsentium expresso tenore. Incipiet autem hæc auctoritas à die N. mensis N. anni N. & durabit, quousque ad provinciam reversus fuero, & præsens in eadem extitero. Valete, & me orationibus Fratrum devotè recommendate. In quorum fidem, &c.



*Forma literarum scrutiniij seu decreti electionis Reverendi Patris Provincialis mittendi ad Reverendissimum totius Ordinis maiorem Ministrum pro confirmatione.*

**R**everendissime Pater: vacante Provincialatu nostræ Provinciæ N. post expletum triennium Reverendi Patris N. in officio Provincialatus sui solliciti fuimus, nobis de Pastore, & Capite providere, ne diutiùs, absque legitimo Prælato permanentes taliquod damnum pateremur. Ideò convocatis per me F. N. Visitatorem, & Præsidentem eiusdem Provinciæ omnibus, quibus intererat, vel interesse poterat ad electionem convenire die N. mensis N. anni N. ad consuetum tintinabuli sonum Capitulum ingressi sumus: cumque locus, & tempus cunctis placuisset, protestatus sum, me nullam admittendum excludere velle, neque excludendum admittere. Invocata ergo Spiritus Sancti gratia (qui attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter, cuius nutu,

in, cuncta reguntur, & gubernantur,  
 & accepto communi modo proceden-  
 di, per schedulas, scilicet, iuxta San-  
 cti Concilij Tridentini sanctionem, &  
 nostrarum seriem Constitutionum, om-  
 nibus denique, & singulis præmissis,  
 quæ in huiusmodi electionibus præmit-  
 ti debent, & solent. Ego cum duo-  
 bus Scrutatoribus ad mensam coram  
 omnibus positam accessimus, ibique  
 vota omnium, & singulorum in sche-  
 dulis accepimus: acceptis, numera-  
 tis, atque apertis, & demum lectis no-  
 minibus eligendorum in scripto tradi-  
 tis, atque ad numerum collatis: in-  
 ventum est, quod Reverendus Pater  
 N. à maiori parte ultra medietatem,  
 per prædictas schedulas in electione  
 nominatus fuit: nam cum essemus *octo,*  
*vel novem,* v. g. habuit *quinque* vota v. g.  
 & R. P. N. v. g. *quatuor*. Tunc ego  
 cum prædictis Scrutatoribus ad me-  
 dium Capituli veniens, & librum no-  
 strarum Constitutionum tenens forma-  
 vi hoc modo decretum (Ego F. N.  
 Præsidentis huius Capituli eligo vice  
 præsentium Electorum R. P. N. in  
 Ministrum Provinciale huius Provin-

ciæ N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.) Cum ergo electio nostra sit rectè facta, & de persona idonea, & benemerita, tam moribus, & Religione, quàm prudentia, & doctrina prædita, rogamus R. V. P. vt eam approbare, & electum omninò confirmare, & nobis concedere dignetur, cui nos, & Provinciam nostram commendamus. Datum die N. mense N. anni N.

*Deindè subscribatur hoc modo: Ego F. N. Præsidens subscripsi, manu propria. Ego F. N. secundus Scrutator, ita esse affirmo. Ego Fr. N. tertius Scrutator, ita esse attestor.*

*In Provincijs, ubi electio Ministrorum Conventualium fit à Fratibus Conventualibus uniuscuiusque Conventus: decretum de electione Ministri ad R. P. Provinciale mittendum pro confirmatione petenda, fiat eodem modo (mutatis ijs, quæ iuxta subiectam materiam mutari debent) ac decretum de electione Provincialis.*



*Forma provisionis, & confirmationis electi  
in Ministrum Conventualem.*

**F**R. N. Præsidens Capituli celebrati  
in Conventu N. anno N. & Dif-  
finitores eiusdem Capituli Provinciæ  
N. Ordinis Sanctissimæ Trinitatis,  
& Redemptionis Captivorum. In Deo  
nobis charissimo Confratri N. salutem,  
& Spiritus Sancti consolationem. Li-  
cet Pastoralis curæ sollicitudo nihil  
aliud sit, quam quædam tempestuosæ  
mentis afflictio, cum proprijs omisis,  
alienis commodis vacare oporteat:  
charitate tamen fraterna cogimur (af-  
fectatæ quietis dulcedine seposita) com-  
munem præferre vtilitatem, & regimine  
Confratrum necessitatibus deservire.  
Sanè Religiosis Conventus nostri N.  
Ministri sui solatio destituti, nos, vt  
ipsis de idoneo capite provideremus  
gratia desuper irradiante divina con-  
venientes in dicto nostro Diffinitorio,  
te elegimus in Ministrum dicti Con-  
ventus N. iuxta seriem nostrarum Con-  
stitutionum. Quapropter te ante dictum  
P. N. de cuius prudentia, maturitate,

morum honestate, doctrina, ac Religionis zelo, plurimum in Domino confidimus: tenore præsentium in Ministrum præfati Conventus N. damus, & confirmamus cum authoritate corrigendi, & castigandi, ligandi, & solvendi, necnon, & ea, quæ ad prædictum Conventum (tàm spiritualia, quàm temporalia) spectaverint, & utilia extiterint procurandi cum ea potestate, quæ dari consuevit Ministris confirmatis in nostro Ordine de observantia secundum nostrarum seriem constitutionum: præcipientes, & mandantes omnibus, & singulis Religiosis, & personis in præfato Conventu existentibus, & concurrentibus, atque intra septa eiusdem domus commorantibus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis poena, quam in his scriptis ferimus, contrarium facientibus, trina canonica monitione præmissa, ut tibi P. N. Ministro electo, & confirmato, tanquam Nobis obediant in præmissis. Et quamvis de obedientia tua plurimum speremus, ut tamen ad maius meritorum augmentum impositum cedat onus, præcipimus tibi in virtute san-

sanctæ obedientiæ, quod prædictum munus acceptes, & in spatio octo dierum ad illud exercendum te accingas. In quorum testimonium præsentem litteras fieri fecimus, & sigillo nostræ Provinciæ communiri. Datum in nostro Cœnobio N. die N. mensis N. anni Domini, &c.

*Confirmatio Ministri electi à Fratribus Conventualibus, ubi in consuetudine vigent huiusmodi electiones, pertinet privatim ad Reverendum Patrem Provinciale, fiatque eodem modo (mutatis mutandis) ac confirmatio facta à Diffinitorio.*

*Forma eligendi, & confirmandi Ministrum Conventualem, quando potestas devoluta est ad Patrem Provinciale, ob defectum electionis factæ à Capitulo Conventuali.*

**N**OS Frater N. Minister Provincialis, &c. In Christo nobis dilectis filijs Præsidi, & Religiosis Conventus nostri N. salutem in Domino Iesu. Cum per processum de nostro speciali ordine factum nobis constiterit electionem à vobis factam de Ministro vestro in persona Patris N. esse nullam, & irritam ex

causa N. quapropter ipsam vestram electionem tamquam nullam, casatam, & irritam declaravimus.

V E L

Constiterit Nobis : quod negligentes fuistis in eligendo vobis Ministro, qui vos, vestrumque regeret Conventum : siquidem in spatio trium dierum per nostras Constitutiones vobis taxatorum, vt ad Ministri electionem procedatis, non processistis, rem tanti momenti omittendo in maximum dicti vestri Conventus, præiudicium.

Obquam causam declaravi vos privatos voce vestra electiva pro hac vice : vestramque potestatem ad me esse devolutam ipso iure : nolens, vos, & Conventum vestrum proprio Ministro, & Pastore carere, Ideo Patrem N. idoneum, & sufficientem, in quo nullus defectus reperitur quo intelligibilis reddatur, moribus bonis, & virtutibus ornatum in vestrum, vestrique Conventus Ministrum, & Pastorem elegeri, & sic à me ritè electum confirmavi, prout tenore præsentium eligo, & confirmo, & confirmatum signi-



significo, & denuncio cum authoritate corrigendi, &c. vt supr.

*Forma instituendi Visitatorem à Reverendo  
Patre Provinciali, qui vice ipsius visitet aliquas domos.*

**F**Rater N. Minister Provincialis Provinciae N. Ordinis Sanctissimae Trinitatis, & Redemptionis Captivorum. Dilecto Confratri nostro Patri N. salutem in Domino Iesu. Cum ex ordinatione, & mandato constitutionum nostri Ordinis de observantia debeam, ac tenear per me ipsum, vel per idoneum Visitatorem omnes, & singulos visitare Conventus, ac domos Provinciae; & quoniam ad Conventum N. certis, & legitimis impedimentis occupatus accedere non possum pro visitationis officio, idcirco te de cuius prudentia, Religione, ac zeli rectitudine in Dño gero fiduciam plenioram, in dicto Conventu N. do, & instituo, dispono, ac facio Visitatorem, ac Commissarium, vt vice mea dictum Conventum visitare (cum plenitudine, quam habent Visitatores tenore nostrorum

rum

rum Constitutionum) valeas ; tibi concedens cætera facere posse , tam in correctionibus , quam in punitionibus, & reformationibus opportunis , quæ cedant , & cedere valeant ad prædicti Conventus honestatem , Ordinis reformationem , & Dei honorem. Vale. Datis, &c.

*Forma absolvendi Ministrum , qui petit absolvi à Patre Provinciali.*

**F**Rater N. Provincialis Provinciæ N. Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum. In Christo nobis dilecto Confratri N. salutem in Domino Iesu. Quia à me instantibus , & devotis precibus de speciali petisti gratia , ab onere officij administrationis domus N. debere revocari , vt à modò perfrui valeas optatæ quietis solatio , propter multiplices laboriosas , quas pertulisti sollicitudines , in dicto administrationis officio : præmissis precibus tuis , vt tibi impartiar consolationis gratiam affectu benevolo inclinatus , quotiescumque à data , vel receptione præsentium in Capitulo publico ibidem  
Fra-

Fratribus congregatis literas meas per te legeris, vel per alium legendas duxeris, ex nunc pro tunc ab administrationis præfatæ officio revoco pariter, & absolvo, atque istis sic lectis literis, te absolutum, ac revocatum à dictæ Prælaturæ officio omnibus significo, ac denuncio per præsentés. Vale. Datum, &c.

*Forma confirmandi Priorisam.*

**F**Rater N. Provincialis, &c. In Christo nobis charissimæ Sorori N. atque cæteris Sororibus Monasterij N. sub cura, habitu, & Constitutionibus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum salute in Domino, cum foelicitate æternitatis sempiternæ. Decretum vestræ electionis, quod de Sorore N. fecistis recepi pervos mihi destinatum. Habito itaque examine super contentis in eodem reperi vestram electionem, quam de præmissa Sorore N. fecistis, fuisse, ritè, & canonicè celebratam, iuxtà formam iuris. Ea propter considerata sufficientia, & idoneitate prædictæ Sororis sic electæ, ad vos, & Monasterium vestrum regendum, & gubernandum ipsam Sorore  
re n

rem vestram, vestrique Monasterij Prioris-  
 sam, & Rectricem, & Gubernatri-  
 cem diligenti providentia præfeci insti-  
 tuti, dedique, atque confirmavi, con-  
 ferens eidem administrationem, & guber-  
 nationem tam in spiritualibus, quàm in  
 temporalibus (quàm habere debent Prio-  
 risæ nostri Ordinis) præsentium tenore; ac  
 etiam in præmissis tenore prædictam So-  
 rorem N. in vestram, vestrique Monasterij  
 Priorisam instituo, præficio, do, & confir-  
 mo cum prædictis autoritatibus, ad-  
 ministrandi, gubernandi, & regendi  
 ex præmissis significatis: mandans vo-  
 bis, ac vestram charitatem in Domi-  
 no Iesu Christo exhortans, vt dictæ  
 Priorisæ vestræ ad preces supplicato-  
 rias vestras sic confirmatæ humiliter,  
 & devotè, vt filiæ obedientiæ, ve-  
 rè pareatis, & parere debeatis, prompta  
 qua debetis obedientia attendentes suis  
 monitis salutaribus, vt dictæ Priorisæ  
 vestra obedientia cedat ad sublevamen-  
 tum laboribus suis cum supportatione op-  
 portuna, & vobis perveniat cum  
 merito ad præmium sempiter-  
 num. Datum, &c.



*Forma instituendi Vicarium in Monasterio Monialium.*

**F**Rater N. Præsidens Capituli Provincialis celebrati in Conventu N. anno Dñi N. & Diffinitores eiusdem Capituli Provinciæ N. Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, &c. In Christo nobis dilecto Fratri N. salutem in Domino Iesu. Cum Monasterium N. Sanctimonialium Ordini nostro incorporatum ad præsens nullum habeat Vicarium; quia finivit suum officium Pater N. *vel per mortem, &c.* volens dicto Monasterio de Vicario idoneo salubriter providere (sicuti moris est) te de cuius Religione, ac zeli rectitudine in Domino gerimus fidutiam plenioram, in dicto Monasterio Sororum N. nostrum instituimus Vicarium, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, tam in capitibus, quam in membris præsentium inscripto tenore, conferens tibi potestatem corrigendi, puniendi, sententias ferendi, & faciendi quæ concernunt conservationi, gubernationi in moribus, & virtutibus, ac regulis institutis, & quod possis assignare,

re,

re, & deputare confessorem (ex approbatis pro his ab Ordinario) pro libito tuæ voluntatis, & remove, ac mittere ad comunicandum eas tempore Sacræ Communionis, atque administrandum eis quælibet opportuna Ecclesiastica Sacramenta, maxime quando possibilitas tua ad dicta adesse non posset. Mandantes omnibus, & singulis Sororibus, & donatis, & socio, vel socijs in præfato Conventu concurrentibus, atque commorantibus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in his scriptis ferimus, contrarium facientibus, trina canonica monitione præmissa, vt tibi N. Vicario a nobis electo, & confirmato tamquam Nobis obediant in præmissis. Et quamvis de obedientia tua plurimum speremus, vt tamen ad maius meritorum augmentum impositum cedat onus, præcipimus tibi in virtute Sanctæ obedientiæ, vt intra octo dies ad dictum officium in Conventu N. exercendum te conferas. In quorum fidem præsentem literas fieri fecimus, & sigillo nostræ Provincie communiri. Datum, &c.

*Forma instituendi Vicarium, quando Minister fuit negligens nominandi.*

**F**RATER N. Minister Provincialis, &c.  
 Dilecto nobis in Christo F. N. salutem in Domino Iesu. Cum fuerimus certi, quod Minister Conventus nostri N. non creavit Vicarium intra terminum per nostras Sacras Constitutiones sibi præfixum Nos ex nostra autoritate, ad quam per ipsas devoluta est facultas, te in Vicarium præfati Conventus nominamus. Sperantes tua industria, & prudentia dicto Conventu per eodem officio sufficienter esse provisum, & propterea autoritate officij nostri, & præsentium tenore te in dicto Conventu assignamus, instituimus, & facimus Vicarium cum omni autoritate, & potestate quam cæteri Vicarij in nostra Provincia, iuxta Constitutiones, & approbatam consuetudinem habere solent. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Mandantes tibi in virtute sanctæ obedientiæ, vt in dictum Conventum te conferas intra N. dies, & præfatum Vi-

Vicariatus officium diligenter exequaris. Datum, &c.

*Forma instituendi Patrem Novitiorum.*

**N**os Frater N. Præsident Capituli Provincialis celebrati in Conventa N. anno Domini N. & Diffinitores eiusdem Capituli Provinciæ nostræ N. Ordinis Sanctissimæ Trinitatis. In Christo nobis dilecto Fratri N. salutem in Domino. Quia de Novitijs instruendis, & educandis, tam in officio Divino, quam in moribus, & observantijs regularibus Ordinis, sollicita est adhibenda cura, prout Ordinis nostri Constitutiones disponunt, ideò Pater idoneus est ipsis Novitijs deputandus: & quoniam relictus es in bonis, & honestis virtutum moribus, aptus ad Novitiorum instructionem, atque ipsorum educationem, in his, quæ vtilia sunt ipsis, ut sibi proveniat æternæ salutis meritum, te in Patrem Novitiorum Conventus N. deputamus pariter, & assignamus tibi libere concedentes eam authoritatem, quæ in opportuna educatione, & correctione ipsorum No-



vitiorum est necessaria. In quorum fi-  
dem præsentem literas fieri fecimus, &c.

*Forma assignandi Prædicatorem Maiorem  
Conventus.*

**F**RATER N. Provincialis, &c. & eius-  
dem Provinciæ Diffinitores. Patri  
N. salutem in Domino Iesu. Ex vitæ  
Religionisque nostræ præscripto, at-  
que instituto, divinorum contempla-  
tioni Religiosos nostros ita intentos,  
atque addictos esse oportere existima-  
mus, ut gregem etiam dominicam  
consilijs, monitis, confessionibus, atque  
huius generis alijs pietatis officijs, &  
verbi potissimum Divini Prædicatio-  
ne iuvare, & pascere nullatenus obli-  
viscantur. Cum verò qui populis evan-  
gelizant (iuxta Apostoli vocem) à Pa-  
storibus sint mittendi, harum idcirco  
literarum serie, ac tenore te præme-  
moratum Patrem N. cuius in concio-  
nando sanam doctrinam, præclaras  
animi dotes, mores honestos, ani-  
marumque zelum satis cognovimus;  
in Prædicatorem Maiorem pro Con-  
ventu nostro N. cum omnibus pri-  
vilegijs, & exemptionibus Prædica-

teribus Maioribus debitis, & taxatis te destinamus, atque instituimus per N. annos proximè immediatè futuros à præsentì die annumeratos. Ad Sanctæ obedientiæ meritum tibi præcipientes, vt à falsis, scandalosis, minusvè puris doctrinis, quæ S. Romanam Ecclesiam, vel eius Prælatos, siue etiam bonos fidelium mores offendere quoquomodo possent prædicandis omninò abstineas, Sanctorum quinimo Patrum, Catholicorum Doctorum vestigijs, placitisque inhærens, cœlestia virtutum semina, Christianamque disciplinam in hominum corde studeas conservare, & sub eodem obedientiæ merito tibi præcipimus, vt ad dicti muneris executionem, & tuam pro eo in dicto Conventu N. assignationem te accingas, & præsentès intra N. dies. In quorum fidem, &c.

*Forma instituendi Lectorem Theologiæ, & Philosophiæ.*

**F**Rater N. Provincialis, &c. dilecto nobis in Christo Fratri N. salutem in Domino Iesu. Cum Conventus noster N. careat Lectore; te venerandum

Patrem cuius doctrinam, docendi facilitatem, & elegantiam discerendi inter alios plures experti sumus in concursu, & oppositione facta in Conventu N. necnon probitatem, & Religiosos mores tuos inspicientes. Ideo auctoritate nobis commissa te damus, instituimus, & facimus Lectorem N. & sic datum institutum, & factum te assignamus in prædicto Conventu nostro N. cum omnibus gratijs, privilegijs, & exemptionibus, quibus huiusmodi Lectores potiri, & gaudere consueverunt. Mandamusque tibi in virtute sanctæ obedientiæ, vt dictum Lectoris officium statim suscipias, & ad illius executionem, & tuam pro eo assignationem, quam citius (commode tamen) potueris te accingas. Datum, &c.

*Forma assignandi studentes ad aliquam  
Universitatem, vel studium.*

**F**Rater N. Provincialis, &c. Dilecto nobis in Christo Fratri N. profectui tuo benevolò affectu intendens tenore præsentium te in Universitate,  
Qq2 vel

vel studio, seu Conventu N. deputo;  
 & assigno pro studente facultatis N.  
 sub obedientia nostræ Sacræ Religio-  
 nis, & Ministri dicti Cœnobij Chri-  
 sto Domino humiliter servituum. Da-  
 tum, &c.

*Forma literarum testimonialium pro recep-  
 to ad gradum Magisterij.*

**N**Os infrascripti N. Provincialis,  
 Diffinitores, & Magistri Provin-  
 ciæ N. &c. (ad quos secundum nostrarum  
 seriem constitutionum pertinet ad-  
 mittere, & exponere eos, qui ad ali-  
 quem gradum sunt admittendi) fidem  
 facimus, & attestamur qualiter in hoc  
 Capitulo Provinciali celebrato hoc anno  
 N. Reverendus Pater N. Præsentatus  
 (completis omnibus, quæ secundum  
 nostras Constitutiones ad Magisterij  
 gradum adipiscendum necessaria erant)  
 per nos omnes (cum de his nobis con-  
 stitisset) ad dicti Magisterij gradum  
 fuit receptus cum solemnitate, & cæ-  
 remonijs in dicta Constitutione præfi-  
 xis, & intra numerum Magistrorum  
 huius nostræ Provinciæ loco Patris N.



defuncti. Quapropter locum, sessionem,  
 & omnes alias prærogativas, exemp-  
 tiones, & antelationes, quæ in nostro  
 Ordine de observantia talibus Magi-  
 stris concessæ sunt, illi concedimus.  
 Præcipimusque omnibus, & singulis  
 istius Provinciæ Religiosis, vt dictum  
 Reverendum Patrem N. tamquam Ma-  
 gistrum habeant: Ministris verò, &  
 Præsidentibus, vt locum, & sessio-  
 nem talem Magistris Ordinis debitam  
 illi præstent, ac præstari faciant, in quo-  
 rum fidem proprijs manibus huic expo-  
 sitioni, & admissioni subscripsimus, &  
 à Secretario Capituli subscribi, & sigil-  
 lo Provinciæ muniri fecimus. Da-  
 tis, &c.

*Forma literarum testimonialium pro recepta  
 ad gradum Præsentaturæ.*

**N**Os infrascripti Minister Provincia-  
 lis, Diffinitores, & Magistri ad  
 quos secundum nostrarum seriem con-  
 stitutionum pertinet, admittere, &  
 exponere eos, qui ad aliquem gra-  
 dum sunt admittendi: fidem facimus,  
 & attestamus qualiter in hoc Capitulo  
 Provinciali celebrato hoc anno N. Pa-

ter N. completis omnibus , secundum nostras Constitutiones ad Præsentaturæ gradum consequendum necessarijs , per nos omnes ( cum de his nobis constitisset ) ad dictum Præsentaturæ gradum fuit receptus cum solemnitate, & cæremonijs in dicta constitutione præfixis , & intra numerum Præsentatorum huius Provinciæ loco Patris N. defuncti , vel *ad Magisterium promoti* admissus. Quapropter vocem activam , & passivam in Capitulo Provinciali ad omnia , quæ in illo tractantur, & sessionem in maiori mensa, cæterasque prærogativas , exemptiones, & antelationes , quæ in nostro Ordine de observantia talibus Præsentatis concessæ sunt , illi concedimus. Præcipimusque omnibus , & singulis istius Provinciæ Religiosis , vt dictum Patrem N. tamquam Præsentatum habeant : Ministris vero , & Præsentibus , vt locum , & sessionem talem Præsentatis Ordinis debitum illi præstent , ac præstari faciant. In quorum fidem , &c.

Datum, &c.



*Forma literarum testimonialium pro recepto ad gradum Prædicatoris Generalis Provinciæ.*

**N**OS Frater N. Minister Provinciæ N. lis, & difinitores Provinciæ N. Ordinis, &c. Fidem facimus, & attestamur, qualiter in hoc Capitulo Provinciali celebrato hoc anno N. Pater N. completis omnibus, quæ ad Prædicatorum Generalium Provinciæ dignitatem adipiscendam secundum nostras Constitutiones, erant necessaria (cum de his nobis constitisset) à maiori parte Vocalium concurrentium in nostro Diffinitorio per suffragia secreta assumptus fuit in Prædicatorem Generalem istius Provinciæ, & intra Prædicatorum Generalium numerum fuit receptus loco Patris N. defuncti, & ad huiusmodi dignitatem admissus. Quapropter illi concedimus vocem in Capitulo Provinciali, sicut illam habent Præsentati, & infra illos immediate sessionem, & antiquitatem, & maiorem mensam cum cæteris præminentijs Prædicatoribus Generalibus in nostris

Constitutionibus concessis. Præcipi-  
musque omnibus huius Provinciæ Re-  
ligiosis, vt prædictum Patrem N. tam-  
quam talem Prædicatorem habeant Mi-  
nistris verò, & Præsidentibus, vt locum,  
& sessionem illi debitam præstent, ac  
præstari faciant. In quorum fidem, &c.

*Forma licentiandi Religiosos ad Prædica-  
tionem*

**F**RATER N. Provincialis, &c. Dilecto  
nobis in Christo Fratri N. salutem  
in Domino Iesu. Cum vberimos præ-  
stet fructus in dies vinea Domini irriga-  
ta, tamquam pluvia salutaris, rore Præ-  
dicationis Evangelicæ ad quod potis-  
simum munus Ecclesiæ militantis Re-  
ligiones sunt institutæ, ita Religiosos,  
qui in nostra Sacra Religione studio  
Divinarum literarum vacant, non de-  
cet poni sub modio, sed supra cande-  
labrum, vt omnibus, qui sunt in do-  
mo Domini luceant. Cum itaque de tua  
scientia, doctrina, moribusque pro-  
batis, necnon exemplari vita plenè si-  
mus edocti; licentiam tibi concedimus,  
quantum ad nos spectat, vt sacrosan-  
ctum



ctum Christi Evangelium vbicumque opus fuerit, iuxta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Summorumque Pontificum Constitutiones, valeas prædicare. Altissimum deprecantes, vt omne opus, & ministerium tuum ad ipsius gloriam, animarum salutem, & tui ipsius meritum à bonorum omnium largitore dirigatur. In quorum fidem, &c.

*Forma licentiandi ad confessiones audiendas.*

**F**rater N. Provincialis, &c. Dilecto nobis in Christo F. N. salutem in Domino Iesu. Cum animarum cura, & medicina ministrum postulent, non minus sapientem, quam studiosum, & probum: tuæ scientiæ, & morum non ignari, per præsentem concedimus tibi licentiam, vt Christi fidelium *virorum tantum, vel vtriusque sexus* confessiones audire, possis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Hac tamen lege adiecta, quod prius approbandum te præsentem Illustrissimo, & Reverendissimo loci Ordinario, iuxta Sacri Concil. Trid. Summorumque Pontificum decreta. Insuper  
com-

commendamus tibi in visceribus Christi, vt (ad ea solum, quæ Dei sunt habito respectu) animarum commodum, vitiorum extirpationem, & virtutum frequentiam procures. Dat. &c.

*Forma licentiandi ad Ordines recipiendos.*

**I**llustrissimis, & Reverendissimis in Christo Patribus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopis, seu Episcopis existentibus intra limites nostræ Provinciæ N. ad quos præsentem literæ pervenerint: Fr. N. Minister Provincialis Provinciæ N. Ordinis, &c. reverentiam pariter, & honorem. Quoniam ex Ordinis nostri Privilegijs nobis conceditur, vt Fratres nostros examinatos, & habiles repertos ad quoscumque Sacros Ordines promovendos, cui maluerimus Antistiti (iuribus Apostolicis servatis) præsentare possimus. Ea propter Illustrissimas, ac Reverendissimas Dominationes vestras, qua possumus humilitate præcamur, vt quibus diebus contigerit generales, seu particulares Ordines celebrare, latorem præsentium F. N. Dia.

Diaconum v.g. ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promovere dignemini. Scientes per hæc pietatis officia, non solum me, sed omnes huius Ordinis professores, sic Vestrarum Dominationum obsequijs devintiendos, vt quos ex Evangelica institutione suscipimus, vt Pastores, & Apostolicos viros, deinceps humaniori affectu diligamus, vt beneficos Patres, & Dominos. In quorum fidem, &c.

*Forma licentiandi Fratres ad visitandos parentes.*

**F**Rater N. Provincialis, &c. Dilecto nobis in Christo Fratri N. Cum ob rationabiles causas sit tibi necessarium, parentes, vel *consanguineos* tuos commorantes in Civitate, vel *oppido* N. visitare. Per præsentem concedo tibi licentiam, ad dictam Civitatem, vel *oppidum* accedendi per tempus N. quo expleto redeas ad tuæ assignationis domum. Datum, &c.

\* \* \*

\* \* \*

\* \* \*

*Forma licentiandi Fratres, ut ad arctiorem  
Ordinem possint transmigrare.*

**F**Rater N. Provincialis, &c. Dilecto nobis in Christo F. N. salutem in Domino Iesu. Instanti petitione à me postulasti, ut tibi concedam licentiam, ut ad arctiorem Ordinem possis transire. Cum igitur meæ sit intentionis ad fruges altioris meriti, & observantiæ regularis Christo Domino servire volentes favorabiliter prosequi, nullo modo volui te ab hac tua bona intentione amovere, & licet quilibet permanere debeat in ea vocatione, quæ à Deo vocatus est: tamen, qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, neque à lege arctantur, quia ubi spiritus Dei est, ibi libertas, si igitur spiritu Dei duceris, ut transire debeas à voto tuæ primæ professionis ad arctiorem regulam, ut profitearis in eadem, qua arctiora servare proposuisti, propter tuæ salutis maius meritum, contra spiritum Dei Altissimi, me opponere nolo. Ea propter petitioni tuæ benevolo affectu condescendens, quantum mea  
inte-



interest, & in potestate mea consistit; omni modo, & forma, quibus debeo, & possum sine offensione iuris, tibi liberam licentiam concedo (præsentium tenore) atque tribuo, ut valeas migrare, atque transire ad regulam, & Ordinem arctiorem N. quæ parata est te recipere, ut constat per literas testimoniales Reverendi Patris N. Prælati N. atque in eodem profiteri, secundum dispositionem, & ordinationem, & consuetudinem dicti Ordinis: retinens in me (donec ipsi Ordini, ad quem transitum feceris, per professionem fueris alligatus) quam nunc habeo super te iuridicam potestatem. In cuius licentiæ, & plenariæ concessionis robur, & testimonium præsentem fieri feci. Datis, &c.

*Forma assignationis Conventualis.*

**F**Rater N. Provincialis, &c. Per præsentem assignamus Fratrem N. in Conventualem, & habitatorem Conventus nostri N. cui præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, quod in dicto Conventu se præsentet obedientiæ, intra terminum, & spatium N. die-

dierum , & sub eodem præcepto mandamus Patri Ministro ipsius Conventus, vt illum recipiat , & tractet benignè, & ea charitate , qua cæteros Religiosos Conventuales tractare debet. Dat. is , &c.

*Forma dispensandi Fratres professos illegitimè natos ex concessione Sixti Quarti.*

**F**Rater N. Provincialis , &c. & Diffinitores Capituli Provincialis celebrati in Conventu N. &c. Dilecto nobis in Christo Fratri N. salutem in Domino Iesu. Cupientes , vt Fratres nostræ curæ crediti , Religioni , cui addicti sunt in omnibus , ad quæ Spiritus Sanctus eos vocare dignatus fuerit , liberè valeant deservire: te dictum Fratrem N. quem religiosa vita , spectabiles mores , Catholica Doctrina , & in agendis prudentia , & honesti labores commendabilem reddunt , auctoritate Apostolica nobis , & Diffinitorio nostro in Capitulo existentibus commissa , præsentium tenore ad omnia , & singula officia , gradus , dignitates , & ordines, etiam

etiam Sacerdotij, etiam administratio-  
nis Conventualis, & Provincialis, ac  
Magisterij in Sacra Theologia, & Diffi-  
nitoris tam Provincialis, quam Ge-  
neralis Capituli, & Electoris etiam  
Ministri Generalis à quorum suscep-  
tione, vel executione ob defectu na-  
turalium effes impeditus, habilitamus, &  
habilem facimus, non obstantibus qui-  
buscumque. In quorum fidem, &c.

*Forma excommunicandi contumacem, & re-  
bellem Fratrem nolentem venire  
ad Claustrum suæ Reli-  
gionis.*

**F**Rater N. Provincialis, &c. Dilecto  
Fratri N. Cum ex mandato Sacro-  
rum Canonum fugitivos, & vagabun-  
dos Fratres teneamur requirere, & ip-  
sos reducere ad sui Ordinis claustrum, nè er-  
rabundi pereant, salva Ordinis disciplina,  
& cum diebus multis illicentiatus in-  
cedas, vagabundus, & solus, contra  
tui Ordinis honestatem, & in damna-  
tionem animæ tuæ, vt reducaris ad ovi-  
le gregis Fratrum tuorum prout debes,  
ac teneris, idcirco te requirimus, ci-  
tamus, & monemus tenore præsentium,  
se-

semel atque iterum, & peremptorie;  
 necnon sub præcepto formali sanctæ  
 obedientiæ, & sub excommunicationis  
 pœna latæ sententiæ, quam ipso facto  
 incurrere volumus præcipientes manda-  
 mus, quatenus infra N. dies à recep-  
 tione præsentium, vel postquam de  
 præsentibus constiterit tibi, ad clau-  
 strum tui Conventus N. Ordinis San-  
 ctissimæ Trinitatis: deposita omni re-  
 bellione humiliter venire, ac redire  
 debeas, à quo exire, seu discedere  
 tibi non liceat sine nostra licentia in scrip-  
 tis. Quod si intra dictum terminum  
 N. dierum quem tibi statuimus, una  
 pro tribus, & peremptoria canonica  
 monitione sic præmissa venire contemp-  
 seris, aut nolueris, in te, & supra te  
 tamquam contumacem, & rebellem  
 mandatis nostris, & ordinibus, ex  
 nunc pro tunc, & è contra, excommunica-  
 tionis sententiam ferimus, & his scrip-  
 tis sedentes pro tribunali te sic excom-  
 municationis vinculo innodatum de-  
 nunciamus. Datis, & actis N. &c. sub  
 sigillo nostro, in testimonium,  
 & robur præmissa-

rum,

Eras



*Forma dandi dimissorias Fratribus  
incurribilibus.*

**F**Rater N. Provincialis, &c. Dilecto nobis in Christo Fratri N. bene agere, & Domini timorem. Ad Pastoris officium pertinet, scabiosam ovem vngere, & pro viribus sanam reddere, incurabilem autem, ne alias inficiat, a sanis separare. Nos igitur Pastoris summi Christi Domini nostri servi, huius Provinciae N. & ovium, quas in Ordine Sanctissimae Trinitatis peculio possidemus (licet immeriti) curam habentes, inque strictissimo Domini iudicio rationem susceptarum ovium reddituri, nullam praetermissimus sollicitudinem in curanda tuorum vitiorum scabiè, cumque meliorem sperantes frugem: semper in deterius, & ad vitiorum praecipitia currentem, effrenem te experti sumus, & (quod non absque cordis nostri dolore fatemur) incurabilem, incorrigibilem, alijsque etiam perniciosum cognovimus, ne dum tibi prodesse non possumus, alijs minus consultè provideamus: cum igitur, ut

Rr

con-

constat ex actis in te productis, tede-  
 linquentem in ipsis inventus, & reus  
 sis, quia postposito Dei timore per-  
 petraſti crimina propter quæ promeri-  
 tus sis, quod proferatur contra te sen-  
 tentia tenoris, qui sequitur. *Inferatur*  
*Sententia ad liter.* In cuius executione  
 re maturè pensata, & observatis om-  
 nibus requisitis à iure præfixis autho-  
 ritate, qua fungimur, te ab Ordine  
 nostro expellimus tamquam incorrigi-  
 bilem, alijsque perniciosum. In quorum  
 fidem, &c.

*Forma recipiendi seculares devotos ad  
 beneficia Ordinis.*

**F**RATER N. Provincialis, &c. Dile-  
 cto nobis in Christo Fratri N. sa-  
 lutem in Domino Iesu. Devotus vestræ  
 charitatis affectus, quem ad nostrum Or-  
 dinem vos habere multiplici, & grata  
 Fratrum nostrorum relatione cognovi-  
 mus, merito requirit, quod beneficia Or-  
 dini nostro Dei benignitate collata nobis  
 gratius impertiamur. Quare de omni-  
 potentis Dei misericordia, & liberalitate  
 confixi, omnium Missarū, Orationū, Præ-  
 dicationū, Studiorum, Vigiliarum, Ieiun-  
 iorum, Abſtinentiarum, & aliarum  
 anteq-

austeritatum, etiam laborum quos itinerantes pro Captivorum Redemptione patiuntur, cætorumque bonorum operum, ac meritorum, quæ Fratres nostri Ordinis divina bonitas in nostra Provincia facere dederit, communionem, & participationem concedimus, & elargimur: vosque ad ipsius Ordinis beneficia, & suffragia recipimus, & admittimus in vita pariter, & in morte, ut multiplici Sanctorum suffragiorum præsidio adiuti hic augmentum gratiæ, & in futuro vitam percipiatis æternam. In quorum fidem, &c.

*Forma committendi alicui, ut informationes sumat de his, qui ad habitum Ordinis sunt recipiendi.*

**N**OS Frater N. Minister Conventus Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum huius Civitatis, vel oppidi N. & eiusdem Conventus Consularij Venerabili P. N. salutem. Quoniam ad nostrum Conventum non paucis ab hinc diebus incessanter accedit N. filius N. & N. incolarum Ci-

vitatis, vel *oppidi* N. institutum nostrum  
 suscipiendi cupiditate summoperè in-  
 census, & quia iuxtà Summorum Pon-  
 tificum constitutiones, nostrique Ordinis  
 statuta de recipiendi, ac professu-  
 ri vita, & moribus, alijsque ad id re-  
 quisitis qualitatibus informationes præ-  
 cedere opus est. Tibi propterea præ-  
 memorato Patri N. quem dictus noster  
 Conventus ad hunc effectum Commis-  
 sarium elegit, & cuius fidelitati, ac  
 prudentiæ non parum fidimus, harum  
 literarum serie, ac vi committimus, vt  
 prædictas informationes, coram Pa-  
 tre N. Notario similiter ad eundem  
 effectum electo, nostro nomine sumas,  
 & tot testes, quot tibi visum fuerit  
 expedire, examines, præstito ab ipsis iu-  
 ramento, iuxtà interrogatorij tenorem,  
 quem hic alligatum recipies, ad quod  
 tibi, plenariam potestatem, quæ de iure  
 requiritur, concedimus, & da-  
 mus. In quorum fi-  
 dem, &c.





*Forma instituendi Redemptorem Christianorum Captivorum ad partes infidelium mittendum.*

**N**os Præfident, & Diffinitores Capituli Provincialis Provinciæ N. Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, &c. celebrati in Conventu N. Civitatis N. Dilecto P. Confr. nostro N. salutem, & Spiritus Sancti consolationem. Cum ex Sacræ nostræ Regulæ præscripto atque instituto, ita intentos, atque addictos nos esse oporteat in Redemptionem pauperum Captivorum qui sunt incarcerati pro fide Christi à Paganis, & in ipsorum spiritalem consolationem, ut nè flexi humana fragilitate, laboribusque oppressi in viam diaboli incidant, nostram Sacrosanctam Fidem Catholicam deserentes: ut hoc modo sortem in agro Ecclesiæ Militantis nobis commissam adimpleamus, & messis Evangelica nullibi defectu messorum pereat. Propterea matura inter nos facta discussione de subiecto idoneo ad hoc sanctum, & piissimum munus adimplendum, te memoratum P. F. de cuius

doctrina, probatis moribus, vita exemplari, animarumque zelo satis sumus edocti elegimus, mandantes tibi, vt sumpta vniverſa ſubſtantia in hac noſtra Provinciã ad Redemptionem Captivorum, quocumque titulo pertinente, te præſentes ante N. Regem N. acceptaque ipſius licentia, & inſtructione, quam in omnibus fideliter obſervabis, proficiſcaris pro tuo munere adimplendo in Civitatem N. à Saracenis occupatam. Commendamusque tibi in viſceribus Chriſti Ieſu, quod, ſicut eius nomine Redemptoris inſigniris, ipſius officium, in quantum porueris, imiteris, & quorum corpora redimere non valeas, ſaltem animas à captivitate æterna, exhortatione præſerves; & ipſos infideles, vt bonus agricola, & ſubſtitutus Chriſti ad eius ovile trahere procures. In quorum

fidem, &c.



*Forma instituendi Procuratorem pro  
Captivis.*

**F**Rater N. Provincialis, &c. Dilecto nobis in Christo Fratri N. salutem in Domino Iesu. Cum cœlicus noster Ordo ex primæva sui revelata institutione ad Captivorum Redemptionem sit singulariter institutus, opere pretium est, non solum hunc laudabilem finem, veluti insigne nostrum, in tabulis cordis imprimere, sed & media necessaria ad ipsius repetitam executionem ponere. Ea propter, cum necesse sit fidelium animos ad tam pium opus commovere, ipsorumquè elemosynas pro Captivis erogatas colligere: te memoratum Patrem, de cuius maturitate, fidelitate, charitatis specimine, zeloquè Religionis sufficienter instructi sumus, tenore præsentium, instituimus, nominamus, & facimus Procuratorem pro Captivis in nostro Conventu N. tibi assignantes territorium N. ut in ipso, quoties opus fuerit, possis Civitates, oppidaquè ad illud attinentia discurrere, elemosy-

nas colligere; in Ecclesijs ( Ordinariorū habita licentia ) arculas pro ipsis reponere; Confratres pro Captivis, in dicto territorio instituere; & quidquid ad tale munus attinet, actuare, profequi, & exercere: commendantes tibi in visceribus Christi, nullum renuere laborem pro tam pio munere adimplendo, quod in nostræ Religionis cedit splendorem, quàm maximum; in solamen afflictorum, & animarum luccum. Dat. &c.

*Confirmatio quorundam Capitulorum cum  
deputatione Vicarij Generalis, & Deffini-  
torum, alijsque Ordinationibus pro Or-  
dine Sanctissimæ Trinitatis,  
Redempt. Capt.*

CLEMENS PP. XI.

Ad futuram rei memoriam.

**R**edemptoris, & Domini nostri Iesu  
Christi, qui charitas est, & Deus  
Pacis, vices licet immeriti gerentes in  
ter-



terris, ea, quæ inter Christi fideles quoscumque, & præsertim illos qui altissimi obsequijs sub suavi Religionis iugo mancipati sunt Religiosæ tranquillitatis stabiliendæ studio, providè, prudenterque disposita, atque ordinata esse noscuntur, vt firma semper, atque inviolabilia permaneant, Apostolici muniminis nostri præsidio, cum id à nobis petitur, libenter corroboramus, & alias foelici ipsorum Religiosorum statui, Regimini, & quieti providemus, sicut conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filij Franciscus Ruiz, Ordinis Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & Clemens à Iesu Fratrum Discalceatorum Congregationis Gallicanæ eiusdem Ordinis Procuratores Generales, quod occasione variarum controversiarum, quæ dicti Ordinis statum, & religiosam quietem diu perturbarunt, ad maiorem Dei gloriam, ac pro foelici, prosperoque ipsius Ordinis regimine, & gubernio condita fuerunt nonnulla capitula, per quæ videlicet ordinatur.

I. Vt Fratres omnium Provinciarum di-

634 *Formularium Ordinis*  
dicti Ordinis observare promittant il-  
lius Constitutiones, & additiones à  
foelicis recordationis Alexandro Papa Sep-  
timo, Prædecessore nostro approbatas  
in his tamen, quæ infra scriptis non  
adversantur; & casu quo in proximè fu-  
turo Capitulo Generali eiusdem Ordinis  
aliquid pro foelici ipsius Ordinis  
gubernio statuendum sit, sive scilicet  
ampliando, sive declarando dictas Con-  
stitutiones, sive etiam aliquam de no-  
vo condendo, possit id fieri, accedente  
consensu maioris, & sanioris partis vo-  
calium, ita tamen, ut quod inibi sta-  
tutum fuerit, nullam vim, nec effica-  
ciam habeat, nisi prius ab hac Sancta  
Sede confirmatum fuerit. II. Electio  
Ministri Generalis dicti Ordinis num-  
quam à solis quatuor antiquis Provin-  
cijs Gallia, sed ab omnibus Provin-  
tijs ipsius Ordinis fiat, sicut per primi-  
tivas, & fundamentales eiusdem Ordinis  
leges in prima, & nona recorda-  
tione memoriae Innocentij III. ac de-  
cima Clementis Quarti Romanorum Pon-  
tificum Prædecessorum pariter nostro-  
rum litteris sub plumbo expeditis, &  
prædictis ab Alexandro Prædecessore  
ap-

approbatis Constitutionibus contentas disponitur, necnon anno 1687. à dicta Sede declaratum fuit. Porrò quicumque dicti Ordinis Religiosus cuiuslibet Nationis in Ministrum Generalem ipsius Ordinis eligi possit; omnesque Religiosi vocem activam, & passivam in electione huiusmodi habentes, vel habituri, ea quæ in Constitutionibus, earumque additionibus prædictis ordinantur, semper observare debeant. III. Idem observetur in Capitulis Generalibus correctivis, in quibus ea omnia, quæ in dictis Constitutionibus, & additionibus ordinantur, observanda sint. IV. Ministris, seu Superioribus localibus quatuor antiquarum Provinciarum Franciæ, Campaniæ, Normandiæ, & Picardiæ dicti Ordinis vox activa in Capitulis Generalibus minimè competat, prout nec competit Ministris, seu Superioribus localibus huiusmodi aliarum Provinciarum eiusdem Ordinis. V. Omnes Superiores locales sint Triennales, & eorum electiones fiant secundum dictas Constitutiones. VI. Dictum proximè futurum Capitulum Generale quod erit

erit electivum simul, & correctivum  
 Dominica quarta post Pascha Resurre-  
 ctionis Dominicæ anni proximè ven-  
 turi 1704. in Conventu Cervi frigidi  
 nuncupato dicti Ordinis celebretur, ibi-  
 que agatur, num de cætero omnia Ca-  
 pitula Generalia electiva dicti Ordinis  
 in eodem Conventu habenda sint; hu-  
 iusmodi verò deliberatio per suffragia  
 maioris partis Vocalium fieri; illius-  
 que confirmatio à Sede prædicta obti-  
 neri debeat; præterea, in eodem pro-  
 ximè futuro Capitulo Generali locus  
 pro Capitulis Generalibus correctivis  
 de sexennio in sexennium de cætero  
 celebrandis determinari possit huius-  
 que determinationis confirmatio à di-  
 cta Sede pariter obtineri debeat. VII.  
 Dicta Capitula Generalia correctiva de  
 sexennio in sexennium quemadmodum  
 per Constitutiones, & earum additio-  
 nes prædictas declaratur, celebrentur,  
 & in illis Procurator Generalis (qui  
 in hac alma Vrbe residere tenebitur)  
 ac Definidores Generales dicti Ordinis  
 ad sexennium tantum eligantur, ea-  
 que omnia, quæ in iisdem Constitu-  
 tio-



tionibus, & additionibus ordinantur observentur. VIII. Minister Generalis dicti Ordinis sit perpetuus, prout memoratis Innocentij, & Clementis Predecessorum literis, ac Constitutionibus convenit, & ab initio eiusdem Ordinis vsque ad annum 1685. quo quondam Petrus Mercier illius dum vixit Minister Generalis obiit, semper observatum fuit. IX. Semper, & in perpetuum sint decem Definidores Generales Ordinis prædicti, nempe quinque pro novem Provincijs Gallia, & quinque pro Provincijs Hispania, Italia, & Lusitania, vnus scilicet ex Castellæ, alter ex Bethicæ, alius ex Aragonia, alius ex Italia, & alius demum ex Lusitania Provincijs pro ipsis respectivè Provincijs, quod, si aliquem ex dictis Definitoribus ab humanis decedere, aut qualibet alia de causa deficere contigerit, Minister Generalis dicti Ordinis pro tempore existens intra tres menses à notitia illius obitus, vel amotionis, aut defectus numerandos, alium Definitorum Generalem ex Provincia illius, qui defunctus, vel amotus fuerit, aut de

defecerit, propria autoritate nominent; si verò cum intra dictos tres menses non nominaverit, tunc Minister Provincialis Provinciæ huiusmodi cum illius Definitoribus Provincialibus illum ex ipsa Provincia nominet, & eligat pro eadem Provincia. X. Procurator Generalis totius Ordinis prædicti in Capitulo Generali correctivo ad sexennium tantum alternatim, eligatur, ita, scilicet, vt pro vno sexennio sit ex Hispania, Italia, aut Lusitania, pro alio verò sexennio ex Galliæ Provincijs prædictis: is autem in Vrbe prædicta pro negotijs gerendis totius Religionis residere debeat, ibique expensis omnium Provinciarum dicti Ordinis sustentetur, iuxta dictas Constitutiones, cæterum primus Procurator Generalis huiusmodi sit ex dictis Hispaniæ, Italiæ, Lusitaniæ Provincijs, sequenti verò sexennio sit ex prædictis Provincijs Galliæ. XI. Seruentur dicti Ordinis Constitutiones, lib. 1. cap. 37. §. 12. pag. 269. XII. Ministri Generales dicti Ordinis pro tempore futuro habeant facultatem libere, & per se solos nominandi duos Secre-

arios Generales, qui eis assidue infer-  
viant, & assistant, quorum vnus sit  
ex dictis Galliae, alter verò ex His-  
paniae, Italiae, & Lusitaniae Provincijs,  
quique iuxta Constitutiones, & addi-  
tiones praedictas Graduati de iustitia  
esse debeant, & ambo vocem in pre-  
dictis Capitulis Generalibus electivis  
habeant, ac expensis ipsorum Mini-  
strorum Generalium sustententur. XIII.  
Quoad Graduatos Magistros, Praesen-  
tatos, & Praedicatores Generales Or-  
dinis praefati praedictis Proventijs Gal-  
liae per memoratum proxime futurum  
Capitulum Generale provideatur.

Cum autem sicut eadem expositio su-  
biungebat dicti Franciscus, & Clemens  
Procuratores Generales Capitula hu-  
iusmodi quo firmiter subsistant, & ser-  
ventur exactius Apostolicae Confirma-  
tionis nostrae patrocinio communiti,  
ac aliis opportune in praemissis à no-  
bis provideri, & vt infra indulgeri  
summopere desiderent. Nos ipsorum  
Francisci, & Clementis Procuratorum  
Generalium votis hac in re, quantum  
cum Domino possumus favorabiliter  
annuere volentes ac eorum, & infra  
no

nominatorum Fratrum expressè Professorum Ordinis prædicti singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorundem Francisci, & Clementis Procuratorum Generalium nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super hoc negotium à nobis specialiter deputatae consilio prænarrata Capitula, cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Cæterum foelici, prosperoque dicti Ordinis regimini, & gubernio  
 salu-



salubriter providere cupientes, ac de in-  
frascriptorum eiusdem Ordinis Profes-  
sorum fide, prudentia, integritate, cha-  
ritate, vigilantia, & Religionis zelo  
plurimum in Domino confisi dilectos  
filios Gregorium de la Forge in Sacra  
Theologia Magistrum in Vicarium Ge-  
neralem, ac Josephum du Bois Conven-  
tus de Casà pro antiquis Provincijs Fran-  
ciæ, & Normandiæ Ioannem Roubaud  
Conventus de Catalauno pro Provincijs  
Campaniæ, & Picardiæ, Ignatium Vig-  
neaux Conventus de Medulco dicti Or-  
dinis respectivè Ministros pro Provin-  
cijs linguæ Occitaniæ, & Provin-  
ciæ eiusdem Ordinis, & Michaelen Tros-  
sier Ex-Provincialem pro Provincijs Gal-  
liæ, & Provinciæ Congregationis miti-  
gatæ, seu Reformatæ nuncupatæ prædicti  
Ordinis, nec non dictam Clementem à Ie-  
su Procuratorem Generalem, qui Conven-  
tus Sancti Dionysij de dicta Vrbe prædi-  
ctæ congregationis Gallicanæ Minister  
existit pro Provincijs Provinciæ, & Ita-  
liæ dictæ Congregationis Gallicanæ, &  
Vincentium Tabarez, itidem in eadem  
Sacra Theologia Magistrum fratres ex-  
presse professos eiusdem Ordinis pro

prædicta Lusitaniæ Provincia in Definitores Generales Ordinis huiusmodi respective, qui nunc deficiunt vsque ad proxime futurum ipsius Ordinis Capitulum Generale, quod dicta Dominica quarta post Pascha Resurrectionis Dominicæ celebrandum erit, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentijs, facultatibus, autoritate, privilegijs gratijs, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis eadem autoritate, harum serie constituimus, & deputamus. Alios autem quatuor Definitores cæterarum Hispaniæ, & Italiæ Provinciarum prædictarum nunc existentes in suis muneribus continuare, hosque omnes decem Definitores Generales vocem in dicto proximè futuro Capitulo Generali habere, in futurum vero per ipsum Capitulum Generale, quod eos hac prima vice tantum confirmare valeat de illis provideri debere, autoritate, & tenore prædictis decernimus, & ordinamus. Præterea eidem Gregorio eadem autoritate concedimus, & indulgemus, vt dictum Capitulum Generale convocare, ac in eo præsi-

præsidere , ibique etiam in Ministrum  
 Generalem dicti Ordinis eligi libere  
 licite , & valide possit , & valeat , ip-  
 sumque Gregorium adversus quodcum-  
 que impedimentum ratione prædicta-  
 rum controversiarum , seu illarum occa-  
 sione quomodolibet contractum ad  
 officium Ministri Generalis huiusmodi  
 obtinendum , & exercendum , autho-  
 ritate , & tenore prædictis opportune ha-  
 bilitamus , habilemque , & capacem  
 facimus , & declaramus. Demum om-  
 nes actus tempore dictarum controver-  
 siarum , tam in Capitulis Generalibus,  
 & Provincialibus , quàm in Definito-  
 rijs , ac in particularibus , & privatis  
 tractatibus , seu instrumentis , aut alijs  
 quomodo libet factos , & gestos , nec  
 non omnes , & singulas institutiones  
 superiorum , collationes fratrum , &  
 professiones in dicto ordine hætenus  
 factas , & emissas adversus quoscum-  
 que iuris , & facti defectus , qui prop-  
 ter controversias huiusmodi desuper  
 quovis modo intervenerunt , seu in-  
 tervenisse dici , censeri , intelligi,  
 vel prætendi valerent dicta autho-  
 ritate earundem tenore præsentium re-

validamus, ipsosque defectus supple-  
 mus, tollimus sanamus, & abolemus.  
 Mandantes propterea in virtute sanctæ  
 obedientiæ, ac sub indignationis no-  
 stræ, alisque arbitrio nostro imponendis  
 pœnis, omnibus, & singulis Ordinis, &  
 Congregationum huiusmodi superiori-  
 bus, Fratribus, & personis, cæterisque  
 ad quos spectat, & spectabit in futu-  
 rum, vt suprascriptos fratres ad offi-  
 cia eis respective per præsentem deman-  
 data, illorumque liberum exercitium  
 iuxta earundem tenorem præsentium  
 recipiant, & admitant, illosque recog-  
 noscant, & illis in omnibus, quæ ad  
 eadem officia pertinent pareant, &  
 obediant, faveantque, & assistant  
 respective; ac decernentes pariter, ipsas  
 præsentem literas semper firmas, validas,  
 & efficaces existere, & fore, suosque  
 plenarios, & integros effectus sortiri,  
 & obtinere, ac illis ad quos spectat,  
 & pro tempore quandocumque spectabit  
 in omnibus, & per omnia plenissime  
 suffragari, & ab eis respective inviol-  
 abilitate observari, sicque in præmissis  
 per quoscumque Iudices Ordinarios, &

Dele:



Delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis illiusque Congregationum, & Provinciarum prædictarum, aliisque quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegij quoque in dultis, literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, & illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publi-

ci subscriptis , & sigillo personæ in  
 Ecclesiastica dignitate constitutæ muni-  
 tis , eadem profus fides in Iudicio,  
 & extra habeatur , quæ præsentibus  
 ipsis adhiberetur si forent exhibitæ , vel  
 ostensæ. Datum Romæ apud San-  
 ctam Mariam Maiorem , sub annu'o  
 Piscatoris , die decimatertia Agusti  
 1703. Pontificatus nostri anno ter-  
 tio. Loco. ✠ annuli Piscatoris.

Franciscus Oli-  
 verius.

*Ita habetur apud Bullar. Magn. Cherubini,*  
*tom. 8. Bull. 14. Cle-*  
*ment. 11.*

**F I N I S.**

# I N D E X

## COPIOSISSIMUS

RERUM NOTABILIVM;  
quæ in hoc volumine continentur.

### A

#### *Absens.*

Vocetur ad electionem, si sit intra vnam dietam, Fol. 254. §. 12.

#### *Absolutio.*

Danda electoribus ante quâcumque electionem, fol. 195.

In fine Capitulorum, & Visitationum, fol. 580.

In articulo mortis, fol. 581.

In quinque diebus per annum, fol. 574.

#### *Additiones.*

Quas Alexander Septimus approbavit, omnes Provinciae observare debent, fol. 633

#### *Administrator.*

Sint tres pro bonis Conventus, fol. 74. §. 2.

Eorum opus, & electio. *ibi.* §. 2 & 3.

Singulis mensibus rationem reddant Ministro, tam impensi, quam accepti. *ibi.*

Et etiam P. Generali, cum venerit *ibi.*

Eligantur quarto quoque mense per vota Conventualium, fol. 75. §. 3.

Reeligi possint. *ibi.*

Debent esse praesentes, quando aliquid venditur: pretium recipere, & in depositum ferre *ibi* §. 4.

Duos habere libros, dati, & accenti *ibi.*

*Administrator.* pro redemptione sit alter, & quilibet

Si 4

esse

esse debet, fol. 86. § 5.

Huius administratio non debet admitti pro diligentia ad altiorum gradum *ibi*.

Nomen etur: *Administrator Generalis bonorum Captivorum* *ibi*.

*Antiquitas antiquior.*

Antiquior professione habeat vnus ex tribus Clavibus arce Captiv fol. 87. § 6.

Quo casu debet præsidere electionem Ministri, & in Conventu, fol. 253 § 9. & 302. § 12.

*ligiosi*, a die professionis Reenumeratur, fol. 372 §. 2. PP *Magistrorum* taxatur ab antiquitate Magistrorum, fol. 410. § 7.

*Apostata.*

Quis, & eius poena, fol. 133. & 139.

Item, fol. 263 num. 11.

*Arca.*

Pro numeris Captivorum fit vna tribus clavibus clausa, fol. 87. § 6.

Arca parva, parte infera,

sint in omnibus nostris Ecclesijs, pro elemos. Capt. *ibi*. §. 7.

Clavis istius servetur in Captivorum arca. *ibi*.

Sit vna in Sacristia pro elemosynis Missarum, & alijs, fol. 106. §. 6.

**B**

*Bona.*

Quaecumque sint, & quovis modo acquirantur, debent tradi Præbato, & incorporari Conventui, fol. 69. §. 2.

Paupertati contraria, aufertur, & communi applicentur, fol. 72. §. 9.

Concessa ad usum, nequeunt extra Ordinem reponi, fol. 73. §. 12.

Quaecumque sint, in tres partes dividantur æquales, fol. 84. §. 1.

Bona Conventus non possunt alienari, nec ad Centum obligari, nisi ex certa forma, fol. 10. §. 13.

Bona stabilia non possunt Fratri concedi, nec superiori.



riorum dispensatio ad hoc  
sufficit, aut substitutum ex-  
cusare potest, fol. 70. § 5.  
Nec detur fides Superiori,  
asserenti, posse in hoc dis-  
pensare. *ibi.*

Nulla recipiantur à Novi-  
tio, excepto Victu, & ve-  
stito, fol. 352. § 21.

Fratrum defunctorum qua-  
liter distribuenda, fol.  
382. §. 11. & seq. item  
fol. 384.. §. 14.

Quid de ijs, quæ dantur sub  
perpetuo Missarum gra-  
vamine. fol. 385. §. 16.

Bona Captivorum. Vide *Cap-  
tivi, & Redemptio.*

## C

### *Calceamenta.*

Sint clausa, & o dinata, ita  
quod genua non excedant  
fol. 123, §. 2. Vide *Vestes.*

### *Cappa.*

Poterit esse viri Coloris,  
fol. 115 § 2.

In ipsa ponatur Crux, fol.  
122. §. 1.

### *Capitulum.*

De culpis fiat omni sexta Fe-  
ria, vel in die antecedenti,  
fol. 172. §. 1.

Qualiter faciendum, *ibi.* &  
seq.

In quolibet Capitulo Gene-  
rali, Provinciali, & Con-  
ventuali legantur decreta  
S. Inquisit. fol. 218. §. 42.

Capitulum de culpis pro do-  
mo Novitiorum, fol. 361,  
§ 8. & seq.

### *Capitulum Generale.*

Quando celebrandum? fol.  
181 §. 1. & seq.

Si Provincia convocentur ad  
ipsum extra præfixum  
tempus, non tenentur ire;  
& si quæ accesserit, totum  
sit nullius valoris, fol. 182.  
§. 3.

Locus pro ipso qualis? *ibi.*  
§ 4.

Qui in ipso vocem habent?  
fol. 184. §. 5. & seq.

Qualiter incipiendum, pro-  
sequendum, & finiendum,  
fol. 189. & seq.

Non duret ultra 15. dies, fol.  
215. §. 3<sup>o</sup>.

Quid pro defuncti. facien-  
dum.

dum, fol. 214. §. 36.

Cap. Generale habet privative facultatem dispensandi super obligationem, quam Frater habet celebrandi quater, aut quinque in hebdomada, fol. 387. §. 18.

Eius vita, qualis intelligitur? fol. 502. §. 6.

Forma convocandi ad ipsum fol. 583.

Capitulum Generale correctivum de sexennio in sexennium celebretur, fol. 636.

*Capitulum Provinciale.*

Deliberet super faciendis Redemptionibus, & his, quæ ad eas pertinent, fol. 86. §. 4.

In quovis Capitulo scribantur in libro Provincie fugitivi triennij præteriti, fol. 136. §. 3.

Quando celebrandum? fol. 222. §. 1.

Qui in eo vocem habeant? fol. 225. §. 4.

Qualiter incipiendum, proseguendum, & finiendum, fol. 226. §. 7. & seq.

Non duret ultra Dominicam quintam post Pascha, nec minus quam usque ad Feriam 5. fol. 239. §. 32.

Quid pro defunctis faciendum in ipso. ibi.

Eligat Visitatorem Provincie, fol. 304. §. 3.

Domos instituat pro Novitijs, fol. 342. §. 2.

Eligat Magistros Novitiorum, & eorum Pedagogos, fol. 357. §. 1.

Eius vita, usquequò? fol. 502. §. 6.

*Captivi.*

Pro ipsis redimendis separetur tertia, vel aliqua pars, taxanda in Capitulo, omnium bonorum, fol. 85. §. 3.

Bona pecuniaria data pro ipsorum Redempt. ponantur intra unum diem in peculiari arca, f. 87. §. 6.

Eorum nummi non possint mutuari, nec præterquam Redemptioni deservire, fol. 88. §. 6.

Pro petendo pro ipsis in omni nostra Ecclesia assignetur vnus, diebus festivis, fol. 89. §. 7.

*Caput.*

Discooperiant Subditi coram Superiore, fol. 64.

§. 0.

Non Sacerdos coram Sacerdote, quilibet Frater coram Magistris, & Discipulus coram suo Præceptore. *ibi.*

Inclinent omnes, cum ipsis in Refectorio iniungitur aliquod officium, fol. 156.

§. 3.

*Caputium.*

Modestum observetur, fol. 116 §. 3.

*Carcer.*

Sit in quolibet Conventu, fol. 515 §. 24.

Carceri mancipati, qui intelliguntur? *ibi* §. 22.

*Castitas.*

Qualiter colenda, fol. 65 §. 1.

*Casus reservati.*

Qui sint? fol. 287 §. 4.

Ab ipsis potest qui licet Confessor nostri Ord. absolvere Fratres, iehus. i. clausis, fol. 479 §. 2.

Etiā pro illa vice, pro qua petierint, & non obtinuerint

licentiam. *ibi.*

*Cella.*

Vna sit unicuique, fol. 120. §. 2.

In illa provideatur Frater de lecto, mensa, Sede, & Candelabro. *ibi.*

Eius parietes sint nudi. *ibi.*

Ab sint ab ea historia, vel imagines profanae. *ibi.*

Nullus, etiam hospes, intret cellam alterius, altero intus existente, nisi de licentia Ministri *ibi.* §. 4.

Excipitur ab hoc cella Ministri, & P. Novitiorum pro sibi subiectis. *ibi.*

Etiā cella PP. Prov. & Magistr. in Theologia. *ibi.*

Cellam verrant Fratres tertio saltem die, fol. 21. §. 5.

*Chorus.*

Nullus ab ipso sit immunis, fol. 392 §. 1.

Quam fœdum, in ipso uti cantinelis profanis, fol. 394 §. 5.

In eo vitatur cantu plano, fol. 396 §. 9.

*Cingulum.*

Album poterit portari, loco  
zonæ, fol. 116. §. 3.

*Clastrum.*

Eius fores semper clausæ sint,  
nisi ob processionem, vel  
Festum solemne, fol. 95.  
§. 6.

In ipso certis horis seruetur  
silentium, f. 163. §. 3.

*Collegium.*

Nen permittantur in eo Con-  
ventualitates perpetuæ,  
fol. 403. §. 2.

Nec ibi commorentur sæ-  
culares titulo studendi.  
*ibi.*

De eius Choro, festis, ora-  
tione, & Capitulo. *ibi.*  
§. 2. & seq.

In ipsis inchoentur studia à  
die Sancti Lucæ, & du-  
rent vsque ad Fest. SS.  
Trinit. 406. §. 7.

Numquam absque Commu-  
nitate relinquatur, fol.  
408. §. 12.

Quot Lectores Theologiæ,  
quotquæ Lectionis horæ,  
in eis esse debeant, f. 423.  
§. 17. & fol. 426. §. 21.

Quot exercitia Scholastica;  
& à quibus Lectoribus  
præsideri debent. *ibi.* &  
seq.

*Concio.*

Quando debet haberi? fol.  
398. §. 12.

*Confessarius.*

Eius examen, & facultas,  
fol. 479. §. 1. & seq.

Quid circa reservata, fol.  
480. §. 3.

Confessarius pro sæculari-  
bus: eius examen, fol.  
481. §. 5.

Et ipso censetur habilis pro  
Religiosis. *ibi.* §. 6.

Eius cura, studium, & obli-  
gationes, fol. 483. §. 8.  
& seq.

Qualis pro Monialibus, fol.  
531. §. 1. & seq.

Forma licentiandi ipsos, vt  
R. Ordinarij præsenten-  
tur, fol. 617.

*Conspiratores.*

Qui sint? fol. 497. §. 2.

*Constitutiones.*

Qualiter obligent? fol. 500.  
§. 1. & seq.

De



De novo statutæ in Capitulo Generali nullam vim habeant nisi accedente confirmatione Sanctæ Sedis, fol. 634.

*Contendere.*

Protèrvè cum Præiato, quid? fol. 515. §. 14.

*Contractus.*

Propositi Communitati, non resolvantur, nisi post 24. horas, fol. 103. §. 12.

*Contumacia.*

Quid sit: fol. 515. §. 13.

*Conventualis.*

Constituitur per sui præsentationem præcisè in domo suæ assignationis, fol. 79. §. 3.

Tot sint in qualibet domo, quot possint commodè sustentari, fol. 97. §. 1.

Nullus secum habeat contagiosum sæcularem, nisi per tres dies tantum, fol. 48. §. 4.

Transgrediens limites territorij sui Conventus pro electionibus petendis, ipsas

restituatur Conventui præiudicato, fol. 133. §. 8.

Non possit privari voce activa, & passiva, infra mensuram proximum electioni sui Conventus, nisi ob causam habentem annexam talem privationem, fol. 251. §. 6.

Forma assignationis ipsorum fol. 621.

*Conventus.*

A nobis ædificati intitulentur *Sanctæ Trinit.* fol. 91. §. 1.

Si ab alio, nominentur ad eius arbitrium. *ibi.* §. 2.

Sint plani operis, mediocres, & humiles. *ibi.* §. 3.

Non ædificentur de novo, quin prius constet Provinciali, & Diffinit. de idoneitate loci, f. 97. §. 2.

Nec, quin ad minus possint alere 12. Fratres. *ibi.*

Nec sine licentia Episcopi. *ibi.*

*Convictus.*

Quis debet intelligi, f. 176. §. 7.

*Cruce.*

Ponatur in Cappa, & Scapulario, fol. 122. § 1.

*Culpa.*

Pro ea, quæ ultra decennium antè commissa fuit possit pœna infligi absquè licentia S. Congreg. fol. 317. § 11.

Culpa levis, quæ? fol. 304. § 1. & seq.

Gravis, fol. 307. § 1. & seq.

Gravior, fol. 309. § 1. & seq.

Gravissima, fol. 119. § 1.

*Curiositas.*

Nulla habenda erga Superiorum actiones, fol. 64. § 10.

*Cursores.*

Quæ sint? eorum munus; & qualiter tractandi, fol. 432 § 1. & seq.

*Cursus Scholastic.*

Quando incipiat, & finiatur. *Vide Collegium.*

Non minus quam deo sint, & Philoſophiæ, & alter *logis*, fol. 426. § 26.

Nec plusquam tres pro Philoſophis. *ibi.*

Capitulum potest alium instituire. *ibi.*

**D**

*Decretum.*

Electioſis Miniſtri Gen. fol. 200. § 14.

Decreta S. Inquiſit. quandò legenda, fol. 218. § 42.

*Defuncti.*

Fratrum defunctorum nomina, & diem obitus notabit in libro Sacriſta, fol. 105 § 4.

Non ſit dies, quo non celebretur pro defuncto, donec ſuffragia compleantur. *ibi.*

Pro ipſis decantetur Vigilia trium lectionum omni Dominica antè feſtum ſemiduplex, fol. 378. § 1.

Quid, ſi Feria 2. feſtum duplex ſit. *ibi.*

Quatuor in anno ſiant anni-verſaria pro reſis, & quando fol. 379 § 2.

In Dominicis Quadrageſimæ recitentur Veſpetz,

& Vigilia Defunctorum.  
*ibi.*

Quæ suffragia, & quomodo  
facienda pro Religioso  
defuncto, fol. 379. §. 3.  
& seq.

Quæ debent fieri pro defun-  
cto ante solemnem pro-  
fessionem emissam, fol.  
381. §. 8.

Quæ, pro Patre, vel Matre  
Religiosi. *ibi.* §. 9.

*Definitor. Definitorium Gene-  
rale.*

Vide RR. P. N. Generalis.

Potest dispensare super id,  
quod Apostata, impleta,  
pœnitentia, suum locū ali-  
quando obtineat; sed non  
ante triennium, f. 139. §. 2.

Illo soluto, nullus audiatur  
Capitulariter, fol. 215.  
§. 38.

Assignet Domum pro Capi-  
tulo futuro, acta faciat  
publicari, & ad Provin-  
cias miti, fol. 218. §. 43.

Definitores secretum habeant  
quod in Definitorio secre-  
tè agitur: & de hoc præ-  
stent iuramentum, f. 235.  
§. 26.

Conditiones Definitoris Gen.  
fol. 218. §. 5.

Nequit iterari in sequenti  
Capitulo, fol. 259. §. 6.

Nequeunt esse duo ex ea-  
dem Provincia. *ibi.*

Eorum officium, & authori-  
tas, fol. 282 §. 1. & 2.

Eorum præeminentia, qualis?  
fol. 454 §. 16.

Eligantur in Capitulo Gen.  
correctivo, ad sexennium  
tantum, fol. 636.

Sint decem, fol. 637.

*Definitor. Definitorium Provin-  
ciale.*

Vide R. adm. P. Provincialis.

Possit cum Apostata dis-  
pensare erga reditum ad  
suam sessionem, post  
triennium adimpletæ pœ-  
nitentiæ, fol. 139. §. 2.

Primus Definitor Provin-  
cialis habeat regimen Pro-  
vinciæ, casu quo finito  
triennio P. Provincialis,  
hic non ierit à Capitulo  
Gen. & hoc usque dum  
Capitulum Gen. eligat  
Præsidentem Provinciæ, fol.  
223 §. 2.

Assignet domum pro Ca-  
pitu-

- p̄iculo futuro , fol. 224.  
 § 3.  
 Solum de consensu Diffini-  
 torij potest variari domus  
 assignata pro Capitulo.  
*ibi.*  
 Definitores debent secretum  
 habere quicquid in Defi-  
 nitorio agitur , fol. 234.  
 § 25.  
 Præstent iuramentum de tali  
 secreto. *ibi.*  
 Non admittant petitionem  
 alicuius Convent nisi ab  
 ipso Conventu sit appro-  
 ta, fol. 240 § 34.  
 Quas accusationes debent  
 admittere . quas verò non,  
 fol. 240. § 35.  
 Deligant quatuor ad successi-  
 vè supplendum defectum  
 Socij P. Provincialis , fol.  
 241. §. 36.  
 Eorum qualitas. *ibi.*  
 Nominent Administratorem  
 Gen. pro Captivis, §. 37.  
 Eius qualitas. Vide *Admini-  
 strator.*  
 Nominent Examinatores  
 Confessoriorum , & Ordi-  
 nandorum, fol. 241. § 38.  
 Proferant sententiam super  
 regimine, & v̄sitatione P.  
 Provincialis. *ibi.*  
 Exigant a Provinciali ratio-  
 nem accepti, & consumpti  
 fol. 242. §. 40.  
 Ex quibus personis constet  
 Definitorium , ad eligen-  
 dos Ministros in Capitulo,  
 fol. 246. §. 1.  
 Eligat Ministros in domibus,  
 vbi desit numerus suffi-  
 ciens ad Canonicam ele-  
 ctionem, fol. 250. § 4.  
 Item, Vicarios Monialium.  
*ibi.*  
 Qualitas eligendorum in De-  
 finitores, fol. 260 §. 8.  
 Primus Definitor succedat  
 in regimine P. Provincia-  
 li mortuo, vel amoto, fol.  
 274. § 9.  
 Eorum officium, & potestas,  
 fol. 284 § 1.  
 Quis debeat subrogari loco  
 Definitoris deficientis, fol.  
 285 § 2.  
 Potest applicare ad Conven-  
 tum pauperiorem libros,  
 qui supersunt in alio , fol.  
 384 § 13.  
 Definitorium titulus, fol. 450.  
 §. 7.



Possunt cum P. Provinciali eligere Definitorẽ Generalem pro sua Provincia, si RR. Generalis in hoc negligens fuerit, fol. 638.

Vide alia verb. *Provincialis*.

*Depositum.*

Nulli liceat extra domum habere, fol. 72. §. 11.

In deposito Conventus sit liber peculiaris pro bonis Redemptionis, fol. 88. §. 6.

*Depositarius.*

Eius munus, & officium, fol. 74. §. 3.

Et seqq. Vide *Administrator*.

Ipsi tradat Procurator domus testimonia reponenda in Arca depositi, fol. 99. §. 2.

*Depositio.*

Ministri, quomodo facienda, fol. 329. §. 1. & seq.

Causæ eius, fol. 330. §. 3. & seq.

Pater Provincialis, & eius causæ. *ibi*. §. 5. & 6.

RR. Generalis, & eius causæ, fol. 333. §. 8. & 9.

*Disciplina.*

Quando habenda, fol. 395. §. 6.

*Domus.*

Domus nostræ. Vid. *Convensus*.  
Domus Capituli Provincialis qualis debet esse, fol. 224. §. 3.

Ipsam non ingrediantur Volles, ante Feriam sextam præcedentem Capitulum, nisi de licencia P. Visitat. fol. 226. §. 7.

Duæ, vel tres designentur à Capitulo pro Novitijs in qualibet Provincia, fol. 342. §. 2.

*Donati.*

Forma habitus eorum, fol. 352. §. 20.

*Dormitorium.*

Eius ostium semper sit clausum, nec eius aditus pateat cuivis sæculati, nisi de licencia Ministri, fol. 120. §. 3.

Tempore silentij nullus ab eo exeat sine licencia, *ibi*.

Nullus extra ipsum dormiat, nisi ob senectutem, aut infirmitatem, fol. 121. §. 6.

# E

## *Ecclesia.*

**N.** Ordinis, quomodo titu-  
landa. Vide *Conventus.*  
Eius fores quando debent  
claudi? fol. 95. §. 5.

**Per** eam nemo Fratrum au-  
deat ingredi, aut egredi,  
fol. 169. §. 8.

## *Electio. Electores. electus.*

**Forma** in qualibet essentiali-  
ter servanda, f. 197. §. 12.

**Electio** Ministrorum à Con-  
ventu facienda exigit sex,  
vel quinque Electores, fol.  
249. §. 1.

**Eius** forma essentialis. *ibi.*

**Incipiatur** intra tres dies à  
vacatione ministerij, fol.  
252. §. 8.

**Si** secus fiat, devolvatur ad  
P. Provinciale. *ibi.*

**Item**, si Electores peccent in  
forma, vel in materia. *ibi.*

**Si** negligentia incipiendi ele-  
ctionem intra tres dies sit  
ex parte Præsidentis, ip-  
sam præseat antiquior  
professione. *ibi.*

**Item** fiat, si mense transacto  
quin eligant, Præses det

**Fratribus** plusquam panis,  
& aquam. *ibi.* §. 9.

**Incepta** electione, nullus  
exeat à Conventu, fol.  
253. §. 10.

**Electoris** condiciones, fol.  
254. §. 12.

**Eligi** inhabiles, qui? *ibi.* §.  
13. & seq.

**Electio** Priorisæ, f. 25. §. 3.  
**Si** excedat spatium octo die-  
rum devolvatur ad P. Pro-  
vincialem. *ibi.*

# F

## *Facultas.*

**Absolvendi** à casibus refera-  
vatis non sufficit ad absol-  
vendum à censura anne-  
xa, fol. 288. §. 5.

## *Famuli.*

**Curet** de ipsis Procurator  
domus, fol. 101. §. 10.

## *Frater. Fratres.*

**Quicumque** sit, consciunt fa-  
ciat Prælatum de fugitivo  
invento, fol. 135. §. 1.

**Nullus** à suo Conventu dis-  
cedat, etiam prætextu ac-  
cedendi ad Superiorem-  
nisi ab eo missus, vel vo-

catus, & mandato in scriptis obtento, fol. 134 § 1.  
Nullus deficiat a prima mensa: si autem ex causa defuerit, non intret usque ad secundam, f. 142. § 5.  
Visitent infirmos. & quomodo, fol. 147. § 5.  
Quibus Minister iniungit aliquod officium statim genua flectant, & deosculentur eius manum in signum obedientiæ, fol. 155. § 3.  
Nullus sine licentia Superioris curam suscipiat alicuius negotij, etiam pij, fol. 160. § 12.  
Exeuntes ad Villam, seu Civitatem semper eant cum licentia, & socio ex Religiosis, fol. 167. § 4.  
Nullus, præter assignatos, accedat ad Capitulum Generale absque licentia in scriptis P. Gen. fol. 187. § 10.  
Excipiuntur; qui serint ad Conclusiones defensandas. *ibi*. §. 11.  
Idem. quoad Capitulum Provinciale, f. 226. §. 6.  
Nullus confiteatur sacerdoti

extraneo, si adsit copia Confess. Ord. f. 286 § 2.  
Quando confiteri debeat, fol. 288 § 2.  
Omnes de manu Prælati communionem sumant Feria 5. in Cæna Dñi. *ibi*.  
Non mittant, aut recipiant literas absque licentia Ministeri (Graduatis exceptis) fol. 499. § 3.  
Non licet inatribus, à Prælati correctionibus aliquatenus appellare f. 518. § 23.  
Forma licentiandi ipsos ad prædicandum. f. 616.  
Vide alia in verb. *Pænas fugitivus*.  
Quis intelligatur, fol. 134 § 1.  
Fugiens sine licentia in aliam Provinciam, & postea rediens ad suam, non admittatur, nisi ut hospes quousque assignetur ei conventus, fol. 155. § 2.  
Si retinverit habitum, non propter fugam incurrit excommunicationem. f. 137. §. 5.  
Tempus in fuga insumptum non computetur ipsi ad locum, lesionem, & anti-quitatem. *ibi*.

# G

## RR. P. N. Generalis.

- Demandet tribus onus dispensationis rerum cuiusque Convent. fol. 74. §. 2.
- In quovis proximo Capitulo Generali rationem reddat suæ administrationis, fol. 75. §. 3.
- Potest dispensare cum Apostata pœnitente, vt suam sessionem obtineat post triennium pœnitentiæ adimpletæ, fol. 139. §. 2.
- Ipse, & eius Diffinitores, in Capitulo assignent sex ex gravioribus, iudices incorrigibilium, f. 216. §. 41.
- Eius ætas, & antiquitas professionis, fol. 257. §. 3.
- Qualiter obediendum sit eius mandatis, fol. 264. §. 2.
- Eius cura, f. 265. & seq.
- Non manum mittat in his, quæ ad inferiores Prælatos expectant, nisi ex gravi causa, f. 267. §. 8.
- Nuli suas vices concedat, sed per semetipsum visitet,

& gubernet, fol. 269. §. 11.

Consulat suos Definitores, etiam absentes, in rebus maximi momenti, f. 283. §. 1.

Visitaturus Provincias, duos saltem Fratres ex vnaquaque ferat, ad id in Capitulo electos, 305. §. 4.

Eius titulus, f. 450. §. 7.

Numquam eligatur à solis quatuor antiquis Provincijs Gallix, fol. 634.

Potest eligi ex qualibet Natione, fol. 635.

Sit perperuus, fol. 637.

Tenetur intra tres menses à notitia defectus Definitoris Generalis, alium nominare ex eadem Provincia, fol. 637.

Solus per se possit nominare duos Secretarios Generales, Gra tuatos de iustitia, vnum ex Gallia, alium ex alijs Provincijs, fol. 638.

## Graduati.

Agant Eccles. officium in solemnitatibus, fol. 394.

§. 3.

Ordinis solum possunt creati in



in Capitulo Provinciali,  
fol. 446. §. 2.

Eorum numerus. *ibi.* §. 3. &  
seq.

Graduati ex gratia qualiter  
exterminandi, fol. 449.  
§. 6.

Graduatorum titulus, fol.  
450 §. 7.

Quid si ex vna in aliam Pro-  
vinciam transferantur, fol.  
453. §. 15.

*Graduati pro Universitate.*

Indigent novo gradu Ordini  
ad Præsentaturam, &  
Magisterium, fol. 444. §.  
7. & fol. 453. §. 14.

Eorum Conditiones, indul-  
tum, & sessio, fol. 452. §.  
13. & 14.

## H

*Hora Canonica.*

Qualiter adimplendæ, fol.  
393. §. 3.

*Hospitalis.*

Sit in vnaquaque domo, fol.  
377. §. 1. & 2.

*Hospites.*

Qualiter admitendi, & tra-  
ctandi, fol. 152. & seq.

Hospes Religiosus nostri Or-  
dinis moram faciens, te-  
netur ad Sacra facienda,  
sicut alij Sacerdotes Con-  
ventuales. *ibi.* §. 2.

Si sit Minister, aut Magister  
non tenetur prandere in  
Refectorio, die quo ad-  
venerit. fol. 153. §. 3.

Exeuntes ad Villam, vel Ci-  
vitatem semper eant cum  
licentia, & socio: *Benedi-  
cise* postulantes, cum re-  
dierint, fol. 167. §. 4.

## I

*Ianitor. Ianua.*

Ianitoris munus, & officium,  
fol. 93. §. 1.

Qualis debet esse. *ibi.*

Ianua claudatur post solis  
occasum statim, & feran-  
tur Claves Ministro, fol.  
94. §. 4.

Item post prandium à pulsac-  
tione ad silentium vsque  
ad pulsum ad Nonam.  
*ibi.*

Janua Ecclesie. Vide *Ecclesia*.  
Janua Claustrum. Vid. *Claustrum*  
Janua Conuentus sicut clau-  
stra, quandiu durat electio,  
fol. 253. §. 10.

*Ieiunium.*

*Aduentus* incipiat à Domi-  
nica propinquiori festo B.  
Martini hiemalis, vsque  
ad Nativ. Dñi. fol. 125.  
§. 2.

Seruetur etiam Feria 2. & 3.  
ante Feriam 4. Cinerum.  
*ibi.*

Item omni sexta Feria per  
annum. *ibi.*

Excipiuntur tamen, festivi-  
tates 1. & 2. Classis, &  
earum dies Quarta, fol.  
126 §. 2.

Seruetur in Vigilijs Omnium  
festivitatum B. V. que  
continentur in Corpore  
Breviarij Romani *ibi.*

In Parasceve sit iremissibi-  
liter in pane, & aqua, *ibi.*

*Incorrigibilis.*

Quis sit? fol. 519 §. 1.

Iudices, pro talibus expel-  
lendis. fol. 216 §. 41.

Forma litterarum expulsio

nis eorum, fol. 625.

*Infirmaria. Infirmi. Infirmarius.*

Infirmi qualiter tractandi,  
fol. 145.

Quis, & qualis debet infir-  
marius esse. *ibi.* §. 1. &  
seq.

Qualiter infirmaria provi-  
denda est, fol. 146 §. 3.

Infirmus periclitans in yn-  
tarium faciat de bonis sui  
vlus, fol. 149. §. 7.

*Informationes.*

Fiant pro Novitijs, & quo-  
modo, fol. 345. §. 8.

Forma Commissionis ad ip-  
sas faciendas, fol. 627.

*Inventarium.*

Faciant Fratres Feria 5. in  
Cena Dñi. omnium bo-  
norum sibi ad vsum con-  
cessorum, & Prælato præ-  
sentent. fol. 71. §. 8.

Pluries debent facere, si re-  
quisiti fuerint. *ibi.*

*Iter, Itinerantes.*

Licet equis uti in itinere,  
fol. 123. §. 1.

Sem-

Semper iter faciant Fratres  
cum Cappis, & muzis. fol.  
131. §. 1.

Post reditum tradant Præla-  
to residuum dati. *ibi.*

Corrigantur de excessibus in  
Conventu, ad quem de-  
clinaverint. *ibi.*

Non prandeant, aut cœnent  
in domo Sæcularis, ante-  
quam ad Conventum ( si  
adsit ) vadant. f. 133. §. 6.

Non pernoctent extra Con-  
ventum. *ibi.*

#### *Iuramentum.*

Præstandum à RR. Generali  
ante confirmationem suæ  
electionis. f. 206. §. 22.

Quando, & qualiter Fratres  
possint præstare iuramen-  
tum coram iudice, fol.  
375. §. 1. & 2.

#### *Iurispositi.*

Consultantur semper maximè  
idonei. fol. 100. §. 7.

## **L.**

#### *Laici.*

Per integrum annum prius

induatur habitu Donato-  
rum. fol. 353. §. 22.

Non discant legere, aut scri-  
bere. *ibi.* §. 23.

Suscipientes Sacros Ordines,  
qualiter iudicandi. fol.  
354. §. 23.

Per duodennium sint sub Cu-  
ra Mag. Novitiorum. fol.  
368. §. 14.

Quid recitare, quotidie de-  
bent. fol. 397. §. 11.

Dum Vacant, intersint Chori  
10. *ibi.*

#### *Lectio.*

Semper habeatur ad 1. & 24  
mensam. f. 141. & 142.

#### *Lector.*

Eius Conditiones. fol. 410.  
§. 2. & seq.

Lector Philosophiæ: eius  
munus f. 410. §. 8. & seq.

Lectoris potestas erga pu-  
niendum Discipulos. fol.  
422. §. 15.

Lector Theologiæ. fol. 423.  
§. 16.

Quot in Collegiis, quot in  
alijs Conventibus assign-  
nandi sunt. fol. 423. §.  
17. & 18.

Lector Scripturæ. *ibi.* & §. 19.  
Lector Theologiæ Moralis.  
fol. 425. §. 20.  
Eorum Cellæ, pro discipulis,  
sunt immunes à præcepto  
silentij, fol. 427. §. 24.  
Quid erga prosequendum in  
lectura post iubilationem  
primam. f. 442. §. 4.  
A tempore Lecturæ debet  
eius antiquitas ad Gradum  
computari. fol. 443. §. 5.  
Forma instituendi Lectores.  
fol. 610.

*Lector iubilatus.*

Eius immunitas, & sessio. f.  
451. §. 9.

*Lectum.*

In illo nihil lineum sit. fol.  
119. §. 1.  
Excipe lecta hospitem, & in-  
firmorum. *ibi.*  
In eodem lecto duo simul  
non dormiant. f. 121. §. 5.  
Operiant lectum, cum primò  
surgunt. *ibi.*

*Libri Libraria.*

Libri, in quibus inscribitur  
acceptum, & impensum  
custodiantur in Arca de-

positi. fol. 76. §. 4.

Numquam tradentur alicui;  
*ibi.*

Liber magnus Actorum Ca-  
pit. Gen. debet in ipsa do-  
mo Capituli servari. f. 113  
§. 33.

Quid in ipso scribendum. *ibi.*  
Ponatur postea in Archivio  
domus assignatæ pro seq.  
Capitulo. *ibi.* §. 34.

Idem servetur in Capitulo  
Prov. f. 237. §. 3.

Habeatur vnus in quolibet  
Conventu, in quo sint  
acta Capituli, & mandata  
P. Prov. & Visitat. in eius  
Visitationibus. fol. 238.  
§. 31.

Habeatur vnus pro annotan-  
dis professionibus. fol.  
373. §. 5.

Fratrum Defunctorum ad  
quam domum pertineant.  
fol. 383. §. 13.

Quid de libris Magistrorum  
Academiarum. fol. 454.  
§. 17.

Libraria, qualiter curanda.  
f. 491. §. 2. & seq.

Librariæ custos: Eius munus;  
f. 492. §. 4. & seq.



# M

## *Magistri.*

- Eorum cellas ingredi possint  
Fratres extrà tempus si-  
lentij. fol. 120. §. 4.  
Si hospites sint, detur illis  
portio duplicata. fol. 153.  
§. 3.  
Eorum requisita. f. 446. §. 1.  
Creentur, attenta antiquita-  
te laborum. *ibi.*  
Eorum numerus. f. 448. §. 4.  
Eorum exemptiones, anti-  
quitas, & privilegia. fol.  
450. §. 7. & seq. item. fol.  
499. §. 3.  
Ad quid, post acceptum gra-  
dum, tenentur. fol. 451.  
§. 10. & seq.  
Forma, qua creari debent.  
fol. 459. §. 1. & seq.  
Forma literarum Gradus ip-  
sis collati. fol. 612.

## *Mag. Cereemoniarum.*

- Examinet eos, qui Sacros Or-  
dines exercituri sunt. fol.  
488. §. 4.  
Eius qualitas, & officium.  
fol. 491. §. 1. & seq.

## *Mag. Novitiorum.*

- Eius cellam ingredi possint  
Fratres sibi subiecti extra  
silentij tempus. f. 120. §. 4.  
Præsideat 2. mensæ. fol. 142.  
§. 5.  
Audiat Confessiones eorum,  
qui sunt sub eius cura. fol.  
286. §. 1.  
Præsideat in Choro, & Re-  
fectorio, absentibus Mi-  
nistro, & Vicario. f. 302.  
§. 12.  
Eius qualitas, virtus, & vita.  
fol. 357. §. 1.  
Eius cura, & doctrina. *ibi.*  
§. 2. & seq.  
Habeat, & quando, cum  
suis, Capitulum de culpis.  
fol. 361. §. 7. & 8.  
Describet officia Fratrum  
per hebdomadam, in ta-  
bula. f. 369. §. 17.  
Habebit cum suis discipli-  
nam omni sexta Feria an-  
ni. f. 305. §. 6.  
Faciât, suos officium nar-  
vum recitare. f. 397. §. 10.  
Vel Vigiliam pro defunctis.  
*ibi.*  
Quid circa quadrans oratio-  
nis mentalis. *ibi.*  
Forma instituendi ipsū f. 608

*Mandata.*

- Capituli*, quando expirent?  
fol. 302. §. 6.  
*Generalis*, vel *Provincialis*.  
*ibi*.  
*Ministri*, vel *Capituli domus*,  
*ibi* §. 7.  
*Visitacionum*. *ibi*.

*P. Minister.*

- Hoc sit appellativum *Prælatorum Ord.* f. 65. §. 12.  
Feria 5. in *Cœna Dñi*. pronuntiet in *Capitulo* sententiam *excom.* contra *propriarios*. f. 70. §. 8.  
*Inventarium* suum tradat *P. Provinciali* in *visitatione*.  
*ibi*.  
Feria 6. in *Parasceve* ponat *inventaria Fratrum* in *arca depositi*. *ibi*.  
Eodem die accipiat *omnium* *claves*: *cellas*, & *arcas* *visitet*, *superflua tollat*, & *Communi applicet*. *ibi*.  
§. 9.  
Idem quoties voluerit, *face-*  
*re possit*. *ibi*.  
Non sit *administrator*, nec *dispensator pecuniarum* *sui Conventus*. f. 74. §. 2.  
Habeat *vnam* ex *tribus cla-*

*vibus Arce Captivorum*.  
fol. 87. §. 6.

Non licet ei pro *voluntate* *transgredi exemplar domus prius delineatæ*. fol. 92. §. 3.

Teneatur *prosequi opus incœptum*. *ibi*.

Qui *novam domum inciperit ædificare*, usque ad *sexennium* *protrahatur*. fol. 98 §. 3.

Nequeat *secum habere consanguineum sæcularem*, nisi per *tres dies*. *ibi*. §. 4.

Nè *faciat contractus publicè*, vel *secretè*, *inconsulta Communitate*. f. 102. §. 11.

Nec *debitum contrahat sine Fratrum consilio*. f. 103. §. 12.

Nec *huiusmodi contractus Communitati proponat*, quin *Præcedat assensus PP. à Co<sup>l</sup>lijs*. *ibi*.

In *libro peculiari* habeat *notata*, que in *Sacristia* *habentur*. fol. 104. §. 1.

*Socium assignet Sacristæ*. f. 106. §. 7.

Eligat *Sacristam de consensu PP. à Consilijs*. *ibi*. §. 8

Quo-

Quomodo debet subvenire  
Fratrum necessitatibus. fol.  
108 § 3. & seq.

Non recipiat elemosynas,  
aut alia, quantum si ri po-  
test, sine depositarijs. fol.  
110. § 5.

Nihil datum retineat apud  
se, sed intra duos dies in  
deposito reponat, vel vni  
depositario tradat. *ibi.*  
§ 6.

Qualiter in libro debet nota-  
re rationem accepti, *ibi.*

Eligat officiales cum consi-  
lio Discretorum: eos in-  
formet; & eorum potesta-  
tem taxet, fol. 111 §. 7.

Superiorem lat omnibus offi-  
cijs, quin ipsa ad manum  
habeat, nec eis se immis-  
ceat *ibi.*

Eius cura erga devotos Or-  
dinis *ibi.* § 8.

Eius benevolentia erga Con-  
ventus vicinos, & Fratres  
advenientes fol. 112 § 9.

Sine in eius libera potestate  
quæcumque vestes sive  
emotæ, sive donatæ Fra-  
tribus, fol. 117. § 5.

Potest dispensare in ieiun-  
ijs N. Ordinis, non ta-  
men cum toto Conventu,

fol. 126. § 1.

Etiam in essu carniū cum  
aliquibus in Adventu, ex  
Rationali causa, fol. 129.  
§. 3.

Possit corrigere Fratres al-  
terius Conventus decli-  
nantes ad suum territor-  
rium, fol. 131. §. 2.

Possit ex iusta causa licentia-  
re Fratres ad comedendum  
extra Conventum, f. 134.  
§ 7.

Certum faciat P. Provincia-  
lem de eo, quod fugiti-  
vus sibi traditus adimple-  
vit pœnitentias impositas,  
fol. 137. §. 4.

Moneat egredientes, vt sal-  
tem à 2. mensa non de-  
sint, fol. 142. §. 5.

In Refectorio comedat, &  
qualiter ibi se gerere de-  
bet, fol. 143. §. 6.

Qualiter cum infirmis, fol.  
147. § 4.

Compellat infirmum periculi-  
tatem, inventarium fa-  
cere, sub pœna proprietarij,  
fol. 149. §. 7.

Non occupet hospitem alijs  
negotijs, sed potius ei de So-  
cio provideat, vt sua exe-  
qua-

quatur, fol. 153. §. 2.  
Quandiu ipse hospes sit in  
alio Conventu detur illi  
duplicata portio, fol. 153.  
§. 3.  
Otiosos Fratres cohibeat,  
fol. 155. §. 1.  
Omnia officia domus quæ  
per electionem non dan-  
tur, ipse distribuatur, *ibi*  
Puniat Fratrem se inge-  
rentem in officium alte-  
rius, fol. 160. §. 11.  
Puniat se ingerentes in nego-  
tia secularia, *ibi* §. 12.  
Cuius fratri, cui commis-  
sit aliquid officium tradat  
in scriptis, quæ ad tale  
officium pertinent, f. 161  
§. 13.  
Locum assignabit Fratribus  
ad colloquendum, ubi  
claustrum non est, fol.  
163. §. 4.  
Horam assignabit, ut in  
Claustrum uno colloqui po-  
sint, *ibi*.  
Eius vigilia pro exeuntibus  
ad Villam, seu Civitatem,  
fol. 167. §. 4.  
Non recipiat confugientes  
seculares vulgo *retrahidos*,  
nisi ratio, *ibi*. §. 5.

Non nisi senioribus conce-  
dat facultatem loquendi  
cum talibus, *ibi*.  
Non ad libitum in fligat pœ-  
nas, sed iuxta statuta Or-  
dinis pœnitentias impo-  
nat, fol. 175. §. 6.  
Si Ministri eliguntur à Capi-  
tulo, qualiter eligendi,  
fol. 247. §. 2. & seq.  
Finiens quovis modo suum  
Ministerium, vocem acti-  
vam habent in electione  
Ministri futuri, fol. 251.  
§. 7  
Eius officium quando inci-  
piat, & quandiu duret, fol-  
255. §. 16. & 294. §.  
17. & 18.  
Qualitas eligendi in Mini-  
strum, fol. 261 §. 9 & 10.  
Nominet in suis Conventi-  
bus Fratres, qui loco sui  
audiant confessiones Fra-  
trum, fol. 286. §. 1.  
Possit absolvi à suo Confes-  
sore à casibus sibi reserva-  
tis, fol. 288. §. 6.  
Potestas Ministri, & iuris-  
dictio quando incipiat,  
fol. 289 §. 8.  
Non acceptans ministerium  
privatus maneat voce pas-  
siva



**S**ua ad tale officium per  
sex menses. fol. 291. § 10.  
**A**ceptans, tenetur intra octo  
dies exire ad domum mi-  
nisterij. ibi.  
**S**emper Choro interfit, nisi  
gravi causa occupatus. f.  
292. § 12. & f. 392. § 3.  
**E**ligat Secretarium ex Fra-  
tribus pro ijs, quæ domus  
sunt. fol. 292. § 13.  
**C**oncedat licentias exeundi  
foras, vel neget. fol. 293.  
§ 15.  
**R**arò iter faciat ad distantia  
loca. § 16.  
**J**udicis autoritate visitet  
prædia, aut domus, &c.  
propria Conventus, de  
quibus in Capitulo ratio-  
nem reddat. f. 295. § 20.  
**Q**uolibet mense ad minus per  
litteras certum faciat P.  
Prov. de statu domus. fol.  
296. § 21.  
**D**ebet facere, vt omnes Vo-  
cales domus suæ tempore  
ordinato eant ad Capitu-  
lum Prov. expensis domus.  
296. § 23.  
**N**ominet Vicarium de con-  
silio PP. à Consilijs. fol.  
397. § 1.

**N**on faciat pactum circa bo-  
na hæreditaria profiten-  
dorum. f. 353. § 21.  
**Q**uarto quoque mense pro-  
ponat in Capitulo suffra-  
gationem pro Novitijs.  
fol. 369. § 16.  
**N**on plura itiper dia Missa-  
rum recipiat, quam earum  
quæ cœnimodè impleri  
possint. fol. 384. § 15.  
**N**ec alicui ad tale det facult-  
tatem. fol. 386. § 17.  
**I**n magnis solemnitatibus  
agat Eccl. officium. f. 393.  
§ 3.  
**I**nstaurari curet consuetudi-  
nem recitandi matutinas  
media nocte f. 394. § 4.  
**S**it ordinarius loci, vbi Colle-  
gium adest, pro illuc ad-  
venientibus. f. 409. § 14.  
**D**etur ei titulus *Paternitas*.  
fol. 410. § 7.  
**B**enignè se gerat in conce-  
dendo licentiam absolven-  
di à reservatis. f. 480. § 3.  
**C**uret de augenda Bibliotheca,  
fol. 490. § 1.  
**I**ntroducat in Bibliotheca,  
intra 24 horarum sp. ciam  
manuscripta, & libros De-  
functorum. f. 492. § 3.

Librariæ custodem designet.  
*ibi. §. 4.*

Reeligi potest in idem Mi-  
nisterium semel, & iterum  
ex Capituli approbatione.  
fol. 549.

Nec ad hoc plura suffragia,  
quam unum ultra medie-  
tatem requirit. fol. 549.

Forma confirmandi ipsum  
quando electus est à Con-  
ventu. fol. 597.

Item quando electio devol-  
vitur ad P. Provinciale.  
fol. 599.

Ministri locales quatuor an-  
tiquarum Provinciarum  
Galliæ non habeant vo-  
cem activam in Capitulo  
Generali. fol. 635.

Vide alia Verb. *Contra Superior.*  
*Prelatus.*

*Missa.*

Quot celebrandæ à singulis  
Fratr. singulis hebdoma-  
dis. fol. 386. §. 18.

In Missa Maiori canetur  
semper *Præfatio*, & *Pater*  
*Noster.* f. 396. §. 8.

*Modestia.*

Quarta in Fratribus debet  
esse. fol. 163. §. 1, & seq.

Varia modestiæ signa. *ibi.*  
§. 7. 9. 10.

*Monialis.*

Ad eius receptionem præce-  
dant informationes. fol.  
522. §. 2.

Eius ætas ad recipi, & pro-  
fiteri. *ibi* §. 3.

Eius libertas exploranda, à  
quo? *ibi* §. 4.

Plura de Monialibus *Toto*  
*tract.* 6.

*Mulieres.*

Numquã ingrediuntur clau-  
strum, Oratorium, vel  
alias officinas. f. 95. §. 7.

*Mutatio.*

Fratrum de vno in alium  
Conventum non fiat abs-  
que aliqua ex præscriptis  
causis. fol. 77. §. 1.

Nec quoties eorum culpa  
possit alia pœna puniri.  
fol. 78. §. 2.

**N**

*Negotia.*

Quæ speciem habent sæculari-  
sis

his negotij prohibita no-  
stris sunt. fol. 99. §. 4.

*Novitij.*

- Eorum ætas. f. 341. §. 1.  
Examen. fol. 342. §. 3. & 4.  
Informationes. fol. 343. §. 6.  
& 8. & seq.  
Protestatio ante profes-  
sionem. fol. 344. §. 7.  
Qui non recipiendi? f. 349.  
§. 14.  
Suffragia pro admitendis. *ibi.*  
§. 15.  
Interveniat assensus PP. à  
Consilijs, & Conventus,  
ad petendam licentiam, &  
informationes faciendas.  
fol. 350. §. 16.  
Quid agere debent, ante-  
quam habitu induantur.  
fol. 351. §. 18.  
Tempus probationis, & for-  
ma habitus eorum. f. 352.  
§. 19.  
Quid, si habitum suscipiant  
in Conventu, qui assigna-  
tus pro Novitijs non est?  
fol. 356. §. 27.  
Eorum pœnitentiæ per an-  
num. fol. 361. §. 7.  
Quid agendum cum Novitio  
exeunte à Conventu? fol.  
368. §. 15.

Semel in scrutinio reprobatus,  
nullibi Ordinis admit-  
tur. f. 269. §. 17. & f. 371.  
§. 1.

- Requisita, vt ad profes-  
sionem admittantur Novitij  
Clerici. f. 372. §. 3.  
Forma recipiendi Novitios.  
fol. 555.  
Forma Professionis eorum.  
fol. 566.  
Forma Professionis Novitij  
laici. fol. 569.

**O**

*Obedientia.*

- In statu Religioso obtinez  
principatum. fol. 60. *in*  
*Prologo.*  
Qualiter Prælatis servanda,  
fol. 60. §. 1. & seq.  
Non solum in rebus obliga-  
torijs, sed & in alijs exer-  
cenda est. fol. 62. §. 3.  
Ob obedientiam, litera in-  
choata debet imperfecta  
relinqui. f. 62. §. 4.  
Præstanda est non solum  
Ministro, sed & illi su-  
bordinatis officialibus. f.  
63. §. 7.

*Obe.*

*Obediens.*

Debet esse, quasi cadaver,  
vel senis baculus. fol. 62.

§. 5.

*Officium. Officialis.*

Nullus sit sine eo. fol. 154.

§. 1.

Officia plura non incompatibilia possunt vni iniungi.

fol. 156. §. 3.

Quivis officialis qualiter sui officij debet curam gerere. f. 156. §. 4. & seq.

Nullum exerceatur ab aliquo, antequam Minister tradat illi lectas, & intellectas Constitutiones ad se pertinentes. f. 161. §. 13.

*Oppositio Scholastica.*

Eius iudices, qui? fol. 417.  
§. 3.

Eius locus, & ritus. *ibi.* §. 5.  
& 6.

*Oratio Mentalis.*

Eius laus, præceptum, & hora. f. 388. §. 1. & seq.

Item, pro Mag. Novitiorum subiectis. fol. 397. §. 10.

Item pro Collegijs. fol. 405.  
§. 4.

*Ordinandi.*

Nulli conseantur, ante tres

annos completos à professione. fol. 487. §. 1.

Eorum examen, ætas, & requisita. *ibi.*

Non eant extra Diocesim, nisi de speciali licentia. f. 489. §. 5.

Forma licentiandi Fratres, ut Ordines suscipiant. fol. 618.

## P

*Patres Provincia.*

Eorum cellas ingredi possint Fratres extra tempus silentij. fol. 120. §. 4.

Eorum titulus. f. 450. §. 7.

Eorum præminentia. fol. 454. §. 16.

*PP. à Consilio.*

In maioribus Conventibus sint sex, in minoribus autem quatuor. f. 113. §. 1

Erunt, qui post Ministrum primas obtinent sessions. *ibi.*

Sine eorum Consilio non potest infligi pœna gravioris culpx. fol. 114. §. 2.

In multis eos consulat Mini-  
ni



nister, & etiam P. Provincialis. *ibi.*

Vide *Minister, & Provincialis.*  
Eorum assensus debet intervenire ad ferendas Reliquias SS. extra Conventum, fol. 106. §. 5.

Non debent frustrari in sua prece, fol. 159. §. 8.

Provideant de Præsidente, ubi defecerit Minister, si domus Vicarium non habet, fol. 301. §. 9.

Ipsis inconsultis, nullus Frater potest Carcere puniri, fol. 301. §. 5.

*Pauperes.*

Pro ipsis separaretur aliqua pars in qualibet domo, f. 85. §. 3.

*Paupertas.*

Qualiter servanda, fol. 68. §. 1. & seq.

*Pecunia.*

Conventus qualiter, & à quibus debet servari, & expendi, fol. 74. §. 2.

*Pedagogus.*

Assignetur P. Novitiorum, fol. 357. §. 1.

*Pellicea.*

Si permittatur alicui, tantum sit de pellibus agnorum, fol. 119. §. 10.

*Pœna.*

Inobedientis rebellis, & contumacis, fol. 62. §. 6.

Convicti de peccato carnis, fol. 66. §. 2. & fol. 263. §. 11.

Item suspecti notabiliter de hoc, & notabiliter scandalosi. *ibi.* §. 3.

Ministri, non punientis convictum de peccato carnis, fol. 67. §. 4.

Ministri non suppeditantis Fratribus necessaria, f. 69. §. 2.

Delinquentis contra Paupertatem, fol. 70. §. 4.

Depositum extra domum habentis, fol. 72. §. 11.

Item aliquid sibi ad usum concessum, extra domum, sine licentia expressa, servantis, fol. 73. §. 12.

Ministri negligentis erga curam Administratorum, f. 76. §. 4.

Ministri non prebentis necessaria Fratri, è suo in aliud

Conventum eunti, fol. 78.

§. 1.

Ministri, aut Vicarij mutantis Fratrem è suo in alium Conventum, f. 78. §. 2.

Non notam facientis Communitati assignatione Conventualis advenientis, fol. 79. §. 3.

Provincialiũ, & Diffinitorum qui differunt ultra sexenniũ fieri saltem vnam Redemptionem, fol. 85. §. 4.

Eorum, qui in arca Captivorum, non reponunt eorum bona, fol. 87. §. 6.

Eorum, qui mutant, aut alijs vsibus deservire faciunt bona Captivorum, fol. 88. §. 6.

Cuiuscumque Ministri, etiam Generalis, negligentis erga ea, quæ pro Redempt. statuantur, fol. 90. §. 10.

Ministri erigentis sine licentia opus, cuius sumptus excedat centũ aureorum scuta, fol. 92. §. 3.

Ministri, Vicarij, vel alterius, qui mulieres introduxerit intra Claustra, f. 95. §. 7.

Procuratoris, celantis aliquid acceptum, aut solu-

tum, fol. 99. §. 23

Ministri non servantis ea, quæ circa contractus faciendos decernuntur, fol. 103.

§. 12.

Eiusdem alienantis, vel obligantis bona Conventus sine debito iure. *ibi.* §. 13.

Sacristæ non curantis de suffragijs Religiosi defuncti, fol. 105. §. 5.

Eiusdem expendentis aliquid sine Ministri, & Depositariorũ licentia, f. 106. §. 6.

Ministri, aut alius accomodantis extra domum aliquid magni momenti deserviens Cultui Divino. *ibi.* §. 8.

Fratrum ementiũ, aut vendentium, recipientiumve vestes, aut calceamenta sine licentia Prælati, fol. 117. §. 5.

Eius, qui cellam alterius ingressus fuerit sine licentia Prælati, fol. 121. §. 4.

Fragentis ieiunium Ecclesiæ fol. 126. §. 4.

Illius qui violaverit ieiunia Ord. *ibi.*

Ministri non punientis transgressores ieiunij. *ibi.*

Mi-

- Ministri dispensantis cum**  
 Conventu; in esu carni-  
 um tempore adventus, f. 129.  
 §. 3.
- Transgredientium limites sui**  
 Conventus in eleemosynis  
 acquirendis, fol. 133. §. 5.
- Itinerantis, qui pranserit, aut**  
 pernoctaverit extra Con-  
 ventus, si adsit. 133. §. 6.
- Fugitivi pœna.** 135. §. 1.
- Non facientis consciû Præla-**  
 tû de fugitivo invento. *ibi.*
- Fugientis sine licentia in**  
 aliam Provinciam, & po-  
 stea redientis ad suam.  
 135. §. 2.
- Omittentis, cum debeat,**  
 ferre ad Capitulum no-  
 mina fugitivorum à suo  
 Conventu. 136. §. 3.
- Ministri, non facientis, fugi-**  
 tivum sibi traditum adim-  
 plere pœnitentias imposi-  
 tas. *ibi.* §. 4.
- Redientis ab alio Ordine ad**  
 quem transivit sine licen-  
 tijs debitis. 137. §. 6.
- Apostatæ.** 138. §. 1.
- Item,** fol. 263. §. 11.
- Prudentis, aut cœnantis ex**  
 consuetudine extra Refe-  
 ctorium, vel vrentis privas
- to cibo, & Ministri hoc  
 permittentis. 141. §. 4.
- Ministri negligentis circa ea,**  
 quæ præcipiuntur circa  
 esum carniû in Refe-  
 ctorio. 143. §. 7.
- Ministri desidiiosi erga infir-**  
 mos. 148. §. 6.
- Provincialis, aut Visitatoris**  
 non suspendentis Mini-  
 strum erga infirmos desi-  
 diosum. *ibi.*
- Ministri non compellentis**  
 infirmum periclitantem,  
 vt inventarium faciat. 149.  
 §. 7.
- Ministri non tractantis hos-**  
 pites, prout decet. 154.  
 §. 4.
- Provincialis, seu Visitatoris**  
 non punientium Ministrum  
 malè tractantem hospites,  
*ibi.*
- Ministri non tradentis in**  
 scriptis cuivis officiali, que  
 talis officij sunt, fol. 161.  
 §. 13.
- Frangentis silentium.** f. 164.  
 §. 5.
- Excusis à sua cella tem-**  
 pore silentij sine vrgenti  
 causa, & lanterna accensa  
*ibi.* §. 6.



**Agentis contra præcepta er-**  
**ga sæculares confugientes**  
**ad nostras Ecclesias, fol.**  
**168. §. 5.**

**Loquentis in Capitulo de**  
**culpis, quando silere iube-**  
**tur, fol. 174. §. 4.**

**Ministri, vel Provincialis**  
**permitentis, delicta impu-**  
**nita relinqui, f. 176. §. 6.**

**Pœna talionis puniatur fal-**  
**sò accusans, vel non benè**  
**potens probare quod dicit**  
**fol. 177. §. 7.**

**Generalis, vel alterius Su-**  
**perioris immutantis tem-**  
**pus Capituli Gen. f. 182.**  
**§. 3.**

**Non euntis, cum debeat, ad**  
**Capitulum Gen. fol. 186.**  
**§. 9.**

**Definitorum revelantium,**  
**quæ in Definitorio tra-**  
**ctantur secretè, fol. 234.**  
**§. 25.**

**Definitoris iterum propalan-**  
**tis, quæ secretè in Defi-**  
**nitório aguntur, fol. 235.**  
**§. 27.**

**Præsidis Conventus, dantis**  
**Fratribus plusquam pa-**  
**nem, & aquam, si ele-**  
**gionem Ministri ultra**

**mensẽ non finierint, fol.**  
**253. §. 9.**

**Provincialis, aut Visitat. mu-**  
**tantium Fratres à Conven-**  
**tu, ubi instat electio, tem-**  
**pore sex mensium ante**  
**ipsam, nisi ob præfixam**  
**causam, fol. 254. §. 11.**

**Proprietarij. f. 263. §. 11.**

**Permanentis per diem, &**  
**noctem in obstinata ino-**  
**bedientia P. Provinciali,**  
**fol. 271. §. 1.**

**Superiorum permitentiũ,**  
**aliquem Fratrem Romam**  
**petere sine licentia requi-**  
**sita, fol. 278. §. 5.**

**Omitentis sine causa, & li-**  
**centia communicare de**  
**manu Prælati Feria 5. in**  
**Cœna Dñi. fol. 289. §. 7.**

**Ministri, qui in toto triennio**  
**nihil utilitatis domui attu-**  
**lerit, fol. 295. §. 19.**

**Ministri non certum facien-**  
**tis P. Provincialem quæ-**  
**libet mense de statu do-**  
**mus, fol. 296. §. 22.**

**Ministri non adeuntis ad**  
**Capitulum absque legiti-**  
**ma causa, fol. 296. §. 23.**

**Eiusdem non præbentis Via-**  
**ticum Vocalibus, domus**  
**suz,**



- Suz.** ituris ad Capitulum.  
*ibi.*
- Superioris** accipientis dona  
ab aliquo Fratres, f. 332.  
§. 7.
- Ministri**, aut Præsidis reci-  
pientis ad habitum, qui  
15. annos non compleve-  
rit, & sine licentia P. Pro-  
vinc. fol. 341 §. 7.
- Provincialis** non examinan-  
tis Novitios in suis Visi-  
tationibus, f. 343. §. 5.
- Ministri** pactum facientis  
circa bona hæreditaria  
profitendorum, fol. 353.  
§. 21.
- Prælati**, aut alterius iuvan-  
tis Fr. laicum, vt Sacer-  
dos fiat, f. 354. §. 23.
- Cuiusvis**, qui donis, vel ver-  
bis, vel fraude induxerit  
ad iniustam expulsionem,  
vel receptionem Novitij.  
*ibi.* §. 24.
- Profitentis**, celato aliquo,  
quod si scitum fuisset, im-  
pediret eius professionem,  
fol. 355. §. 25.
- Prælati** non servantis ea,  
quæ circa data pro per-  
petuo Missarum gravami-
- nè, iussa sunt, f. 386. §. 16.
- Recipientis**, aut Prælati  
permitentis recipere plu-  
ra stipendia Missarum,  
quam concessarum ipsi,  
fol. 386. §. 17.
- Prælati** permitentis, vt in  
Choro modulationibus  
prophanis, f. 395. §. 3.
- Fratris**, qui disciplinæ non  
ad fuerit, f. 396. §. 6.
- Cantoris**, aut celebrantis  
omitentis iussa erga Cho-  
rum, fol. 396. §. 9.
- Superioris** cuiuscumque, per-  
mitentis, Gradus Ordinis  
numerum taxatum exce-  
dere, fol. 447. §. 3.
- Obtinentis** gradum aliquem  
extranumeralem, fol. 448.  
§. 5.
- Cuiusvis** Superioris, admi-  
tentis ad exemptiones Gra-  
duatos ex gratia, f. 449.  
§. 6.
- Fratris** sine iure dantis, aut  
sibi dari permitentis, ti-  
tulum *Paternitas*, f. 450.  
§. 7.
- Prædicantis**, sine Ordinis  
approbatione, fol. 470.  
§. 1.

Prædicantis Bullas absque  
licentia. 476. §. 12.

Item, suo sermone aliquem  
scandalizantis. *ibi* §. 14.

Prælati, qui sine prævio exa-  
mine, ire permitat ad exa-  
men publicum, qui ex-  
poni vult confessarius  
pro sæcularibus. 481. §.  
5.

Item Religiosi ita euntis.  
*ibi*.

Provincialis non examinan-  
tis Confessarios in prima  
Visitatione. 482. §. 7.

Ministri, exponentis Fratrem  
ad Ordines recipiendos  
absque licentia Prov. &  
approbatione Communita-  
tis. 487. §. 1.

Prælati dispensantis (cum  
non possit) circa ætatem  
ordinandorum. *ibi*. §. 2.

Euntis Ordines recipere, ad  
aliam Diocesim sine li-  
centia speciali. 489 §. 5.

Ministri quovis modo alie-  
nantis (etiam toto Con-  
ventu consentiente) Bi-  
bliothecæ libros. 491. §. 2.

Provincialis idem facientis  
etiam de consensu Capi-  
tuli. *ibi*.

Cuiusvis Fratris extrahentis  
à Libraria librum, aut  
manuscriptum. *ibi*. §. 3.

Item sibi applicantis manus-  
cripta defunctorum. *ibi*.

Conspiratorum. 497. §. 1.

Propalantium sæcularibus  
secreta Ord. *ibi*. §. 3.

Blasphemantium. *ibi*. §. 4.

Agentium vitam singularem;  
*ibi*. §. 5.

Furis. 498. §. 1.

Quid si sit Minister? *ibi*. §. 2.

Mitentis, aut recipientis lit-  
teras occultè. 499. §. 3.

Ministri aperientis literas,  
quas Frater clausas misit  
superiori Prælati. *ibi*.

Nulla pœna incurri iudicetur  
absque Prælati declaratio-  
ne. 501. §. 4.

Gravioris culpæ quando in-  
fligi debet. *ibi*. §. 5.

Carceris, quando? *ibi*.

Pro culpa levi. 507. §. 4.

Pro culpa gravi. 508. §. 2.

Pro culpa graviori. 509. §.  
2. & seq.

Pœnæ Ordinis, quæ? 510.  
§. 4.

Pro culpa gravissima. 510.  
§. 1.

*Prædicator Generalis.*

Eorum numerus, & conditiones. 435. §. 1. & seq.

Non excusentur prædicare aliquoties. 440. §. 11.

Eorum exemptiones. *ibi.* §. 13.

Forma literarum Gradus eorum. 615,

*Prædicator Maior.*

Eius sufficientia, labor, & cursus. 438. §. 8. & seq.

Eius requisita, examen, & studium. 470. §. 1. & seq.

Qualiter in concionando se geret. 475. §. 10. & seq.

Quid, si novam Diocesim ingrediatur. 477. §. 15, & 16,

Non censetur approbatus Confessarius, adhuc pro Religiosis, fol. 482. §. 6.

Forma assignandi Prædicatorem Maiorem, f. 609.

*Prelatus.*

Coram eo nullus transeat, quin caput inclinet, fol. 63. §. 8.

Eo stante nullus sedeat, & eo superveniente, omnes assurgant. *ibi.*

Quanta coram eo modestia observanda. *ibi.* §. 9.

In dubijs super consuetudinem, definiat ipse pronunc. *ibi.*

Eius officium est esse Procuratorem, fol. 98. §. 1.

Audito eius nomine, omnes caput inclinent, fol. 156. §. 3.

Qualiter se gerere debet in gravioribus pœnis infligendis, f. 176. §. 7.

Potest absolvere suos subditos respectivè à casibus reservatis Religioni (exceptis præcisè reservatis P. Generali) fol. 287. §. 3.

Nullus, etiam Generalis possit iudicare Fratrem de delictis ultra decennium antè commissis, nisi de licentia Sac. Congreg. fol. 317. §. 11.

Caveat à multitudine præceptorum, & censurarum, fol. 503. §. 8.

*Præsentatus.*

Eius requisita, fol. 441. §. 1: & seq.

Talis prius debet esse, qui ad Gradum Magisterij pro-



movendus est, f. 445. §. 8.  
Eius exemptiones, *ibi*. §. 9.  
Eorum numerus, f. 448. §. 4.  
Ad quid tenetur, adhuc post  
acceptum gradum, fol.  
451. §. 10. & seq.  
Forma, qua creari debet, f.  
455. §. 1. & seq.  
Forma literarum Gradus col-  
lati ipsi, fol. 513.

*Præses*

*Provincia* eligatur à Capit.  
Gen. quando in eodem an-  
no, in quo ipsum celebra-  
ndum est, finierit suum of-  
cium P. Provincialis, &  
hic ad Capit. Gen. non  
ierit, fol. 224. §. 2.  
Duret eius Præsentia vs-  
que ad sequens Sabbatum  
ante Dominic. 4. post Pas-  
cha. *ibi*.  
Missus à P. Provinciali, pro  
sedanda dissensione in elo-  
ctione alicuius Ministri,  
caret omni voce in tali  
electione, f. 251. §. 6.  
Nullo modo mittatur, qui  
præsumitur prætor il-  
lius Ministerij. *ibi*.  
Electionis Prioris, quis?  
fol. 524. §. 3.

*Procurator*

*Domus*: nominetur à Com-  
munitate, f. 98. §. 1.  
Eius munus. *ibi*.  
Librum habeat pro negotijs  
sui officij, f. 101. §. 9.  
Item libellum, quo notet in-  
iuncta à Prælato. *ibi*.  
Conferat cum Ministro, quæ  
ad suum *Officium* spectant,  
fol. 100. §. 7.  
Exponat profitendo Consti-  
tutionem *Nullus præterea*  
*Naophitus*, &c. & sumat  
eius protestationem, fol.  
347. §. 11. & seq.  
*Generalis* rationem reddat  
Capitulo Gen. fol. 215.  
§. 39. & seq.  
Eius conditiones, f. 257. §. 4.  
Est quasi 2. columna Ordinis.  
*ibi*.  
Eius officium, & facultas, f.  
276. §. 1. & seq.  
Commoretur in Romana  
Curia. *ibi*. §. 2.  
Fratres illuc declinantes, illi  
obedientiam præstent, nisi  
sit ibi RR. *Generalis*, fol.  
277. §. 4.  
Habeat ibi carcerem pro de-  
linquentibus, non subditis  
Ministro *Conventus Ro-*  
*ma-*



mani, fol. 279. §. 7.

Sessio eius in Conventu Romano. *ibi.* §. 8.

Socium habeat, & famulum, fol. 281. §. 11.

Tam ille, quam iste provideantur expensis omnium Provinciarum. *ibi.*

Reddat rationem accepti, & consumpti, in Capitulo Gen. *ibi.*

Quis succedat loco eius, si defecerit, ante Capitulum Gen. fol. 281. §. 12. & 13.

Forma literarum electionis eius, fol. 586.

Procurator Gen. pro Romana Curia, etiam eligatur in Capitulo correctivo ad sexennium tantum. f. 636.

Eligatur alternatim ex Provincijs, fol. 638.

Residere debet in Romana Curia. *ibi.*

Sustentetur expensis omnium Provinciarum. *ibi.*

*Captivorum.* Sit vnus in quolibet Conventu, fol. 89. §. 8.

Eius qualitas, & munus. *ibi.*

Forma instituendi ipsum, fol. 631.

### *Professio.*

*Fidei*, fol. 461. §. 4.

Facienda à Novitijs. Vide *Novitij.*

### *Proprium. Proprietarius.*

Quid sit proprium iuxta Sacros Canones, f. 72. §. 10.

Pœna proprietarij fol. 263. §. 11.

### *R. admod. P. Provincialis.*

Tradat inventarium, quod fecit Feria 5. in Cœna Dñi. Diffinitorio Provinciali, f. 71. §. 8.

Designet Procuratorem Cap- tivorum in quolibet Con- ventu. f. 89. §. 8.

Ipsi cum Diffinitoribus com- petit licentia danda Mi- nistro Convent. ad exe- quendum opus excedens sumptus 100. *Scutorum* au- ri, fol. 92. §. 3.

Decernat cum Diffinitoribus in Capitulo numerum Cõ- ventualium cuiuslibet do- mus, fol. 97. §. 1.

Ipsi cum Diffinit. debet con- stare de idoneitate loci pro nova domo edific. *ibi.* §. 2.

Possit corrigere Fratres al-  
terius Provinciæ decli-  
nantes ad suam, f. 131. § 2  
Severè puniat Ministrum,  
aut Vicarium, licentian-  
tium Fratres ad iter ultra  
eorum posse, f. 132. §. 3.  
Non ad libitum infligat pœ-  
nas, sed iuxta statuta Or-  
dinis pœnitentias imponat,  
fol. 175. §. 6.  
Si obierit, accedat loco illius  
ad Capitulum Gen. qui  
regimen habet Provinciæ,  
fol. 185. §. 8.  
Si infirmus est, committat  
vices suas, cui voluerit ex  
Diffinitoribus, aut Ma-  
gistris. *ibi.*  
Præstet necessaria euntibus  
è sua Provincia ad Capi-  
tulum Gen. fol. 187. §. 11.  
Provincialis Provinciæ, in  
qua Capitulum Gen. ce-  
lebratur, provideat de ne-  
cessarijs pro ipso, ex con-  
tributione omnium Pro-  
vinciarum, fol. 193. § 7.  
Ipse cum suo Diffinit. possit  
ex causa prorogare intra  
15. dies, diem Capituli  
Provincialis, f. 222. §. 1.  
Si eius triennium finiatur eo

anno, quo ipse ierit ad Cap-  
itulum Gen. differatur  
eius officium vsque ad  
Dominicam 4. post Pascha  
seq. anni, f. 223. §. 2.

Si non ierit, finiatur eius  
officium, quando aliàs fi-  
niri debebat. *ibi.*

Provincialis absolutus pro-  
videat de necessarijs pro  
Capitulo celebrando, de  
pecunijs Provinciæ, fol.  
232. §. 21.

Curet P. Provincialis, quod  
non desit in Conventibus  
numerus Fratrum sufficiens  
ad electionem Canonicam  
fol. 250. §. 3.

Abstineat (sicut, & Visitator)  
à proponendo Ministro,  
quem Conventus eligit,  
tam per Epistolas, quam  
per adventum suum, aut  
missionem alterius, f. 251.  
§. 5.

Etiàm à mutando Fratres ad  
alium Conventum intra  
sex menses proximos ele-  
ctioni, f. 253. §. 11.

Conditiones, ætas, & qua-  
litas in Provincialeli-  
gendi, fol. 259. §. 7.

Non potest simul esse Mini-  
ster

- I**ter Conventualis, neque  
 finito officio, nisi post  
 duos annos, fol. 261. §. 9.
- D**ebet intra sex menses à sui  
 electione confirmationem  
 impetrare à RR. Generali,  
 fol. 271. §. 2.
- E**ius sollicitudo, regimen, &  
 facultas. *ibi*. §. 3. & seq.
- D**uobus primis annis duas  
 visitationes personaliter  
 faciat, fol. 274. §. 8.
- I**mpeditus legitime, suas vi-  
 ces ad id committat vni  
 ex gravioribus. *ibi*.
- N**equeat instituere Vicarium  
 Provincialē, nisi causa ac-  
 cedendi ad Capitulum  
 Gen. vel discedendi à Pro-  
 vincia, fol. 275. §. 10.
- Q**ualem debeat eligere. *ibi*.
- C**onsulat suos Definidores in  
 rebus gravibus, fol. 284.  
 §. 1.
- P**otest absolvi à suo Confes-  
 sore à casibus reservatis,  
 fol. 288. §. 6.
- N**ominet Vicarium Conven-  
 tus, vbi Minister negligens  
 fuerit, fol. 302. §. 11.
- N**on sit in Convento, qui, &  
 quando à Visitatore visi-  
 tatur, fol. 306. §. 6.
- E**xaminet Novitios in visita-  
 tione, fol. 343. §. 5.
- P**otest dispensare cum Fratre  
 laico, nè prius incedat per  
 annum, habitu Donato-  
 rum, fol. 353. §. 22.
- E**xtra tempus Capituli, in-  
 stituat, si vacaverint, offi-  
 cia Mag. Novitiorum, &  
 Pedagogi eius, fol. 357.  
 §. 1.
- A**gat Eccles. officium in ali-  
 qua magna festivitate, fol.  
 393. §. 3.
- E**ius titulus, fol. 450. §. 7.
- E**xaminet Confessarios in  
 visitatione prima, fol. 482  
 §. 7.
- R**arò concedat licentias or-  
 dinandis, vt aliam Dice-  
 cesim eant, f. 489. §. 5.
- F**aciat, firmum carcerem  
 esse in quolibet Conven-  
 tu, fol. 518. §. 24.
- N**è licentiam facile conce-  
 dat, transeundi ad alium  
 Ordinem, fol. 520. §. 3.
- F**orma literarum decreti ele-  
 ctionis P. P. provincialis,  
 fol. 594.
- V**ide alia verb. *Pœna. Super-  
 rior. Descriptio Provincia  
 lo. Prælati.*



# R

## *Rasura.*

Quæ debet esse, tam Clericorum, quam Laicorum, fol. 399.

## *Rector Collegij.*

Qualis debet esse? fol. 403.

§. 1.

Eius cura, fol. 407. §. 9. & seq.

Non sit Ordinarius pro hospitalibus, ubi adest Conventus, fol. 409. §. 14.

## *Redemptio.*

In qualibet Provincia fiat saltem vna Generalis in quolibet triennio, fol. 85.

§. 4.

Ad summum non differatur ultra sexennium. *ibi.*

Pro pecunijs ipsius sint tres Depositarij, P. Minister, Vicarius, & antiquior professione, fol. 90. §. 9.

Ad minus his in anno rationem reddant, & in qualibet Visitatione. *ibi.*

Liber pro Redemptione servetur in Deposito. fol. 88. §. 6.

## *Redemptor.*

Eius condiciones, fol. 86. §. 5. Forma instituendi ipsum, fol. 629.

## *Refectorium.*

In ipso licet vti carnibus, excepto Adventu, & diebus à iure prohibitis, fol. 129.

§. 3.

Qualiter ipsum ingredi, in ipsoque stare debent, fol. 140.

Nullus extra ipsum comedat aut cænet ex consuetudine, fol. 14. §. 1.

Nullus ingrediatur ipsum, finita refectioe, fol. 144. §. 8.

## *Regens studiorum.*

Sit Graduatus, in Theologia, vel Lector primarius, f. 410. §. 1.

Eius officium, & autoritas, *ibi.* §. 2. & seq.

Præsideat in absentia P. Rectoris. fol. 414. §. 7.

Sessio eius, *ibi.* §. 8.

Eius cella, in Collegio, sit à silentio immunis, *ibi.* §. 9.



*Regula.*

Innocentiana. fol. 1.

Clementina, fol. 21.

Qualiter Regula obliget ad culpam. fol. 500. & seq.

*Reliquia.*

Numquam ferantur extra Monasterium sine speciali licentia Ministri, & assensu P.P. à Consilijs, f. 106. §. 5.

*Renovatio.*

SS. Corp. Christi, fiat omni Feria, 5. fol. 396. §. 7.

**S**

*Sacerdos.*

Habitualiter infirmus communicet cum non Sacerdotibus, semper ac isti. fol. 289. §. 7.

Quandiu non adimpleverit 4. annos post Professionē, sit sub cura Mag. Novitiorum, fol. 367. §. 14.  
Non recipiat absque licentia stipendia Missarum, fol. 386. §. 17.

*Sacrista. Sacristia.*

Eius officium, fol. 104. §. 1. & seq.

In Sacristia sit Arca pro electionis Missarum, & alijs, fol. 106. §. 6.

Duo Depoitarij duas huius Arcæ claves habebunt. *ibi.* Librum habeat Sacrista de bonis Sacristiæ. f. 104. §. 1.  
Sacrista domus Capituli, quæ debeat præparare? f. 204. §. 20.

*Scapularium.*

Cruz ponatur in ipso. fol. 122 §. 1.

Forma benedicendi ipsum, fol. 571.

*Scrutatores.*

Qui debent esse in Capitulo Gen? fol. 198. §. 13.

Qui in Capitulo Prov? f. 228. §. 12.

Qui in electione Ministri Convent? fol. 250. §. 2.

Declarent excommunicatum Præsidem Conventus dantis plusquam panem, & aquam fratribus non exigentibus Ministrum transacto mense. fol. 253. §. 9.

Declarent privatim voce  
actixa exeuntem à Con-  
ventu, tempore electionis.  
*ibi.* §. 10.

*Secretarius.*

Definitorij eligatur à P. Pro-  
vinciali electo, & à Defi-  
nitoribus, fol. 233. §. 23.

Prestet iuramentum legali-  
tatis. *ibi.*

Legat sententias, electiones,  
& acta in Capitulo facta.  
fol. 243. §. 41. & seq.

Conventus, eligatur à Mini-  
stro, fol. 292. §. 13.

Socij Patris Gen. ad visitati-  
onem eligatur à Capitulo  
Prov. fol. 305. §. 4.

Secretarius Generalis sit Gra-  
duatus de iustitia. f. 639.

Possint esse duo. *ibi.*

Habeant vocem in Capitulo  
Generali. *ibi.*

Sustentari debeat expensis  
RR. Generalis. *ibi.*

Assiduè intersiat, & assi-  
stat RRmo. *ibi.*

*Saculares.*

Rarò permittantur prandere  
in Refectorio, fol. 143. §. 6.

Si sint viri, ingrediantur Con-

ventum, & loqui poterunt  
cum fratribus in loco pa-  
renti, fol. 166. §. 3.

Si feminæ, breviter ad ian-  
nuam audiantur. *ibi.*

Forma admitendi ipsos ad  
beneficia Ordinis. f. 626.

*Sessio.*

Qualis cuique competat. In  
Capitulo Generali. f. 335.  
§. 2.

Qualis cuique in Capitulo  
Provinciali. fol. 336. §. 3.

Qualis cuique in quolibet  
Conventu, fol. 337. §. 4.

Sessio Vicarij post octo, vel  
decem dies absentiaè Mi-  
nistri, fol. 339. §. 7.

Sessio fratrum hospitem, *ibi.*  
§. 8.

Lectoris iubilati. fol. 451. §. 9.

*Silentium.*

Observetur in Sacristia, fol.  
104. §. 7.

Eius horis nullus exeat à  
dormitorio absque licen-  
tia, fol. 120. §. 3.

Semper observetur in Eccle-  
sia, Choro, Refectorio, &  
Dormitorio, f. 162. §. 1.

Silentij horæ, & quando pro  
diu

diversitate temporis pul-  
sabitur ad ipsum, *ibi*. §. 2.

*Socius.*

Patris Provincialis ad Capi-  
tulum Gen. assignetur  
vnus pro quolibet. f. 185.

§. 7.

Eius munus. *ibi*.

Si obierit, aut infirmatus fue-  
rit, accedat loco illius, pri-  
mus ex quatuor nomina-  
tis substitutis. fol. 186, § 8.

Forma literarum electionis  
eius, fol. 588.

Socius P. Gen. pro visitatione  
Provinciæ nominetur in  
Capitulo Prov. f. 305. §. 4.

Eius officium. *ibi*.

Socij PP. Magistrorum è  
domo exeuntium tenen-  
tur *benedicere* postulare. f.  
451. §. 9.

Socius Ministri, deferat ad  
Capitulum Provinciale ra-  
tionem status suæ domus.  
fol. 236. §. 28.

*Statuta.*

Vt vim Constitutionis in vni-  
verso Ordine habeant,  
fiant de consensu totius,  
vel maioris partis Capitu-

li Gen. fol. 212. §. 31.

Pro primis duabus vicibus,  
robur solum habeant vs-  
que ad sequens Capitulum.

*ibi*. §. 32.

Ter iussa, robur Constitutio-  
nis habent, *ibi*.

Qualiter debent notari, quæ  
de novo iubentur. *ibi*.

*Studentes.*

Eorum obligatio, & condi-  
tiones. fol. 429. §. 2. & seq.

Eorum examen, fol. 430. §. 7.

Non concionentur intra tē-  
pus studij. fol. 432. §. 11.

Forma assignandi ipsos ad  
studium. fol. 611.

*Superior.*

Non licet eis, concedere fra-  
tri bona stabilia. f. 69. §. 3.

Nulla ad id dispensatio suf-  
ficat. Vide *Bona*.

Eius munera. Vide *Minister*, ne  
*Visitator*, *Provincialis*, &  
*Generalis*.

Nullus ex eis permitat, fra-  
trem aliquem Romam pe-  
tere, sine præhabita licen-  
cia Em. Protectoris, vel

RR. Generalis. f. 277. §. 5.

Accipiens munera, aut deo.



ab aliquo fratre, incurrit  
crimen propritatis. f. 332.  
§. 7.

Nulli eorum licet extrahere  
quovis modo libros ad  
Bibliothecam pertinentes.  
fol. 384. §. 13.

Quicumque sit, non per-  
mitat, quod numerus gra-  
dum multiplicetur, plus-  
quam taxatur. fol. 447. §. 3

Quilibet superior localis  
triennalis sit. fol. 635.

## T

### *Tabula officiorum.*

Qui, & quando ab illa excep-  
ti, fol. 370. §. 18.

### *Tertiarius.*

Forma admitendi ipsos ad  
Habitu, & professionem  
fol. 570.

### *Tortura.*

Potest infligi Religiosis pro  
valde atrocibus casibus,  
fol. 176. §. 7.

### *Transiens.*

A sua Provincia ad aliam

post annum vocem habeat  
sicut filius illius. f. 135. §. 2

Quid ad talem transitum re-  
quiratur. *ibi.*

Ad alium ordinem sine li-  
centijs debitis; reversus  
qualiter tractandus, f. 137.

Graduati transeuntes, ab  
vna in aliam Provinciam;  
Vide *Graduati.*

Ut licentientur ad transitum  
ad alium Ordinem, quale  
examen? f. 520. §. 5.

Item, forma, qua licentiarum  
debent. fol. 620.

### *Tunica.*

Linea non vtantur Fratres  
sine necessitate, & licen-  
tia ad tempus. 115. §. 1.

## V

### *Vestiarium.*

In eodem die detur omnibus  
Fratribus cuiusvis Con-  
ventus, fol. 116. §. 4.

Etiam detur illis, qui antea  
commorati non fuissent in  
illa domo. *ibi.*

Nul-



Nulli dentur pecuniæ, vel  
pannus, sed vestes factæ.  
*ibi.*

Nullus vestiario privetur  
pro quacumque culpa. *ibi.*

*Vestis Fratrum.*

Comparentur ex communi  
pecunia, f. 70. §. 6.

Sint uniformes in omnibus.  
*ibi.*

Custodiantur in communi  
officina. *ibi.*

Sint ex lana, & albi coloris  
præter cappam, fol. 115.  
§. 1. & 2.

In ipsis nihil lineum appa-  
reat. *ibi.* §. 1.

Forum factura. §. 3.

Sint in omnibus ex vno, &  
mediocri panno, fol. 116.  
§. 3.

Non possit portari à quo-  
vis Fratre, emi, aut vendi  
absque licentia Ministri,  
fol. 117. §. 5.

Recipientes nova vestimen-  
ta, reddant vetera. *ibi.*

Nulli dentur, quæ refici po-  
tue rint, sed reficiantur, &  
custodiantur. *ibi.* §. 6.

In nullo imitentur facturam  
vestis sæcularis, fol. 118.  
§. 8.

Ad eorum custodiam deput-  
tetur Frater, fol. 117. §. 7.  
Eius cura, & officium. *ibi.*

*Vicarius Generalis.*

Quis debeat esse deficientis  
P. Provinciali, & quæ  
eius cura? f. 269. §. 12.

*Vicarius Conuent.*

Non possit licentiare Fratres  
ad alium Conuentum, fol.  
78. §. 2.

Habeat vnam ex tribus Cla-  
vibus arcæ Captivorum,  
fol. 87. §. 6.

Mortuo Ministro (in Pro-  
vincia vbi Ministri eligun-  
tur per Diffinitorium) in-  
tra sex menses proximos  
Capitulo; vocem ferat  
Vicarius, non minus, ac  
si Minister esset, fol. 225.  
§. 5.

Nominetur à Ministro de  
Consilio Discretorum, f.  
297. §. 1.

Eius officium, §. 2 & seq.

Finiatur cum officio Mini-  
stri fol. 300. §. 8.

Finito eius triennio, non  
possit reeligì, nisi post tres  
annos, fol. 301. §. 8.

Non distribuatur bona Mini-  
stri, vel Fratrum defun-  
torum. *ibi.* §. 10.

Non potest extruere novum  
opus. *ibi.*

Non acceptans officium Vi-  
carij, omni voce careat  
per sex menses, fol. 302.  
§. 11.

Vicarius Collegij, qualis?  
fol. 440. §. 7.

Forma instituendi ipsum à  
P. Provinc. ob negligen-  
tiam Ministri, fol. 607.

*Vicarius Monialium.*

Qui per sexennium fuerit,  
habilis est ad ministerium  
fol. 549.

Eius cura. Videat *Tract.* 6,  
per totum.

Forma instituendi ipsum, fol.  
605.

*Vinum.*

Temperetur ad sobrietatem,  
fol. 125. §. 1.

*R. P. Visitator, Visitatio.*

Ad illum pertinet cum Diffi-  
nitoribus determinare du-  
bium superveniens circa  
vocem activam, aut passi-  
vam alicuius, f. 227. §. 8.

Quid circa proponendum  
Ministros à Conventibus  
eligendos. Vide *Provincia-  
lis.*

Quid circa mutandos Fra-  
tres, intra sex menses an-  
te electionem Ministri. *ibi.*

Eius condiciones, f. 260. §. 7.

Quando incipiat fungi suo  
munere, fol. 304. §. 3.

Visitet omnes, vel saltem  
principales Convent.  
*ibi.*

Adveniente visitatore RR.

Generali, & si usque ad  
Capitulum manserit, tunc  
Visitator sit quasi non  
fuisse electus, f. 305. §. 4.

Eius autoritas, & potestas,  
fol. 306. §. 5. & seq.

Visitatio, sive à P. Provin-  
ciali, sive à P. Visitatore  
facta non plus duret, quam  
30. dies, fol. 307. §. 9.

P. Visitator finiat suam Vi-  
sitationem 15. diebus an-  
te Capitulum, f. 308. §. 10.

In his diebus certum faciat  
P. Provincialem de culpis  
istj impositis in suis duabus  
visitationibus. *ibi.*

Eo deficiente, succedat loco  
eius 1. Diffinitor. §. 11.

*Præ-*

Præsideat in Capitulo Provinciali, fol. 309. §. 14.

Forma visitationum, fol. 310. & seq.

Agat Ecclæs. officium in aliqua magna solemnitate, fol. 393. §. 3.

Visitans Moniales, semel tantum ingrediatur Monasterium, & hoc ex necessitate, fol. 530. §. 4.

Forma instituendi Visitatorem pro aliqua domo, fol. 601.

Vide alia verb. *Superior.*

*Vita.*

Communis constituitur servanda, fol. 73. §. 1.

*Voluntas.*

Subditi cum Superioris voluntate conformetur in quibus peccatum non sit, fol. 61. §. 1.

*Vox.*

Voce ad Capitulum nullus possit privari intra sex menses antè ipsum, nisi ob causam annexam habentem talem privationem, fol. 307. §. 8.

**Z**

*Zelator.*

Aassignetur in quolibet Conventu, fol. 164. §. 5.

Eius officium. *ibi.*

Etiã assignentur duo zelatores ex senioribus pro Capit. Prov. f. 228. §. 11.

Eorum officium. *ibi.*

*Zona.*

Sit ex corio nigri coloris, fol. 116. §. 3.

Eius latitudo, & longitudo. *ibi.*

FINIS.

# NOTA:

**F**OL. 218. §. 42. huius Constit. dicitur; quod Sanctæ Inquisitionis decreta legenda sunt in quolibet Conventu *Feria sexta infra Octavam Assumptionis B. M. V.* Et etiam fol. 379. §. 2. ponitur, quod vnum ex quatuor anniversarijs solemnibus pro Defunctis, fiet *Feria 4. maioris hebdomadæ.* Ita transcriptum est, quia ita in Originali Romano habetur. Sed vtrumque corrigi debet, nam abs dubio fuit error calami; debetquè legi in primo loco *Feria sexta post Octavam Assumptionis*, & in secundo *Feria quarta ante maiorem hebdomadam,*





Estas Constituciones son del  
P. Fr. Alexo de Bergea el q. tomo  
el 1.º Haviendo de la V. m.ª y d.ª  
Calzaca, en este Convento de  
Saxacm en Dia 13 de Marzo del  
año de 1793.

Fine

et de l'Église

Diocèse de Tournai le 1807







---

---

REGLA

CONSTITUCIONES

---

---

5.416